





CAROLI A LINNÉ
EQVITIS
SYSTEMA VEGETABILIVM
SECVNDVM
CLASSES ORDINES
GENERA SPECIES
CVM
CHARACTERIBVS ET DIFFERENTIIS

EDITIO DECIMA QVARTA

PRAECEDENTE LONGE AVCTIOR ET CORRECTIOR

CVRANTE

IO. ANDREA MVRRAY
EQVITE ORD. R. DE WASA
CONSILIARIO R. AVL. PROFESSORE MEDIC. ET BOTAN. O. IN ACAD. R. GOTTING.
PRAEFECTO HORTI R. BOT. SOCIETATVM SCIENTIARVM GOTTINGENS.
STOCKHOLM. VPSAL. GOTHENB. ET LVNDENS. MEDICARVM PARISIENS.
NANC. HAFN. ATQVE OECONOMICARVM BERNENS. ET CELL. MEMBRO.

GOTTINGAE
TYPIS ET IMPENSIS JO. CHRIST. DIETERICH
1784.

Opera JEHOVAE *magna!*
exposita omnibus, qui delectantur illis;
gloriosum et decorum opus Eius!

DAVID.

VIRO

ILLVSTRI ET GENEROSISSIMO

NICOLAO IOSEPHO DE IACQVIN

REI METALLICAE CONSILIARIO CAESAR.
BOTANICES ET CHEMIAE
IN ACADEMIA VINDOBONENSI PROFESSORI

QVI IPSE HOC OPVS NVMEROSISSIMIS
INVENTIS ET OBSERVATIONIBVS
CONDECORAVIT

IDEM

IN DOCVMENTVM OBSERVANTIAE ET
PERENNIS STVDII

DICAT

IO. ANDREAS MVRRAY.



PRAEFAMEN

EDITIONIS XIV.

Distractis praecedentis editionis huius libri exemplis, de noua adornanda dispicere opus fuit. Ea primum prospiciendum erat indigentiae praestantissimorum auditorum, qui iam per duas fere aestates filo demonstrationum, quibus vaco, stirpium, caruerant, dein votis botanicorum exterorum satisfaciendum. Acquiescere vnice post decennium in recudenda editione XIII. eaque sphalmatibus typographicis mundanda, sub tanta nouiter detectarum stirpium

 et

et expolitionum in characteribus bene multarum vetustiorum vbertate, quae intra hancce temporis intercapedinem emerſit, deſidis fuiſſet, nec de pomoeriis rei herbariae ampliandis ſolliciti. Etenim poſt illud tempus, quo b. LINNEVS, pater, Syſtemati perficiendo operam vltimam daret, frequentes in remotiſſimas et partim plane antea ignotas regiones peregrinationes a botanicis inſtitutae ſunt, quarum fructus vel peculiaribus libris vel diſperſis per varia ſcripta, nominatim Societatum litterariarum commentationes, obſeruationibus continentur. Nec inficiandum, etiam ex indigenorum Europae noſtrae vegetabilium numero quaedam protracta, quae priſtinae aetatis aciem effugerant. Quantae igitur acceſſiones in rem herbariam redundarunt nouae ex FORSKÅHLII itinere in Aegyptum et Arabiam, AVBLETII in Guianam gallicam et Inſulam Franciae, SONNERATI in nouam Guineam et Indiam orientalem, BANKSII et SOLANDRI, et, alia peregrinatione, FORSTERORVM, in mare auſtrale, SPARRMANI in Africam auſtralem, THVNBERGII in eandem Africae partem, Zeylonam, Iauam, Iaponiam, PALLASII, GEORGII aliorumque naturae ſcrutatorum per ampliſſimam Roſſiam. Quam multarum nouarum cognitionem debemus continuato IACQVINI ſtudio, item ſeriori GOVANI operae. Haud parum augmenti quoque cepit numerus ſtirpium iis, quas in *Supplemento plantarum*

Brun-

Brunſuigae a. 1781. edito vterque LINNEVS primum propoſuit. Hoſce reliquosque omnes et ſingulos fontes adire, protrahere reconditos theſauros, ſuisque loculis inſerere, vt quousque hodie Florae dominium pateat, cognoſceretur, vtut difficilis labor, non detrectandus tamen eſſet, modo non timendum, ne, ſi in transſcribendi potiſſimum negotio res ſubſiſteret, innumeris erroribus Pinax inquinaretur. In multarum enim ſtirpium deſcriptione vnum vel plura momenta deficiunt, ſine quibus character conſtitui nequit. Saepe ſtirpes vt nouae in medium proferuntur, quas alius ſagacior in ſummi LINNEI operibus detegit; licet nec hoc negauerim, exiſtere pauculas aliquot ſtirpes ab EO memoratas, de quibus ob breuitatem deſcriptionum vix, niſi inſpecta eiusdem collectione herbaria, iudicium ferri poteſt, prout olim variae BAVHINIANAE nonniſi ſimili illuſtratione extra dubium poſitae ſunt. Grauiter paſſim in LINNEI obſeruationes inſurgitur, quum tamen ſaepe aperte aliam ſtirpem intellexerit LINNEVS, aliam moroſus vel ſibimet ſolus placens cenſor. Ad hoſce ſcopulos vitandos tutiſſimum omnino quidem eſt, non alias ſtirpes deſcriptas adoptare tanquam nouas, nec aliis animaduerſionibus ſubſcribere, quam quae comparationem cum ipſa praeſente planta, de qua ſermo eſt, ſuſtinuerunt. Fac vero copiam nobis in hunc finem fieri poſſe tot rariſſimarum vndique conquiſita-

 rum

rum plantarum, harumque quidem exempla perfectissima et iustum numerum suppetere, ne Varietas imponat (quod dubito an fieri possit, nisi BANKSII opes cum eodem eius in plantas amore amice conspirent): plurium sane annorum spatium requiritur, antequam sub hac lege ad finem operis peruenias. In harum defectu saepe vel ad fidem modo auctoris aliis notis comprobatam confugere, vel iconem descriptioni adiectam in dignitatem plantae viuae surrogare, oportet. Fateor subsidiaria haecce adminicula lubrica saepe esse, et praesensi formidolosus discidia ex quarundam stirpium vel emendationum receptione aliarumque omissione, cuius rei rationes dari breuiarii angusti limites non concederent.

Hisce difficultatibus districtus contrahendi vela consilium inii, et, nisi opus omnibus numeris absolutum, vtile tamen, et praesenti necessitati accommodatum, nec praerogatiua prae reliquis eius editionibus destitutum, praestandi. Nam omnes et singulas stirpes ad hunc vsque annum detectas vna complectendi tanto minus ambitio me capere potuit, quum vel ex serioribus inclytis peregrinationibus multas adhuc in futurum tempus seruauerint BANKSIVS, FORSTERI, THVNBERGIVS, SPARRMANVS. Vt igitur mox in fronte noscatur, quosnam in tam amplo campo cancellos egomet mihi praescripserim, sic habeto. Quum ad nouam LIN-

NEANI

NEANI operis editionem me accingerem, in iis auctariis et emendationibus subsistendum credidi, quae vel LINNEOS ipsos auctores habent, vel viros ex LINNEI, patris, schola profectos vel et alios, qui, licet ab ill. viri ore non pependerint, ad eius tamen praecepta nouos prouentus memoriae prodiderunt fidemque accuratione descriptionum et iconum sibi conciliarunt.

Secundum hasce leges *Supplementi plantarum* a iuniori LINNEO typis mandati ante omnia ratio habenda fuit. Iuncta patris filiique opera hoc concinnatum esse, tanto certius est, quum pater, duos fere ante mortem annos Mantissam plantarum tertiam conscribere sibi proponens, mihi plagulas manu scriptas tradere promitteret curamque eius edendae, quod propositum autem decrescens animi vis et subsequens tristissimus eius morbus suppressit, etiamsi iam cum bibliopola de pretio laboris pactus fuissem. Quid patri in hoc sit proprium, quid filio, plerumque haud difficulter ex tempore accessionum et adiectis botanicorum, qui suppetias tulerunt, nominibus colligitur: aegrius, quando haec indicia deficiunt, nisi ad mirabilem istam artem respicias, qua callebat pater, aeque concinne ac breuiter stirpes determinandi, et denominandi, quam ipsam, si dicendum quod res est, catenus non aeque feliciter filius, aliis licet nominibus meritissimus, assequutus

 quutus

quutus erat. Non obſcurum quoque eſt, characteres haud paucos ſtirpium ſolito longiores ex peregrina communicatione in Supplementum a LINNEO iun. fuiſſe translatos. Quicquid horum ſit, deſtitui hiſce nouam Syſtematis editionem nolui, exceptis iis additamentis vel mutationibus, quae neſcio quo calamo extra patriam adſcriptae fuerant, a legibus Linneanis alienae. Quas THVNBERGIVS attulerat numeroſas ſymbolas, malui ex ſerioribus eius ſcriptionibus, quodſi quidem easdem complectantur, quam hoc fonte allegare, idque tanto iuſtius, quum in hiſce characteres ſubinde magis expoliti compareant. Non parum vero in transferendis Supplementi ſtirpibus laboris fuit. Noua inter haec ſunt genera haud pauca, quorum, quamvis claſſis ordoque ſignificentur, loca tamen commodiſſima in ſerie generum ſecundum cognationem nonniſi comparatione mutua facta conſtiterunt. Contrahere ſaepe characterem horum eſſentialem, quem vocant, et reliquis adaptare opus fuit. In ſpeciebus collocandis ſimilis neceſſitas incidit easdem cum vetuſtis ciuibus attente conferendi, vel et in adiumentum vocandi aliorum botanicorum ſcripta. Ita quidem ſpero, me plerasque haud male collocaſſe: ſubinde tamen prae labe deſcriptionum recentium, praeſertim in ditioribus numero ſpecierum generibus easdem ad finem generum iunctim ſubnectere coactus fui. Iniunctum quoque

quoque mihi exiſtimaui, conformitatis cum reliquis cauſſa aliquando vnam vel alteram voculam in differentia ſpecifica praecidere; item ſubinde, vt diſcrimen a congeneribus tanto euidentius redderetur, hanc vel illam ex ampliori ſubnexa deſcriptione vel alio certo fonte addere, nec non hinc inde partes ſtirpium commemoratas transponere. Nec raro nouae ſpecies detectae characterem vetuſtiorum mutandi anſam dedere. Sunt et genera quaedam, quae ob ſpecies nouiter accedentes nouis ſubdiuiſionibus cum ſuis inſcriptionibus perſpicuitatis cauſſa inſtruxi. Facile vel me non monente patet, me in hiſce omnibus, vt reliquis mox dicendis ſubſidiis, quotiescunque occaſio tulerit, tam ex horto botanico, cui praefectus ſum, quam ex collectione ſtirpium ſiccarum mea illuſtrationem quaeſiuiſſe.

Sed locupletandi Syſtema multa alia in conſilium traxi adiumenta. Poſt a. 1774. nihil, quoad ſciam, LINNEVS, Eques, in augmentum rei herbariae praeter Diſſertationem academicam de *genere Aphyteiae*, aliamque *de Hyperico* euulgauit, quae vero vtraque ſuo iure hic potita eſt. Filii doctiſſimi Diſſertationibus praeſertim debentur, quae *Graminum* familiae et *Lauendulae* generi in melius contigerunt. Sed etiamſi, quae de ſtirpibus cryptogamicis Supplemento addidit, receperim, dubitaui merito ex nouationibus iſtis, quas in *muſcorum* diſtribu-

ſtributione molitus eſt cel. Profeſſor in Diſſertatione de Muſcis, aliud quidpiam quam ſpecies nouas adiectas in vſum vertere. Nam multas in alia genera tranſtulit, quae iuſtius vetuſta loca occuparent nominaque priſtina tuerentur, quod et acutiſſimus harum ſtirpium ſcrutator cl. HEDWIG (*Hiſt. nat. muſc. frondoſ. P. 2. p. 70.*) agnoſcit. THVNBERGII opera multum ad perficiendum Syſtema hocce contulit. Vt enim ſilentio praeteream, quid eidem Supplementum debeat, opportune accidit, vt elegantiſſimae eiusdem Diſſertationes *de Gardenia, de Protea, de Oxalide, de Ixia, de Iride*, item tres aliae, quae *noua genera plantarum* proponunt, in lucem prodirent, item *Actis Academiae ſcientiarum* Stockholmienſis aliarumque Societatum litter. Suecicarum multae eximiae obſeruationes ab eo traderentur. Palmas eo ſuaſore (*Vet. Acad. Handl.* 1782. *p.* 286.) in *Appendicem*, ob partes fructificationis non rite cognitas, olim abiectas, lubentiſſime in ſuas claſſes transmiſiſſem, modo characteres generis addidiſſet: nomina tamen generum in claue claſſibus ſingulis praefixa ſignificaui, et in ipſa Appendice lectores monui. Tantum vero amicitiae dedit pereximius vir, vt quum eum, ne opus tardaretur, de communicandis mecum characteribus *ſtirpium Iaponicarum* nouarum ab illo in loco natali lectarum ſollicitarem, quos noueram prelo Lipſiae deſtinatos eſſe, eos manu ſua chartae mandatos mihi mitteret. Haec

dum

dum indico, grates ſimul agendae ſunt cel. LESKIO, cuius cura THVNBERGII Flora Iaponica ibidem typis prodit, quod eiusdem per plagulas, prout prelo exirent, copiam mihi fecerit: ſed ne diſparitas in citatione eſſet, vbiuis codicem manu ſcriptum allegaui. In eo autem vnice diſcrepantiam lectores animaduertent, quod ſpecies Iaponicae ad Monoeciam, Dioeciam, Polygamiam, item Gynandriam in Syſtemate vegetabilium relatae, a THVNBERGIO per alias claſſes ſecundum numerum ſtaminum diſperſae compareant. *Aliorum* quoque *Suecicorum botanicorum* obſeruationes notatu digniores in medium protuli, modo praegreſſum ſcrutinium id ferret. Addidi hiſce *proprias meas,* ex *Commentationibus Societatis ſcient. Gotting.* petitas, bene multas, quibus pro ſcopo fuit vel nouas plantas vel mance determinatas ab obliuione et ambiguitate vindicare.

Hiſce omnibus ſubſidiis inſigniter creuit ſtirpium numerus. Haud parum pretii autem libro decederet, ſi in eo nouae iſtae numeroſae, quas IACQVINI *opera* ſeriora continent, deſiderarentur, nimirum *Hortus* eius *Vindobonenſis, Flora auſtriaca, Editio picta Hiſtoriae ſtirpium americanarum, Miſcellanea auſtriaca* et *Icones plantarum rariorum*, quae omnia non elegantia modo iconum ſed et deſcriptionum praeſtantia et fide inter primaria rei herbariae monumenta vt praeſens aetas ita et poſtera referet.

Initium

Initium modo priorum duorum LINNEO patri perluſtrare datum fuit, quanta auiditate, quanto applauſu, id fecerit, et quam charum in vniuerſum IACQVINI nomen illi fuerit, quauis data occaſione declarauit. Sed pergendum erat in tramite ſemel calcato, et ſeriora inuenta ill. viri prioribus, ſuis locis, adiungenda. Qua in re quum id difficultatem pareret, quod amplioribus Horti Vindobonenſis et Florae auſtriacae, aliquando et Miſcellaneorum auſtriacorum, deſcriptionibus ſtirpium breues definitiones praefixae exſtarent nullae: ſubuenit ipſe hiſce anguſtiis praeſtantiſſimus vir meoque rogatu characterum ſummas a ſe ipſo concinnatas litterisque mihi oblatas publici iuris facere permiſit. Hiſtoriam eius ſtirpium ſelectarum Americanarum coloribus viuis pictarum, cuius prima exempla a. 1781. vendebantur, ex editione a. 1763. enatam eſſe notum eſt, et pauciores modo plantas ſub finem annexas. Hanc primam libri editionem qui cum recentioribus LINNEI ſcriptis conferat, offendet, licet plerisque ibidem deſignatis generibus ſpeciebusque ſubſcripſerit, omiſiſſe eum tamen nonnulla vegetabilia. Quum id ſine dubio rationibus grauibus ductus egerit: non ab arbitrio meo pependit, renitente quaſi LINNEO, cuius ſenſa praeprimis hic exprimenda, ſub defectu plantarum examinandarum, et omiſſis aliquando notis, quibus ad diſcrimina opus eſſe viſum, excluſa adoptare. Circa

acceſ-

acceſſiones vero, poſt mortem immortalis praeceptoris a IACQVINO enumeratas, mea libertate et proprio iudicio vti licuit. Id tamen ſimul monendum, etiam in reliquis eiusdem operibus exſtare aliquot paucas ſtirpes, quarum differentias ſpecificas mecum non communicauit; vnde coniicio, ill. virum poſtliminio mutaſſe ſuam de nouitate earum ſententiam.

Quod ex amplo earum plantarum numero, quas FORSTERI in inſulis maris auſtralis indagarunt, et PALLASIVS in Roſſia, nullas alias huic Pinaci inſeruerim, quam quas Supplementum ſiſtit, vel quas ipſe in horto botanico examinaui, huius rei cauſa haec eſt, quod iſti paucis exemplis exceptis in generibus tantum modo acquieuerint, hic differentias ſpecificas addere neglexerit.

Haec, quae dixi, ad numerum ſtirpium, quo locupletata fuit haecce Syſtematis editio, praecipue pertinent. Quum vero et id ſemper animo meo infixerim, non minus eſſe meritum in re herbaria, notitiam ſtirpium iam cognitarum veriorem vel faciliorem reddere, quam nouas detegere vel obliuioni datas in lucem protrahere: in haud paucis deflexi a priſtinis effatis, animaduerſiones numeroſas generibus vel praecipue ſpeciebus adſperſi, et ſynonyma iconesque haud paucas,

quas,

quas inter ſeriores ex *Flora Danica* et SCHREBERI *Hiſtoria graminum*, nouiter indicaui. In omnibus hiſce et breuitati et paucitati ſtudui, perſuaſus prolixitatem et copiam, quae a noua editione *Generum* et *Specierum* plantarum iure quodam exſpectari poſſit, in breuiario, quale hocce Syſtema eſt, vitii potius nomine dignam eſſe. Niſi haec me tenuiſſet opinio, facile fuiſſet ex aduerſariis et obſeruationum et ſynonymorum iconumque citatarum numerum augere. Quicquid vero adiecerim, addito vel nomine, vel littera M. et ſi opus, praemiſſa lineola, notaui, idque non vanae ambitionis cauſa, ſed vt ne errores, qui mei forſitan ſint, LINNEO tribuantur; nec ii, quos LINNEVS in tantae difficultatis auſo aliquando non potuit euitare, editorem feriant. Nam rurſus moneo LINNEI potiſſimum ſenſa, non mea, fuiſſe euulganda. Hinc et vt priſtinus nexus inter hocce opus eaque, quae genera et ſpecies plantarum complectuntur, perſiſteret, ſeruaui numeros, qui ad vtrumque librum reſpiciunt, ex editione XIII. eo modo diſcrimine, vt ſpeciebus numeros ſerie continuos praefigerem. Gottingae, d. XXIX. Aprilis a. MDCCLXXXIV.

PRAE-

PRAEFATIO

EDITIONIS XIII.

Exultat mens mea laetitia, in memoriam reuocans aurea ista momenta, quae in perillustris A LINNE', Equitis, consortione vere anni 1772. ineunte consumere mihi datum fuit. Eam tum in summo viro animi virium integritatem floremque, et illum in scientia sua locupletanda ardorem cognoui, quem iuuenis et auditor olim miratus fueram, qui iam vero perennans nouorum laetissimorum fructuum, in rem naturalem et medicam redundaturorum, spem alit; et illum simul in aduersarios, famae eius insidiantes, expertus sum in eo animum placabilem, et aequum in vniuersum de aliorum meritis iudicium, vt vel iniquissimus vel moro-

ſiſſimus cenſor, haec audiens, in amorem eius rape-retur neceſſe eſſet. Mihi vero eo in primis breuis iſta et iterata cum perilluſtri viro conſuetudo fructuoſa fuit, quod de rebus multis, quae viſae mihi antea in arte erant ambiguae, ſciſcitari oraculum hocce contingeret; quae dubia non ratiociniis lubricis, ſed natura ipſa con-ſulta, in cuius ſacra me ducendi vicinia gazophylacii, in praedio eius Hammarby exſtructi, opportunitatem conceſſerat, diſſipauit, deſtruxit.

Quum nihil hoſpiti ſuo, quicquid vel mentem vel corpus recrearet, deſiderare relinqueret: tum et eum Syſtematis naturae Tomum conſpiciendum dedit, qui ſtirpes complectitur. Hunc ego videns multis egregiis obſeruationibus auctum, nec paucioribus emendationi-bus expolitum, precibus ſollicitaui perill. virum, vt, quum duodecimae eiusdem editionis exempla a biblio-pola diſtracta iam eſſent, de noua, hisce ſuppetiis in-ſtructa, typis mandanda cogitaret. Verum renuit per-ill. Eques, regerens, ſe in poſterum nonniſi ſupple-menta vltimae editioni additurum. Tandem mihi vlte-rius eum de commodis, quae inde rei herbariae acceſ-ſura eſſent, admonenti, et tyronum artis, quorum

multi

multi pretio totius *Syſtematis naturae* deterrerentur, ſtudium libro facilius parabili, accenſum mirificeque leuatum iri, forſitan paullo impudentius vrgenti, librum exactius limatum ſe mihi traditurum promiſit, vt, quemcunque in vſum vertere eum vellem, facultas mihi ſuppeteret. Promiſſis ſtetit perill. vir.

Ego vero nolui priuatum hoc eſſe bonum, ſed publici reddere iuris mearum partium duxi, confiſus, gratiam non ab auditoribus modo, ſed et a botanicis in vniuerſum, me eo initurum.

Etenim in hac noua vegetabilium Syſtematis editione omnes nouae ſtirpes, ſiue genera ſiue ſpecies conſtituant, ſuis locis inſertae continentur, quae poſtquam libri, *Genera* et *Species plantarum* inſcripti, vltimo comparuerunt, a perill. viro detectae ſunt, et antea in *Appendice Specierum plantarum*, in *Mantiſſis*, in *Supplemento tertiae Syſtematis naturae partis*, ſparſim exhibitae. Hae variis recentius detectis nec ante rite cognitis ſpeciebus auctae ſunt. Acceſſerunt multae nouae obſeruationes ad ſpecies quam plurimas, earundemque vel generum characteres crebro emendati. Varia et genera

et ſpecies in aptiora loca translata. Multa inſuper ſynonyma curatius hic definita exiſtunt.

Quum operae typographicae et propria libri amplitudine et variis impedimentis retardarentur, crebras acceſſiones et mutationes cl. vir mihi miſit, quas fide ſuis locis inſerui. Id porro meum eſſe arbitratus ſum, vt, quantum fieri poſſet, nitidus et emaculatus in medium prodiret. Demum curaui, vt, quum, in prioribus editionibus nomina ſ. d. triuialia, neſcio qua de cauſa, a typographo antea ſaepe abbreuiata vel mutilata ſiſterentur, vnde tironibus difficultas crebro enata fuit verum nomen intelligendi, iam integra deſcriberentur. Scr. Gottingae in horto botanico, feriis paſchalibus a. MDCCLXXIV.



REGNVM



REGNVM VEGETABILE.

FLOS *est plantarum gaudium.*
Tunc se novas, aliasque, quam sunt, ostendunt:
tunc variis colorum picturis in certamen usque luxuriant.
PLIN. XVI: 25.

1. NATURA creata, continuato Semine, ope elementorum, modificat Terras in *Vegetabilia*, Vegetabilia in *Animalia*, vix contra; utraque resolvit iterum in *Terras*, circulo perenni aucto.

2. VEGETABILE est vita composita, absque motu voluntario.

3. TRIBVS Vegetabilium tres vulgo numerantur:

MONOCOTYLEDONES: Fruges: 1, 2, 3.
DICOTYLEDONES: Plantae: 4, 5.
ACOTYLEDONES: Cryptogama: 6, 7, 8, 9.

4. GENTES, e quibus incolae confluxerunt, potissimum sunt:

1. PALMAE PRINCIPES, Indici, Spathacei spadiciferi, fluxi, eminentes celsitudine eximia, spectabiles caudice invariato simplicissimo perennante, coronati coma frondosa sempervirente, opulentes gazis fructuum opimis. *Hi Tributarii sunt animalium Primatibus, imprimis eorum Principi cohabitanti.*

2. GRAMINA. Plebeii, Campeſtres, Culmiferi, Glumacei, Ruſtici vulgatiſſimi, ſimpliciſſimi, vivaciſſimi, conſtituentes vim roburque regni, et, quo magis mulctati et calcati, magis multiplicativi. *Hi tributarii ſunt, e vili penu, animalibus plerisque phytophagis, horumque Cerealia imprimis eorum Principi hoſpitanti.*

3. LILIA. Patritii, Lucares, Bulboſi triarii, ſuperbientes veſtimentis fulgentibus feſtivis. *Hi paſcunt oculos condecorantque regnum venuſtate aulaeorum ſplendidiſſimorum.*

---

4. HERBAE Nobiles, Pratenſes, Annotini, Polymorphi. *Hi ornant regnum Structura admiranda, Sapore multifario, Odore fragrante, Colore florido.*

5. ARBORES. Proceres, Sylvatici, e Nobilium ordine perennantes caudice, ſtipati pediſſequis *Servis*, ſuſtentantes inauſpicato clientes *Paraſiticos*. *Hi attollunt capita, arcent Ventos, inumbrant Aeſtuantes, humectant inconſpicuo imbre, alliciunt Vocales, perficiunt Fructus; tanquam totidem Naturae Horti.*

Milites armati Spinis Aculeisve, e Plantis utrisque adſcriptivi. *Hi arcent Mammalium hoſtium injurias.*

---

6. FILICES. Novaccolae, Latebroſi, Stipitati, Dorſiferi, macri. *Hi praeparant poſteris Terram.*

7. MVSCI. Servi, Hyemales, Imbricati, Calyptrati, Reviviſcentes, Impaſti, loca omnia a prioribus relicta occupant numeroſiſſimi. *Hi Radices incolarum fovent: ne adurantur a Bruma Hyberna; ne exſiccentur a Sirio Aeſtivo; ne evellantur a viciſſitudine Vernali; ne corrumpantur a Putramine Autumnali. Colligunt etiam pro dominorum peculio Humum daedaleam.*

8. ALGAE. Vernacvli, Aquigeni, Squalentes, Redivivi, Abſtemii, Nudiuſculi. *Hi inchoant culturam primam Vegetationis.*

9. FUN

9. FUNGI. Nomades, Autumnales, Barbari, Denudati, Putidi, Furaces, Voraces. *Hi Flora reducente Plantas hyematum, legunt relictas earum quisquilias sordesque.*

5. TEXTURA vegetabilium e *Vasis* succosis.
Tracheis aëreis.
Utriculis secretoriis.

6. SUBSTANTIAE vegetabilium ex *Epidermide*, externe obducente *Corticem*, deponentem interiore latere *Librum*, secedentem in *Lignum* annotinum rigidum, obducentes *Medullam*.

7. PARTES Vegetabilium primariae tres sunt:

Radix descendens, aquosa sorbens, *nutriens*.
Herba adscendens, aërea spirans, *movens*.
Fructificatio pandens, aetherea halans, *generans*.

8. RADIX terrenis humentibus inserta exserit *Radiculas* capillares, saepe superne concurrentes in solidum *Caudicem descendentem* sub terra, aut etiam *adscendentem* supra terram.

9. HERBA annua, aëreis commissa, constat *Hybernaculo*, *Trunco*, *Folio*, *Fulcro*:

Hybernaculum compendium Herbae totius, squamosum:
Bulbus e basibus Foliorum praeteritorum.
Gemma e rudimentis Foliorum futurorum.

10. TRUNCUS, attollens Herbam Fructificationemque, (Rami sunt Partes Trunci) est vel

Caulis *Herbae* foliosus.
Culmus *Graminis:* saepius geniculatus articulis inanibus.
Scapus *Radicis* aphyllus floriferus.
Pedunculus ramus *Caulis* floriferus.
Petiolus ramus foliiferus, folio proprius.
Stipes a Folio non distinctus: *Palmis*, *Filicibus*. — item truncus *Fungi*.

11. FOLIUM expandens per aëra superficiem, volatile, saepe petiolatum.

Foliolum partiale est Folii *compositi*.

Frons Folium e stipite factum: *in Palmis et Filicibus*.

12. FULCRUM adminiſtrans pro Vitae neceſſitate:

Stipula Foliorum, ad eorum baſin, foliacea.
Bractea Florum, ad florum pedunculorumve baſin, foliacea.
Pubes veſtiens villoſitate.
Glandula ſecernens liquorem.
Spina terminans *cornu* lignoſo.
Aculeus ſparſus *ungue* cortici tantum inſerto.
Cirrhus ſcandens *filo*.

13. FRUCTIFICATIO temporaria, terminans, lege naturae ſpontanea dehiſcens metamorphoſi, ut ſubſtantia *Interna* pateat Flore et Fructu.

Flos fit e *Calyce*, *Corolla*, *Staminibus*, *Piſtillis*.
Fructus e *Pericarpio* praegnante *Seminibus*, affixis *Receptaculo*.

14. CALYX Tegmentum exterius Floris e *Cortice*, cuius ſpecies 7.

Volva *Fungi*, lacera.
Calyptra *Muſci*, cucullata.
Spatha *Palmae*, vaginata.
Gluma *Graminis*, ſaepius bivalvis.
Perianthivm *Plantae*, corollae approximatum.
Involucrum *Plantae*, a flore remotum, ſaepius umbellae.
Involucellum, partiale involucrum.
Amentvm *Gemmaceum* imbricatum, commune.

15. COROLLA Tegmentum interius Floris e *Libro*.

Petalum membranaceum: *Limbo* aut *Laminis*.
Tubo aut *Unguibus*.
Nectarium nectariferum proprium, mel promens.

16. STAMEN Viſcus exterius e *Ligno*; *Genitale Maſculum*.

Filamentum ſuſtinens *Antheram*.
Anthera foeta granulato *Polline*, et hoc *Fovilla*.

17. PISTILLUM Viſcus interius e *Medulla*; *Genitale Femineum*.

Germen Fructus rudimentum, inferius.
Stylus a germine elevans Stigma, intermedius.
Stigma roridum, pubeſcens, ſupremum.

18. PERICARPIUM *Germen* defloratum ſeminiferum.

Ca-

Capsula membranacea, *valvis* dehiſcens varie in variis.
Siliqua membranacea, *bivalvis*, ſutura utraque ſeminifera.
Legumen membranaceum, *bivalue*, ſutura altera ſeminifera.
Folliculus membranaceus, *univalvis*, latere dehiſcens, a ſeminibus diſtinctus.
Bacca pulpoſa, *Seminibus* diſtinctis.
Drupa pulpoſa, *Nucleo* oſſeo.
Pomum pulpoſum, *Capſula* includente ſemina.
Strobilus imbricatus *Amenti* coarctati.

19. SEMEN *Ovum*, nova planta praegnans, deciduum, tunicatum.

Hilum cicatrix umbilicalis.
Cotyledones bibulae placentam uterinam conſtituentes.
Corculum, novae plantae compendium, connectens cotyledones:

e *Roſtello* acuminato, deorſum germinante.
e *Plumula* imbricata, ſurſum excreſcente.

Pappus interdum coronat ſemen.
Arillus interdum includit partialiter ſemen.

20. RECEPTACULUM: *baſis* partes fructificationis connectens.

Proprium unius floris.
Commune pluribus *floſculis* ſeſſilibus.
Umbella inter calycem et florem, elongatum in pedunculos aequatos.
Umbellula partialis umbella.
Cyma umbella compoſita ramulis alternis.
Spadix intra Spatham, praeprimis Palmae.
Rachis Spicae Graminis, cui flores inſculpti.

21. MACHINAE Vegetabilis ſubſtantia conſtat duplici contraria:

Corporea externa, includens, nutritiva, deſcendens, terrenis adhaerens, ſtudioſe medullam incarcerans, duriuſcula, apice tenerrimo accreſcens.

Medulla interna, incluſa, vivificans, baſi deliqueſcens, apice adſcendens, multiplicatione diviſibilitate terminoque infinita, in creatione accenſa, a primordio occulte feſtinat lenteque verſus minimam reſiſtentiam ad ſummum ſuum exitum; quo vero corporeum coarctans debilius, eo clauſtra citius reſerat metamorphoſin ſubitura,

quaeque evaſura ſeſe cum corpore copulat, ut in novas diſpergenda vitas circulus perennet.

22. GERMINATIO fit diſperſis *Seminibus*, per *Hilum* abſorbentibus aquam, unde rumpuntur membranae a bibulis tumentibus *Cotyledonibus*, lactantibus *Corculum*, usque dum foetus *Roſtellum* Radiculas exſerat, quo erigatur *Plumula* accreſcens in *Herbam* anni, terminatam *Gemma* ſupradecompoſita.

23. VEGETATIO fit *Radiculis* ſugentibus tincturam aquoſam Humi. quae, calore quotidie addito, lente pellitur per corporei externi vaſa, unde nutritio exterioris interiorisque plantae, exhalante ſuperfluo, *Cortice* deponente ab interiore pariete *Librum*, quotannis ſecedentem in ſubſtantiam *Ligneam* (ex Annulis annotinis interſtinctis Alburno, demum ab emarcidis inferioribus ramis ſuboſſifacto) ſuſtentaturam Caudicem adſcendentem, intra cujus apices *Medulla* viva properat.

MEDULLAM concipio faſciculum e fibris Nerveis iſocelem formantibus, in qua vis vitalis pellens rumpit extimos nervos, hinc divergentes, penetrantes corticem etiamnum ſubgelatinoſum, ubi hi nervi medullares apice ſimiliter multiplicantur in Gemmam. A diſſecto, per hunc nervum, vaſe adſcendente, impeditoque ſubtus adſcenſu humoris propulſi, extenditur corticale in *Folium*.

FOLIUM hoc, quod exercetur volatu ventorum, attrahit praeparatque (exceptis Paraſiticorum, antea praeparatorum) humores, pagina ſuperiore a luce electricum inſpirat, pagina inferiore roridum perſpirat, a caſu nunquam renaſciturum.

DECLARATUR vero Larva herbae, ubi Medullae major propulſio, quam includentis Corporei retentio, quo aperitur ſubſtantia *Corticis* in Calycem, *Libri* in Corollam, *Ligni* in Stamina, *Medullae* in Piſtilla, terminante vegetationem nova vita, collectis filis in ultima Medullae Semina.

4. PROLEPSIS ſiſtit Metamorphoſeos Plantarum myſterium, quo Herbae *Larva* mutetur in *Declaratam* Fructificationem; Plantae enim eſt producere vel *Herbam* folioſam, vel etiam *Fructificationem*.

FOLIUM

Folium genuinum ſemper in ſinu fovet Rami multiplicantis principium, ſive actu, ſive potentia tale; cumque Folium ſit natum ob huius cauſſam, nec viciſſim, nequit exiſtere Folium, niſi hoc principium perforaverit antea corticem, e quo ortum eſt, licet effectus ante ſuam cauſſam manifeſtus.

Gemma genuina eſt *Rami* futuri compendium, in quem demum explicabitur. Gemma ſemper conſtat *Squamis*, totidem Foliorum rudimentis, etiamnum (a futuro ramulo nondum elongato) approximatis. *Cumque* Folia ſine Gemma exiſtere nequeant, neceſſe eſt, ut Gemmae lateant in ſinu cuiusvis ſquamae gemmaceae, confirmante autopſia, adeoque nequit omnis Gemma aliud eſſe, quam corpus a foliis et gemmulis compoſitum. Sequitur itaque, ut omnis Gemma conſtet Foliis cum ſuis Gemmulis et hae *Gemmulae* ſimiliter ex minoribus ſquamis et gemmulis, et ſic porro usque in quintam progeniem (ut in Volvoce), nec ultra, confirmante metamorphoſi. Ergo Ramus folioſus praeſentis anni, foetus ſit ramulis omnibus per *quinquennium* prodituris, ſuccedentibus ſemper novis ad extremos apices, in defoliatorum, ad baſin, locum, ut numerus quinarius perennet. Hoc fit in *Arboribus*, ubi medulla moratur a duriori ſubſtantia lignea: in *Plantis* annuis autem, ubi minor reſiſtentia corporei laxioris verſus medullam, valet haec brevius, absque mora gemmacea, exire in Flores; quodcunque enim valet propulſionem Medullae augere et incluſivam vim Corporei debilitare, id promovebit floreſcentiam.

Florem dum producat Arbor, Natura anticipabit quinque annorum progenies, ſimul tum prodituras, formando e foliis gemmaceis futuri anni *Bracteas*, ſequentis *Calycem*, inſequentis *Corollam*, conſequentis *Stamina*, ſubſequentis *Piſtillum*, refertum Medulla granulata *Seminum*, termino vitae vegetantis.

25. FLORESCENTIA ſiſtit Plantarum *Sponſalia* in Flore, (*a*) et *Nuptias* in Antheſi.

A 4 Flos

(*a*) Sponſalia plantarum. *Amoen. acad. I. n.* 12.

Flos, exuta Herbae Larva, prodit Plantâ declarata, interna, nuda et perfecta inſtar *Inſecti* alligati volitantis: *Coleoptrati* Calyce, *Alati* Corolla, conſtantis ſolis *Viſceribus* Genitalibus; *Maſculis* ſtaminibus ex Antheris *Teſticularibus*, repletis Polline *Genitali*, continente *Fovillam* vivificantem, et *Femineis* Piſtillis ex Germinis *Ovario*, terminato Stigmate *vulvifero*, tecto *Pube* tubuloſa, reſudante *Lympham genitalem*.

Anthesis peragitur, dum Antherae ruptae ſpargunt ſuum *Pollen* veſiculare ſupra *Stigma*, quo efflat hoc incluſam *Fovillam* maſculam, abſorbendam a *Lympha genitali* feminea reſudante, ut corporeum maſculum addito Femineo medullari conficiat *Ovum*, in juſtam maturitatem fovendum intra Ovarium.

26. PRINCIPIUM Fructificationis, Fundamentum Botanices, eſt altius repetendum.

Problema: Supponas D. O. O. in primordio e ſimplici progreſſum ad compoſita; e paucis ad plura! adeoque a primo Vegetabili principio, tot tantum creaſſe plantas diverſas, quot *ordines Naturales*. Has ordinum plantas, Ipsum dein ita inter ſe generando miſcuiſſe, ut totidem exorirentur plantae, quot hodie diſtincta exiſtunt *Genera*. Naturam dein Genericas has plantas, per generationes ambigenas (quae ſtructuram floris non mutant) inter ſe miſcuiſſe et multiplicaſſe in *Species* exiſtentes, quotquot poſſibiles, excluſis tamen e numero ſpecierum, ab eiusmodi generatione productis Plantis *Hybridis*, utpote ſterilibus.

Genus itaque omne eſt naturale, confirmante natura, ſaltum non faciente.

Character ergo non conſtituat umquam genus, ſed ſedulo ſecundum Genus naturae conficiendus eſt.

Plantae congeneres ſunt quoad genus dignoſcendae e planta declarata, cum generatio ambigena illibata relinquat Fructificationem; ſed diſtinguendae in ſpecie ſecundum Herbam a ſociis ſororibus, diverſo patre productis.

Diagnosis ſic plantae conſiſtit in affinitate *Generis* et in diſcrimine *Speciei*.

Nomen plantae itaque, ut utramque diagnoſin indigitet, duplex erit: *Genericum* Cognomen gentilitium.
Specificum Praenomen triviale.
ſub hoc vero *Synonyma* vaga auctorum.

Bo-

Botanicus, ſequendo *Claſſificationes*, per *Characteres* plantae declaratae ducitur ad *Genus* nominatum; per *Differentias* Larvae ad *Speciei* appellationem; inde ad huius *Synonyma*; ex his ad *Auctores*, exinde ad *omnia*, quae de obiecto quaeſtionis, ſeculi beneficio, ad nos pervenere. Sic dicat ipſa planta ſuum Nomen, ſuamque Hiſtoriam in tanta multitudine ſpecierum, imo individuorum; hoc finis Botanices primus, ſeculi noſtri inventum, in quod perficiendo deſudabunt omnes Botanici veri.

27. BOTANICUS *verus* deſudabit in augendo amabilem Scientiam:

Descriptiones Fundamentales conficiat verbis characteriſticis, Plantarum imprimis obſcuriorum, rariorum novarumque, ad normam Delineationis plantae, quales *Filius*, et cl. *Schreberus in Decuriis*.

Figuras, ſi poterit, addat, quae repreſentent Plantam perfectam, quales dedere *Vaillant*, *Dillenius*, *Ehret*, *Jacquin*, *Trew*, *Schmiedel*, etc.

Differentias ſpecificas eruat compendioſas propriiſſimasque.

Synonyma auctorum conquirat, inprimis ſelectiora; uti *Hallerus*.

Genus naturale ſemper Speciei praefigat, et ubi novum, *Charactere* naturali definiat ex omnium partium fructificationis ſitu, figura, numero, proportione.

Species vagas novasque ad certa genera referat, uti *Tournefort*, *Plumier*, *Browne*, *Jacquin*.

Ordinem naturalem, ubi patet, indigitet.

Stationes cujusvis plantae notet, ideoque plures *Floras*, ubi licet, producat, inprimis *Auſtrales* et *Exoticas*.

Proprietates obſervet, quales *Duratio*, *Seminatio*, *Gemmatio*, *Vernatio*, *Aeſtivatio*, *Nuptiae*, *Frondeſcentia*, *Calendarium*, *Horologium*, *Somnus*, *Qualitates*.

Usus addat, quales uſus *Naturae* (Panis Pandoraeque) *Medicus*, *Oeconomicus* etc. et quaecunque in his cedant imprimis in gloriam Auctoris et in commodum generis Humani, ût poſteri demum obambulent in ſerena luce.

BOTANOPHILI Fallaces, Ephebi, Hirquitallientes:
Leges Artis proclamant, antequam Naturales didicerint.
Abſonos extollunt, Praeſtantiores rodunt zelo ſtomachoſo.
Compilant furtim aliena, propria vix detegunt.]
Grano eruditionis reperto ſtentorii ebuccinant.
Methodum naturalem ſibi notam crepant.
Genera arbitraria eſſe aſſeverant.

Dediſti mihi DOMINE *artem,*
meam mercedem,
et in illa laudabo nomen Tuum.

DAVID.

DE-

DELINEATIO PLANTAE.

I. THEORIA.

GENUS. Nomen *selectissimum.*
Character naturalis, essentialis, artificialis.
Classis Ordoque *Systematis praestantissimi.*
Ordo naturalis *demonstrandus.*

SPECIES. Nomen triviale.
Differentia specifica *demonstranda: certissima, brevissima.*
Synonyma *ex* Descriptione *s.* Figura *selecta*; vernacula.

CRITICA. Etymologia nominis *generici, specifici.*
Inventor *cum* tempore.
Eruditio Historica, Critica, Antiqua.

II. DESCRIPTIO.

RADIX *duratione* annua, biennis, perennis.
figura a. fibrosa, ramosa, fusiformis, praemorsa.
b. repens, articulata, dentata.
c. globosa, tuberosa, fascicularis, palmata.
d. bulbosa: (granulata), tunicata, solida, squamosa.

TRUNCUS *specie* Caulis, Culmus, Scapus, Stipes.
duratione herbaceus, suffruticosus, fruticosus, arboreus.
solidus, inanis, fistulosus.
mensura a. (proportio *ad folia reliquasque partes.*)
b. crassities *ex simili notissimo.*
directione a. erectus, strictus, rigidus, scandens, volubilis, repens,
laxus, obliquus, adscendens,
declinatus, incurvatus, nutans,
diffusus, procumbens, stoloniferus.
b. sarmentosus, radicans, repens.
c. geniculatus, flexuosus, scandens.
volubilis: *sinistrorsum, dextrorsum.*

figura

figura a. teres, ſemiteres, compreſſus, fiſtuloſus.
anceps, 3-10angulatus,
acutangulus, obtuſangulus.
b. 3-6gonus, 3-5queter.
veſtitu nudus, aphyllus, foliatus,
vaginatus, ſquamoſus, imbricatus,
Super- a. ſuberoſus, rimoſus, tunicatus,
ficie b. laevis, ſtriatus, ſulcatus, canaliculatus,
c. glaber, ſcaber, muricatus,
tomentoſus, villoſus, hiſpidus,
aculeatus, ſpinoſus, urens.
d. ſtipulatus, membranatus, bulbiferus.
compoſi- a. enodis, ſimpliciſſimus, ſimplex, integer.
tione b. articulatus, prolifer, dichotomus,
brachiatus.
c. ſubramoſus, ramoſus, ramoſiſſimus.
d. virgatus, paniculatus, faſtigiatus.
e. patens, divaricatus.
RAMIS a. ſtructura Caulis, Frondis.
b. alternis, diſtichis, ſparſis,
confertis, oppoſitis, verticillatis.
c. erectis, coarctatis, divergentibus,
divaricatis, deflexis, reflexis, retroflexis,
fulcratis.
d. altitudine caulis; longis, brevibus, patentibus.

FOLIA

determinatione *loco* radicalia, caulina, ramea,
axillaria, floralia,
numero unicum, duo, tria, pauca, plurima.
ſitu a. alterna, diſticha, bifaria,
ſparſa, conferta, imbricata,
faſciculata, bina, terna, quaterna, quina,
confluentia, approximata, remota.
b. oppoſita, decuſſata, ſtellata.
directio- a. erecta, ſtricta, rigida, adpreſſa,
ne patentia; patentiſſima, aſſurgentia, inflexa, reclinata, recurvata, revoluta, dependentia.
b. obliqua, adverſa, verticalia, reſupinata.
c. ſubmerſa, natantia, radicantia.

inſer-

infertione a. petiolata, peltata.
b. feffilia, adnata, coadunata, decurrentia, amplexicaulia, perfoliata, connata, vaginantia.

ftructura *figura* a. fubrotunda: orbiculata, ovata, ovalia.
b. oblonga, parabolica, cuneiformia, fpatulata.
c. rotundata, lanceolalta, elliptica, linearia, acerofa.

angulis integra, 3-5angularia, deltoidea, rhombea, trapeziformia.

finubus a. cordata, reniformia, lunata, fagittata, haftata, panduriformia, runcinata,
b. fiffa, 2-5loba, 2-5fida, 3-5partita, palmata, lyrata, pinnatifida, finuata, laciniata, fquarrofa.

margine a. integerrima, crenata, ferrata, ciliata, dentata, fpinofa, cartilaginea.
b. repanda, lacera, erofa, daedalea.

apice a. obtufa, emarginata, praemorfa; truncata.
b. acuta, acuminata, cufpidata, mucronata; cirrhofa.

fuperficie a. pagina: fuperiore, inferiore, nuda, glabra; nitida, lucida, colorata.
b. nervofa: trinervia, trinervata, triplinervia; enervia, lineata, ftriata, fulcata.
c. venofa, rugofa, bullata, lacunofa, avenia.
d. punctata, papillofa, papulofa, vifcida.
e. villofa, tomentofa, fericea, lanata, barbata. pilofa, fcabra, hifpida, aculeata, ftrigofa.

expanfione plana, canaliculata, concava, convexa, cucullata, plicata, undata, crifpa.

fubftantia a. *membranacea*, fcariofa, gibba, teretia, depreffa, compreffa, carinata.
b. compacta, tubulofa, pulpofa, carnofa;
c. triquetra, ancipitia, lingulata, enfiformia, fubulata, acinaciformia, dolabriformia.

menfura breviffima, longiffima *refpectu caulis articulorumve*.

duratione decidua, caduca, perfiftentia, perennia, fempervirentia. com-

---

Ob loco *obverfe*, e. gr. obcordata, obovata, etc.
Sub loco *fere*, e. gr. fubcordata, fubovata, etc.
Coadunantur faepe figurae ejusdem divifionis, non vero diverfae:
bene lanceolato-ovata, ovato-lanceolata etc,
male lanceolato-acuta, ovato-mucronata.

compofitione *Compofita* Articulata, Conjugata.
Digitata: binata, ternata, quinata.
Pedata.
Pinnata: bijuga, trijuga, quadrijuga etc.
cum impari, abrupta, cirrhofa.
Foliolis oppofitis, alternis, interruptis, decurfivis.
Decompofita bigemina, biternata, bipinnata,
Supradecompofita tergemina, triternata, tripinnata.

FULCRA: Petiolus, Stipula, Cirrhus, Pubes, Arma, Pedunculus, Bractea.

Petiolus *figura* linearis, alatus, clavatus.
membranaceus, teres, femiteres, triqueter, canaliculatus.
magnit. breviffimus, brevis, mediocris, longus, longiffimus.
infertione infertus, adnatus, decurrens, amplexicaulis, vaginans, appendiculatus.
directione erectus, patens, affurgens, recurvatus.
fuperficie glaber, aculeatus, nudus, articulatus, fpinefcens.

Stipulae a. geminae, folitariae, nullae.
b. laterales, extrafoliaceae, intra foliac., oppofitifoliae.
c. caducae, deciduae, perfiftentes, fpinefcentes.
d. feffiles, adnatae, decurrentes, vaginantes.
e. fubulatae, lanceolatae, fagittatae, lunatae.
f. erectae, patentes, reflexae.
g. integerrimae, ferratae, ciliatae, dentatae, fiffae.
h. breviffimae, mediocres, longae.

Cirrhus a. axillaris, foliaris, petiolaris, peduncularis.
b. fimplex, trifidus, multifidus.
c. convolutus, revolutus.

Pubes a. pili, lana, barba, tomentum, ftrigae.
b. fetae: fimplices, hamofae, ramofae, plumofae, ftellatae.
c. hami, glochides.
d. Glandulae, Utriculi.
foliaceae, petiolares, pedunculares, ftipulares.
e. vifcofitas, glutinofitas.

Arma

Terminorum Definitiones *dedi in Amoen. Acad.* 6. *p.* 217. Figuras *autem in Horto Cliffortiano, Philofophia Botanica, Lee Introduction, Milleri Dictionario, Sauvagefii methodo; item Barnades princip., Oederus etc.*

Arma a. *Aculei*: recti, incurvi, recurvi.
b. *Furcae* bifidae, trifidae.
c. *Spinae* terminales, axillares, calycinae, foliares, fimplices, divifae.
d. *Stimuli* pungentes, urentes.

Bracteae a. coloratae, caducae, deciduae, perfiftentes.
b. una, duae, plures.
c. *Coma*.
d. Foliorum *caetera addenda*.

Pedunculus partialis (a-e), communis; Pedicellus.
a. *loco* radicalis, caulinus, rameus,
petiolaris, cirrhiferus,
terminalis, axillaris,
oppofitifolius, lateriflorus, interfoliaceus, fuprafoliaceus, extrafoliaceus.
b. *fitu* alternus, fparfus, oppofitus, verticillatus.
c. *numero* folitarius, geminatus, umbellula; *feffilis*.
d. *directione* adpreffus, erectus, patens, cernuus, refupinatus, declinatus, nutans, flaccidus, adfcendens.
pendulus, ftrictus, flexuofus, retrofractus.
e. *menfura* brevis, breviffimus, longus, longiffimus.
f. *multiflorus*, uniflorus, biflorus, triflorus, etc. multiflorus.
g. *ftructura* teres, triqueter, tetragonus,
filiformis, attenuatus, clavatus, incraffatus,
nudus, fquamofus, foliatus, bracteatus,
geniculatus, articulatus.

INFLORESCENTIA, graduali modificatione fcandit:

Spadix,	Cyma,	Umbella,	Umbellula,	Aggregata,
compofita,	Spica,	Amentum,	Strobilus,	Corymbus,
Racemus,	Panicula,	Thyrfus,	Fafciculus,	Capitulum,
Verticillus,	Lateriflor. etc.			

Flores terminales, laterales, fparfi, conferti, aggregati.
feffiles, pedunculati,
unicus, folitarius, terni etc. copiofi,
erecti, cernui, nutantes, refupinati, fecundi,
verticales, horizontales.
fuperaxillares, oppofitifolii, lateriflori, interfoliacei.

a.

a. VERTICILLVS a. sessilis, pedunculatus.
b. nudus, involucratus, bracteatus.
c. confertus, distans,

b. CAPITULUM a. subrotundum, globosum, dimidiatum.
b. foliosum, nudum.

c. SPICA a. simplex, disticha, eomposita spiculis, glomerata.
b. ovata, ventricosa, cylindrica, interrupta.
c. imbricata, articulata, ramosa, secunda. linearis, ciliata, foliacea, comosa.

d. CORYMBUS simplex, compositus.
e. THYRSUS nudus, foliatus.
f. FASCICULUS
g. RACEMUS a. simplex, compositus.
b. unilateralis, secundus, pedatus, coniugatus.
c. erectus, laxus, dependens.
d. nudus, foliatus.
h. PANICULA Trunci structura.

FRUCTIFICATIO ex *numero, figura, proportione, situ* partium, Simplex. Composita ex Flosculis.

CALYX *Perianthium* fructificationis, floris, fructus. persistens, deciduum, caducum.

Proprium a. monophyllum. polyphyllum.
b. 2-5fidum, 2-5partitum, integrum.
c. tubulosum, patens, reflexum, inflatum.
d. abbreuiatum, longum, mediocre.
e. obtusum, acutum, spinosum, aculeatum.
f. aequale, inaequale, labiatum.

Commune imbricatum, squarrosum, calyculatum, scariosum.

Involucrum a. universale, partiale, proprium.
b. mono-polyphyllum.

Gluma a. uniflora, 2-multiflora.
b. univalvis, bivalvis, multivalvis.
c. colorata, glabra, hispida.

Arista a. mutica, terminalis, dorsalis.
b. recta, tortilis, geniculata, recurvata.

Amentum squamosum, nudum,
Spatha univalvis, bivalvis, dimidiata, imbricata, 1-6flora.

Ca-

Calyptra recta, obliqua.
Volva approximata, remotiſſima; Pileus, Stipes.

COROLLA *Petali*
a. Tubus ſ. Ungues; Limbus ſ. Laminae.
b. monopetala, 2 - 6 - polypetala, 5fida, 5partita.
c. regularis, irregularis, inaequalis, difformis.
d. globoſa, campanulata, infundibuliformis, hypocratiformis, rotata, globoſa, liliacea, ringens, perſonata: labio ſuperiore et inferiore; Rictu; Palato, Fauce, Collo.
cruciata, concava, patens.
papilionacea: Vexillo, Alis, Carina.
e. Compoſita: ligulata, tubuloſa, radiata. Diſcus, Radius.
f. Color.

Nectarium proprium, petalinum, calycinum.

STAMINA *Filamenta* numero, figura, inſertione, proportione, aequalia, inaequalia; connata; alterna,
Antherae diſtinctae, connatae; laterales, incumbentes, erectae.
didymae, globoſae, ſubulatae, ſagittatae, bicornes, ariſtatae, ſpirales.
loculi, apertura.
Pollen figura.

PISTILLVM *Germen* ſuperum, inferum; pedicellatum.
Stylus numero, proportione, diviſione, figura.
capillaris, filiformis, cylindricus, ſubulatus, clavatus.
erectus, declinatus, adſcendens.
Stigma numero, figura: diviſum, perforatum, capitatum.

PERICARPIVM *Capſula*: figura, valvulae, loculamenta, diſſepimenta, columella,
dehiſcentia: 5dentata, 5valvis, articulata, circumſciſſa, elaſtica.
bicapſularis etc. bilocularis etc.
didyma, tricocca etc. inflata.
Siliqua figura: compreſſa, toruloſa, articulata.
Diſſepimentum parallelum, transverſum.
Legumen figura, articulata, 1 - 2locularis, iſthmis.
Folliculus univalvis, figura.
Drupa ſucculenta, ſicca.
Pomum figura, loculamenta.

Bacca monofperma etc. nidulantia femina.
Strobilus figura totius, fquamarum.
SEMEN numero, figura, loculis, fuperficie, confiftentia.
Hilum, *Corculum*.
Corona; *Pappus* ftipitatus, f. feffilis: capillaris, plumofus.
Cauda, hamus, calyculus, ala, arifta.
Nux unilocularis, bilocularis etc.
Arillus cartilagineus, fucculentus.
RECEPTACULUM fructificationis, floris, fructus.
Commune a. nudum, punctatum, pilofum, paleaceum, alveolatum.
b. planum, convexum, fubulatum, ovatum, globofum.
Compofitus flos ex *Flofculis*.
Aggreatus flos.
Vmbella a. fimplex, compofita ex *univerfali partialique*, prolifera.
b. concava, faftigiata, convexa.
c. erecta, nutans.
Cyma nuda, bracteata.
Spadix a. uniflorus, multiflorus.
b. fimplex, ramofus.
c. Rachis fpicae.

III. HABITUS.

GEMMATIO Bulbus folidus, tunicatus, fquamatus, caulinus.
Gemma *origine* petiolaris, ftipularis, corticalis.
contento foliaris, floralis, communis.
VERNATIO conduplicata, convoluta, involuta, revoluta, imbricata, equitans, obvoluta, plicata, circinalis.
ÆSTIVATIO convoluta, imbricata, conduplicata, valvata, inaequivalvis.
TORSIO a. conformis, difformis.
b. dextra, finiftra, reciproca.
c. refupinata, circinalis.
VARIATIO coloris, magnitudinis, pubefcentiae, aetatis.
Externa: plicata, fafciata.
latifolia, tenuifolia, crifpa.
mutica.
Interna: a. mutilata, grandiflora.
b. multiplicata, plena, prolifera, criftata.
c. vivipara, bulbigera.

SPON-

SPONSALIA Mas, Femina, Androgyna, Hermaphrodita.
Generationis *myſteria.*
SEMINATIO. *Seminis* cauda, ala, pappus, ariſta, hamuli, gluten, curvatio.
Pericarpii baccatio, inflatio, viſcoſitas, elaſticitas, *ſtructura.*
PLACENTATIO Dicotyledonis, Acotyledonis, Polycotyledonis.

IV. STATIO.

CLIMA boreale, mediterraneum, alpinum, marinum, orientale, auſtrale, occidentale, indicum.
SOLVM lacuſtre, littorale, maritimum, ſalſum,
paluſtre, inundatum, uliginoſum, caeſpitoſum,
nemoroſum, ſylvaticum, arvenſe,
pratenſe, campeſtre, montanum,
ruderale, cultum.
TERRA Humus, Argilla, Creta, Arena.
Paraſitica, arrhiza: Radicis, Trunci, Caulis, Folii.

V. TEMPUS.

GERMINATIO dierum, menſium, annuum, bienne.
FRONDESCENTIA *Vernatio* praecox, aequalis, ſerotina.
Autumnatio praecox, lenta, cunctanea.
CALENDARIUM 1. Germinationis, Frondeſcentiae, Floreſcentiae.
2. Groſſificationis, Maturationis, Meſſis.
3. Exfoliationis, Defoliationis, Congelationis.
4. Brumalis, Glacialis, Regelationis.
HOROLOGIUM a. *Vigiliae* meteoricae, tropicae, aequinoctiales.
b. apertionis, recluſionis.
SOMNUS Connivens, Includens, Circumſepiens, Muniens, Conduplicans, Involvens, Divergens, Dependens, Invertens, Imbricans.
DURATIO *Plantae* caducae, ſenſiles, perpetuae.
Flores ephemeri, tridui, menſtrui.
Fructus praecoces, ſerotini, annui.

VI. QUALITAS.

ODOR: ambroſiacus, fragrans, ſpirans, aromaticus, orgaſticus.
hircoſus, nidoroſus, teter, nauſeoſus, viroſus.
SAPOR: aquoſus, acidus, pinguis, dulcis, mucoſus.
ſiccus, amarus, ſtipticus, acris, ſalſus.
COLOR hyalinus, ruber, purpureus, albus, triſtis.
niger, luteus, viridis, cinereus, teſtaceus.

TACTUS humidus, tomentofus, fuccofus, carnofus, vifcidus. aridus, lucidus, fcariofus, membranaceus, fcaber.
MENSURA linearis, pollicaris, fpithamaea, pedalis, cubitalis. unguicularis, palmaris, dodrantalis, orgyalis.

VII. USUS.

NATURALIS *Oeconomia* naturae eiusque *Politia.*
Sympathia l. antipathia.
Pan *mammalium phytophagorum domefticorum.*
Pandora *infectorum.*
ARTIFICIALIS *Culinaris*: Radices, Olera, Fructus.
Officinalis a. fimplicia, praeparata.
b. pretium, locus.
Medica: Vires, Ufus.
Oeconomicus inftrumentalis.
paftoralis.
tinctorius.
culturae: Cerealia.
Macellum.
Officinalis.
Arboretum. Frutetum.
Pomona.
Pafcua.

CLAVIS SYSTEMATIS SEXUALIS.

NUPTIAE PLANTARUM.
Actus generationis incolarum Regni vegetabilis.
Florescentia.

PUBLICAE.
Nuptiae, omnibus manifestae, aperte celebrantur.
Flores unicuique visibiles.

MONOCLINIA.
Mariti et uxores uno eodemque thalamo gaudent.
Flores omnes hermaphroditi: stamina cum pistillis in eodem flore.

DIFFINITAS.
Mariti inter se non cognati.
Stamina nulla sua parte connata inter se sunt.

INDIFFERENTISMUS.
Mariti absque subordinatione.
Stamina longitudine indeterminata.

1. MONANDRIA.	7. HEPTANDRIA.
2. DIANDRIA.	8. OCTANDRIA.
3. TRIANDRIA.	9. ENNEANDRIA.
martinicensis. 6. D. fol. ovato-acuminatis, pedunculis trifloris bracteis ovatis, calyce longioribus. Justicia martinicensis *Jacq. amer. pict. p. 8. t. 6.* M.

japonica. 7. D. pedunculo axillari solitario subquadrifloro, bracteis oblongis ciliatis. *Thunb. japon. mspt.* M.

29. GRATIOLA. *Cor.* irregularis, resupinata. *Stamina* 24. 2sterilia. *Caps.* 2-locularis. *Cal.* 7-phyllus: 2-exterioribus patulis.

officinalis. 1. G. foliis lanceolatis serratis, floribus pedunculatis. *Fl. dan. t. 363.*

Monnieria. 2. G. fol. ovali-oblongis, pedunc. unifloris, caule repente. *Jacq. obs. 4. t. 1. Stamina 4 anthe-rifera. Stigma capitatum.*

rotundifolia. 3. G. fol. ovatis trinerviis. *Mant. 174. Tsianga-puspam. Rheed. mal. 9. p. 111. t. 57.*

hyssopioides. 4. G. fol. lanceolatis subserratis articulo caulino brevioribus. *Mant.* 174. Gratiola indica minor vera s. hyssopioides. *Pluk. alm. 180. t. 193. f. 1.*

virginica. 5. G. fol. lanceolatis obtusis subdentatis. *Mant. 317. Pluk. alm. 180. t. 193. f. 2. Variat foliis trifidis.*

peruviana. 6. G. floribus subsessilibus.

1233. SCHWENKIA. *Cor.* subaequalis, fauce plicata glandulosa. *Stam.* 3 sterilia. *Caps.* 2-locularis, polysperma.

americana. 1. SCHWENKIA. *Gen. Plant. 567. Schwenk. Hort. med. Hag. 1766. oct. p. 328. t. 1. in ordine naturali Browalliis proxima. Folia etiam alterna.*

1288. CALCEOLARIA. *Cor.* ringens, inflata. *Caps.* 2-locularis, 2-valvis. *Cal.* 4-partitus, aequalis.

pin-

pinnata. 1. C. foliis pinnatis. *Mant. 171. Act. stockh. 1770. p. 286. t. 8.* Calceolaria foliis scabiosae vulgaris. *Fevill. Peruv. 3. t. 12. f. 7.*
integrifolia. 2. C. fol. ovatis indivisis serratis *Suppl. p. 86.* Calceolaria integrifolia. *Syst. ed. 13. p. 61.*
perfoliata. 3. C. fol. perfoliatis spathulato-sagittatis *Suppl. p. 86.*

30. PINGUICULA. *Cor.* ringens, calcarata. *Cal.* bilabiatus, 5-fidus. *Caps.* unilocularis.
25.

lusitanica. 1. P. nectario apice incrassato. Pinguicula flore minore carneo, *Raj. hist. 752.*
vulgaris. 2. P. nectario cylindraceo longitudine petali. *Fl. dan. t. 93.*
alpina. 3. P. nectario conico petalo breviore. *Fl. dan. t. 453.*
villosa. 4. P. scapo subvilloso. *Scapus setaceus, vix manifeste pubescens. Flos violaceus calcari exserto. Differt a P. vulgari, quod sextuplo omnibus partibus minor.*

31. UTRICULARIA. *Cor.* ringens, calcarata. *Cal.* 2-phyllus, aequalis. *Caps.* unilocularis.
25.

alpina. 1. U. nectario subulato, foliis ovatis integerrimis. Utricularia montana *Jacq. amer. 7. t. 6. — Ed. 2. pict. p. 9. t. 8.* M.
foliosa. 2. U. nectario conico, fructibus cernuis, radicibus utriculo destitutis.
vulgaris. 3. U. nectario conico, scapo pauciflore. *Fl. dan. t. 138.*
minor. 4. U. nectario carinato. *Fl. dan. t. 128.*
subulata. 5. U. nectario subulato. *Folia capillacea. Flores albi.*
gibba. 6. U. nectario gibboso.
bifida. 7. U. scapo nudo bifido.
caerulea. 8. U. scapo nudo: squamis alternis vagis subulatis.
stellaris. 9. U. verticillo utriculario bractearum ciliari. *Suppl. p. 86.*

WULFENIA. *Cor.* ringens ecalcarata semihians ad faucem barbata. *Jacq. miscell. austr. vol. 2. p. 60. t. 8. f. 1.* M.

carinthiaca. 1. Wulfenia *Jacq. l. c. icon. plant. rarior. tab. 8. Scapus bracteis aliquot lanceolatis instructus. Spica secunda duplici florum serie. Folia crassa, oblongo-ovata, crenata.* M.

32. VERBENA. *Cor.* infundibulif. ſubaequalis, curva.
27. *Calycis* unico dente truncato. *Semina* 2. ſ. 4. nuda. (*Stam.* 2. ſ. 4.)

orubica. 1. V. diandra, ſpicis longiſſimis folioſis.

indica. 2. V. diandra, ſpicis longiſſimis carnoſis nudis, foliis lanceolato-ovatis oblique dentatis, caule laevi. *Caulis viridis. Folia undulata, minime ciliata.*

jamaicenſis. 3. V. diandra, ſpicis longiſſimis carnoſis nudis, fol. ſpathulato-ovatis ſerratis, caule hirto. Valerianoides. *Boerh. lugdb.* 2. *p.* 270. *Caulis purpureus. Folia ſerrata, baſi ciliata.*

prismatica. 4. V. diandra, ſpic. laxis, calycibus alternis prismaticis truncatis ariſtatis, fol. ovatis obtuſis.

mexicana. 5. V. diandra, ſpic. laxis, calyc. fructus reflexis rotundato-didymis hiſpidis.

lappulacea. 6. V. tetrandra, calyc. ſubrotundis erectiuſculis, ſem. echinatis. *Jacq. obſ.* 37. *t.* 24. — *Amer. pict. p.* 10. *t.* 9. M. Burſeria *Loefl. it.* 194. *n.* 69. *Semina bilocularia ſunt.*

curaſſavica. 7. V. diandra, ſpic. longis, calyc. ariſtatis, fol. ovatis ſerratis.

ſtoechadifolia. 8. V. diandra, ſpic. ovatis, fol. lanceolatis ſerrato-plicatis, caule fruticoſo.

Aubletia. 9. V. tetrandra ſpicis ſolitariis, corollis faſciculatis, foliis cordatis inciſo-ſerratis. *Suppl. p.* 86. Büchnera canadenſis *Syſt. ed.* 13. *p.* 478.. *Jacq. hort. v.* 2. *t.* 176.

nodiflora. 10. V. tetrandra, ſpic. capitato-conicis, fol. ſerratis, caule repente. Verbena nodiflora, capite oblongo. *Barr. ic.* 855. Sherardia repens, folio ſubrotundo craſſo nodiflora. *Vaill. ſex.* 231. *Habitat etiam in* Sicilia. *Cyrill.* Simillima *erecta, minus glabra, foliis lanceolatis, ex Ind. orientali:* V. javanica *Burm. ind.* 12. *t.* 6. *f.* 2.

bonarienſis. 11. V. tetrandra, ſpicis faſciculatis, foliis lanceolatis amplexicaulibus.

haſtata. 12. V. tetrandra, ſpicis longis acuminatis, fol. haſtatis.

caroliniana. 13. V. tetrandra, ſpicis filiformibus, fol. indiviſis lanceolatis ſerratis obtuſiuſculis ſubſeſſilibus. *Dill. elth. t.* 301. *f.* 388.

urticifolia. 14. V. tetrandra, ſpicis filiformibus paniculatis, fol. indiviſis ovatis ſerratis acutis petiolatis. Verbena peregrina. *Dod. mem.* 125.

ſpuria.

ſpuria. 15. V. tetrandra, ſpicis filiformibus, fol. multifido-laciniatis, caul. numeroſis.

officinalis. 16. V. tetrandra, ſpicis filiformibus paniculatis, fol. multifido-laciniatis, caule ſolitario. — *Fl. dan. t.* 628. M. *Flores albo-rufeſcentes.*

ſupina. 17. V. tetrandra, ſpicis filiformibus ſolitariis, fol. bipinnatifidis. *Caulis teretiuſculus. ſubcompreſſus, ſubpubeſcens. Flores caeruleſcentes.*

33. LYCOPUS. *Cor.* 4-fida: lacinia unica emarginata. *Stamina* diſtantia. *Semina* 4 retuſa.
30.

europaeus. 1. L. foliis ſinuato-ſerratis.

virginicus. 2. L. fol. aequaliter ſerratis.

exaltatus. 3. L. fol. baſi pinnatifido-ſerratis. *Suppl. p.* 87.

34. AMETHYSTEA. *Cor.* 5-fida: lacinia infima patentiore. *Stam.* approximata. *Calyx* ſubcampanulatus. *Sem.* 4, gibba.
30

caerulea. 1. AMETHYSTEA. — *Hall.* in *comment. gott.* 1751. *p.* 209. *tab.* 10. M.

35. CUNILA. *Cor.* ringens: Labio ſuperiore erecto, plano. *Filamenta* caſtrata duo. *Semina* 4.
30

mariana. 1. C. foliis ovatis ſerratis, corymbis terminalibus dichotomis.

pulegioides. 2. C. fol. oblongis bidentatis, floribus verticillatis. *Bracteae utrinque binae floribus majores, praeter alias minutas.*

thymoides. 3. C. fol. ovalibus integerrimis, flor. verticillatis, caule tetragono.

capitata. 4. C. fol. ovatis, floribus terminalibus, umbella ſubrotunda. *Suppl. p.* 87.

36. ZIZIPHORA. *Cor.* ringens, labio ſuperiore reflexo, integro. *Cal.* filiformis. *Semina* 4.
31.

capitata. 1. Z. faſciculis terminalibus, foliis ovatis *Mant.* 317.

hiſpanica. 2. Z. floribus racemoſo-ſpicatis, bracteis obovatis nervoſis acutis, fol. ovatis.

tenuior. 3. Z. flor. lateralibus, fol. lanceolatis.
acinoides. 4. Z. flor. lateralibus, fol. ovatis.

37. MONARDA. 32. *Cor.* inaequalis: labio ſuperiore lineari filamenta involvente. *Semina* 4.

fiſtuloſa. 1. M. capitulis terminalibus, caule obtuſangulo. *Riv. mon.* 58.
didyma. 2. M. floribus capitatis ſubdidynamis, caule acutangulo. *Trew Ehret* 32. *t.* 36. — *Icon. in Mill. illuſtr. ſyſt. ſex.* M.
clinopodia. 3. M. flor. capitatis, fol. laeviſſimis ſerratis.
punctata. 4. M. flor. verticillatis, corollis punctatis, bracteis coloratis. Clinopodium virginianum anguſtifolium lamii flore luteo maculato. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 375. *ſ.* 1. *t.* 8. *f.* 8. *Mant.* 317. *Corollae luteae punctis purpureis.*
ciliata. 5. M. flor. verticillatis, corollis involucro longioribus.

38. ROSMARINUS. 33. *Cor.* inaequalis, labio ſuperiore bipartito. *Filamenta* longa, curva, ſimplicia cum dente.

officinalis. 1. Rosmarinus.

39. SALVIA. 33. *Cor.* inaequalis. *Filamenta* transverſe pedicello affixa.

aegyptiaca. 1. S. foliis lanceolatis, denticulatis, floribus pedunculatis. — *Jacq. hort. v.* 2. *t.* 108. M. *Planta pedalis, ſtricta, brachiata. Folia nuda, denticulata, ſcabra, ſubtus rugoſiſſima. Spicae quaſi ſpinoſae. Flores terni, pedicellati, minutiſſimi. Corollae albae: Lab. ſuperiore breviſſimo, emarginato non compreſſo. L. inferiore trifido: intermedia violacea punctata. Stamina parva antheris caeruleſcentibus.*
cretica. 2. S. fol. lanceolatis, calycibus diphyllis.
lyrata. 3. S. fol. radicalibus lyratis dentatis, corollarum galea breviſſima β. Horminum virginicum. *Sp. plant.* 832. In *Europae hortis floribus clandeſtina eſt. Mant.* 318.
officinalis. 4. S. fol. lanceolato-ovatis integris crenulatis, flor. ſpicatis, calyc. acutis.

pomi-

pomifera. 5. S. fol. lanceolato-ovatis integris crenulatis, flor. ſpicatis, calyc. obtuſis.

urticifolia. 6. S. fol. ovato-oblongis duplicato-ſerratis, calyc. tridentatis, lacinia ſumma tridentata. *Corollae minutae: Lab. ſuperiore brevi. Piſtillum labio ſuperiore longius.* ♄

ſerotina. 7. S. fol. cordatis ſerratis mollibus, flor. racemoſo-ſpicatis: corollis vix calycem excedentibus *Mant.* 25.

viridis. 8. S. fol. oblongis crenatis, corollarum galea ſemi-orbiculata, calyc. fructiferis reflexis. — *Jacq. miſc. v.* 2. *p.* 366. *Icon. pl. rar.* M.

viſcoſa. 9. S. fol. oblongis obtuſis ſuberoſis crenatis viſcidis, flor. verticillatis, bracteis cordatis acutis *Jacq. in Litt. Icon. rar. t.* 14. M.

Hormi-num. 10. S. fol. obtuſis crenatis, bracteis ſummis ſterilibus majoribus coloratis.

ſylveſtris. 11. S. fol. cordato-lanceolatis undulatis biſerratis maculatis acutis, bract. coloratis flore brevioribus. — *Jacq. Fl. auſtr. t.* 212. M.

nemoroſa. 12. S. fol. cordato-lanceolatis ſerratis planis, bract. coloratis, corollae labio infimo reflexo.

ſyriaca. 13. S. fol. cordatis dentatis: inferioribus repandis, bract. cordatis brevibus acutis, calyc. tomentoſis. *Corollae parvae.*

haemato-des. 14. S. fol. cordato-ovatis rugoſis tomentoſis, calyc. hiſpidis, radice tuberoſa. *Caulis erectus, viſcidus. Folia cordata, repanda, rugoſa, ſupra laevia maculis ferrugineis: ſuprema parva, ſeſſilia. Calyx Lab. ſuperiore ſupra concavo, carinato, obtuſo, emarginato; L. inferiore bifido. Corollae caeruleae S. ſylveſtris: Lab. ſuperiore falcato; L. inferiore trifido: lacinia media latiſſima, emarginata, ſaccata, reflexa. Stylus galea longior. Antherae coadunatae, nigrae, polline luteo.*

auſtriaca. 15. S. fol. cordato-ovatis crenatis ad oras inciſis vel lobatis ſupra nudis caule calycibus bracteisque hirſutiſſimis. — *Jacq. in Litt. Fl. auſtr. t.* 112. M.

pratenſis. 16. S. fol. cordato-oblongis crenatis: ſummis amplexicaulibus, verticillis ſubnudis, corollis galea glutinoſis.

indica. 17. S. fol. cordatis lateralibus lobatis: ſummis ſeſſilibus verticillis ſubnudis remotiſſimis. *Mant.* 318.

318. Horminum hirſutum, flore violaceo punctis aureis notato. *Moriſ. hiſt. 3. ſ. 11. t. 13. f. 16. Jacq. hort. t. 78.*

dominica. 18. S. fol. cordatis obtuſis crenatis ſubtomentoſis, corollis calyce anguſtioribus.

Verbenaca. 19. S. fol. ſerratis ſinuatis laeviuſculis, coroll. calyce anguſtioribus. Salvia fol. pinnatifido-ſinuatis, corollae labiis approximatis. *Ger. prov. 258.*

nilotica. 20. S. fol. ſinuatis angulatis crenato-dentatis, calycum dentibus ſpinoſis, angulis margineque faucis ciliatis *Murr. in comm. gott. 1778. p. 88. t. 2.* Saluia *nilotica*, foliis cordato-ovatis crenatis rugoſis villoſis, floribus verticillatis calycibus mucronatis *Jacq. in Litt. Hort. v. 3. t. 92.* M.

nubia. 21. S. fol. lanceolato-ovatis duplicato-crenatis, tubo corollae incurvato *Murr. in comm. gott. 1778. p. 90. t. 3.* M.

clandeſtina. 22. S. fol. ſerratis pinnatifidis rugoſiſſimis, ſpica obtuſa, coroll. calyce anguſtioribus. Salvia fol. pinnato-dentatis aſperis hirſutis, verticillis piloſis, flor. apetalis, *Zinn. Fl. goett. 298. Herba S. verbenacae, foliis S. ceratophyllae, pumila.*

pyrenaica. 23. S. fol. obtuſis eroſis, ſtam. corolla duplo longioribus.

diſermas. 24. S. fol. cordato-oblongis eroſis, ſtaminibus corollam aequantibus. *Mant. 318.* Salvia caule fruticoſo, fol. ovatis ſinuatis crenatis rugoſis hirſutis. *Ard. ſpec. I. p. 9. t. 1.* Salvia villoſa et viſcoſa, fol. lanceolato-ovatis, verſus petiolum angulatis. *Allion. hort. 49. n. 4.*

mexicana. 25. S. fol. ovatis utrinque acuminatis ſerratis.

hiſpanica. 26. S. fol. ovatis petiolis utrinque mucronatis, ſpic. imbricatis, calyc. trifidis.

verticillata. 27. S. fol. cordatis crenato-dentatis, verticillis ſubnudis, ſtylo corollae labio inferiori incumbente.

napifolia. 28. S. fol. cordatis crenato-dentatis, verticillis ſubnudis, corollae labio ſuperiori cordato-emarginato. *Jacq. in Litt. Hort. t. 152.* M.

virgata. 29. S. fol. cordatis crenatis, eroſis rugoſis, verticillis in ramis virgatis longiſſimis *Jacq. in. Litt. Hort. t. 37.* M.

glutinoſa. 30. S. fol. cordato-ſagittatis ſerratis acutis. *Mant. 319.*

cana-

canariensis. 31. S. fol. haſtato - triangularibus oblongis crenatis obtuſis, *Mant. 319.*

africana. 32. S. fol. ſubrotundis ſerratis: baſi truncatis dentatis.

aurea. 33. S. fol. ſubrotundis integerrimis: baſi truncatis dentatis. *Calyx campanulatus, trilobus, baſi villoſus.*

colorata. 34. S. fol. ellipticis ſubintegerrimis tomentoſis, calyc. limbo membranaceo colorato. *Habitat ad* Cap. b. ſpei, *arenoſa maris littora. Caules ſexpedales, inferne radicantes. Folia petiolata elliptica, tomentoſa, pollicaria: inferiora ſerrata, rarius auriculata, ſuprema integerrima. Calyces campanulati laciniis rotundatis, demum evaſuri ſcarioſi, ampli, ſanguinei.*

paniculata. 35. S. fol. obovato-cuneiformibus denticulatis nudis, caule fruteſcente. *Mant.* 25. Salvia chamaeleagna. *Berg. cap. 3.* Salvia minor aethiopica, foliis chamaeleagni aſperis. *Breyn. cent. 169. t. 5. Moriſ. hiſt. 3. ſ. 11. t. 16. f. 1. Mill. ic. 150. t. 225. f. 1.*

coccinea. 36. S. fol. cordatis ovatis acutis ſerratis ſubtus molliſſime tomentoſis, racemo terminali verticillato *Suppl. p. 88.* — Salvia *coccinea,* foliis cordato-oblongis obtuſe ſerratis, calycibus tripartitis, labio corollae inferiori ampliſſimo. *Murr. in comm. gott. 1778. p. 86. t. 1. Etlinger de Salv. p. 23.* M.

acetabuloſa. 37. S. fol. obovatis dentatis, cal. campanulatis patentibus piloſis, caule fruticuloſo. *Mant. 25.*

ſpinoſa. 38. S. fol. oblongis repandis, cal. ſpinoſis, bracteis cordatis mucronatis concavis. *Mant. 26. Corollae galea emarginata; Labii lobi laterales deflexi.*

Sclarea. 39. S. fol. rugoſis cordatis oblongis villoſis ſerratis, bracteis coloratis calyce longioribus concavis acuminatis.

ceratophylla. 40. S. fol. rugoſis pinnatifidis lanatis, verticillis ſummis ſterilibus.

Æthiopis. 41. S. fol. oblongis eroſis lanatis, verticillis lanatis, corollae labio crenato, bract. recurvatis ſubſpinoſis. — *Jacq. Fl. auſtr. t. 211.* M.

pinnata. 42. S. foliis lyrato-pinnatis. *Caulis piloſus. Folia pinnata, eroſa, impari majore; ſuprema minus pinnata. Calyx ovatus, hirtus, inflatus ore com-*

compresso, obtuso, absque dentibus. Corolla non falcata, parva, purpurea.

argentea. 43. S. fol. oblongis dentato-angulatis lanatis, verticillis summis sterilibus: bracteis concavis.

cerato-phylloides. 44. S. fol. pinnatifidis rugosis villosis, caule paniculato ramosissimo. *Mant. 26.*

Forskohlei. 45. S. fol. lyrato-auriculatis, caule subaphyllo, corollae galea semibifida. *Mant. 26.*

nutans, 46. S. fol. cordatis inaequaliter basi excisis, caule nudo, spicis ante florescentiam cernuis. *Acta petrop. 1747. t. 14.* — Saluia caule nudo spica florente pendula. *Hall. in comm. gott. 1751. p. 210. T. 11.* M.

abyssinica. 47. S. fol. cordato-ovatis rugosis erosis, bracteis integerrimis laevibus. *Suppl. p. 88.* — An Salvia nubia *Murr.?* M.

triloba. 48. S. tomentosa, fol. petiolatis rugosissimis trilobis: lobo intermedio producto oblongo; lateralibus ovatis obtusis. *Suppl. p. 88.*

aurita. 49. S. villosa, fol. ovatis dentatis auriculatis, floribus verticillato-spicatis. *Suppl. p. 88.*

scabra. 50. S. scabra, fol. lyratis dentatis rugosis, caule paniculato-ramoso. *Suppl. p. 89.*

runcinata. 51. S. scabra, fol. runcinato-pinnatifidis dentatis, floribus spicatis verticillatis. *Suppl. p. 89.*

iaponica. 52. S. fol. bipinnatis glabris. *Thunb. japon. mspt.* M.

40. COLLINSONIA. *Cor.* inaequalis: labio inferiore multifido, capillari. *Sem.* 1. perfectum.
39.

canadensis. 1. COLLINSONIA.

41. MORINA. *Cor.* inaequalis. *Cal. fructus* 1-phyllus, dentatus. *Cal. floris* bifidus. *Sem.* 1 sub calyce floris.
39.

persica. 1. MORINA.

1287. GLOBBA. *Cor.* aequalis, trifida. *Cal.* superus, trifidus. *Caps.* trilocularis. *Sem.* plurima.

marantina. 1. G. spica terminali erecta. *Mant. 170.*

nu-

nutans. 2. G. ſpica terminali pendula. *Mant.* 170. Globba ſylveſtris. *Rumph. amb.* 6. *p.* 140. *t.* 12. 13. (*In Suppl. hoc ſynon. ad Renealmiam pertinet.*)
uviformis. 3. G. ſpica laterali. *Mant.* 171. Globba uviformis. *Rumph. amb.* 6. *p.* 138. *t.* 69. *f.* 2.
iaponica. 4. G. racemo terminali cernuo foliis enſiformibus integris. *Thunb. jap. mſpt.* M.

1353. THOUINIA. *Cor.* 4-petala. *Cal.* 4-partitus. *Antherae* ſeſſiles. *Suppl.* *p.* 9.

nutans. 1. Thouinia *Suppl. p.* 89.

1354. ANCISTRUM. Cal. 4-ariſtatus: ariſtis terminatis glochidibus cruciatis. *Cor.* 4-fida. *Stigma* penicillatum. *Suppl.* *p.* 10.

Sanguiſorbae. 1. Ancistrum. *Suppl. p.* 89.

D I G Y N I A.

42. ANTHOXANTHUM. *Cal.* Gluma 2-valvis, 1-flora.
40. *Cor.* Gluma 2-valvis, acuminata. *Sem.* 1.

aculeatum. 1. A. ſpicis ſubgloboſis, involucro foliaceo brevi mucronato. *Suppl. p.* 89. Schoenus aculeatus *Syſt. ed.* 13. *p.*81. — Phleum ſchoenoides *Jacq. Fl. auſtr. t.* 7. *Licet Jacquin cum Linn. iun. duo ſtamina modo numeret: ob defectum tamen nectarii, ariſtarum dorſalium, rel., habitum diverſum, removet ab hoc genere et vel Phleis annumerandum vel pro ſingulari genere habendum cenſet. Jacq. in Litt.* M.
odoratum. 2. A. ſpica oblonga ovata, floſculis ſubpedunculatis ariſta longioribus. *Stillingfl. miſcell. t.* 1. — *Fl. dan. t.* 666. *Mill. illuſtr. ic.* M.
indicum. 3. A. ſpica lineari, floſcul. ſeſſilibus ariſta brevioribus.
crinitum. 4. A. panicula ſpicaeformi cylindrica ariſtata: ariſtis longis patentibus laxis. *Suppl. p.* 90.
paniculatum 5. A. floribus paniculatis.

TRIGYNIA.

43. PIPER. *Cal.* o. *Cor.* o. *Bacca* monofperma.
40.

nigrum.	1. P.	foliis ovatis fubfeptemnerviis glabris, petiolis fimpliciffimis. — *Mill. illuftr. ic.* M.
Betle.	2. P.	fol. oblongiufculis acuminatis feptemnerviis, petiolis bidentatis.
Malamiri.	3. P.	fol. ovatis acutiufculis fubtus fcabris: nervis quinque fubtus elevatis.
Amalago.	4. P.	fol. lanceolato-ovatis quinquenerviis rugofis.
Siriboa.	5. P.	fol. inaequaliter cordatis fubfeptemnerviis venofis.
longum.	6. P.	fol. cordatis petiolatis feffilibusque.
decumanum.	7. P.	fol. cordatis novemnerviis reticulatis.
reticulatum.	8. P.	fol. cordatis quinquenerviis reticulatis.
aduncum.	9. P.	fol. ovato-lanceolatis: nervis alternis, fpicis uncinatis.
pellucidum.	10. P.	fol. cordatis petiolatis, caule herbaceo. *Jacq. obferv. 16.*
acuminatum.	11. P.	fol. lanceolato-ovatis nervofis carnofis.
Cubeba.	12. P.	fol. oblique ovatis f. oblongis venofis acutis, fpica folitaria pedunculata oppofitifolia, fructibus pedicellatis *Suppl. p. 90. Inde Cubebae officinarum.*
capenfe.	13. P.	fol. ouatis nervofis acuminatis: nervis villofis. *Suppl. p. 90.*
retufum.	14. P.	fol. obouatis retufis. *Suppl. p. 91.*
latifolium.	15. P.	fol. cordatis multinerviis petiolatis, fpicis axillaribus pedunculatis plurimis. *Suppl. p. 91.*
obtufifolium.	16. P.	fol. ovatis enerviis.
rotundifolium.	17. P.	fol. orbiculatis folitariis carnofis. *Jacq. obf. 17.*
maculofum.	18. P.	fol. peltatis ovatis.
peltatum.	19. P.	fol. peltatis orbiculato-cordatis obtufis repandis, fpic. umbellatis.
diftachion.	20. P.	fol. ovatis, fpicis conjugatis.
umbellatum.	21. P.	fol. cordatis fubrotundis acutis venofis, fpicis umbellatis.

trifolium.

trifolium. 22. P. fol. ternis ſubrotundis.
quadrifolium. 23. P. fol. quaternis cuneiformibus ſeſſilibus.
reflexum. 24. P. fol. quaternis ovatis obtuſis reflexis, caule ſulcato. *Suppl. p. 91.*
verticillatum. 25. P. fol. verticillatis ovatis trinerviis.

Piperis *ſpecies, imprimis* Saururi Plum. *ſolo natali examinandae, ut appareat; utrum differant a reliquis in partibus fructificationis.*



CLAS-







CLASSIS III.

TRIANDRIA.

MONOGYNIA.

* *Flores superi.*

44. VALERIANA.	*Cor.* 5-fida, basi gibba. *Sem.* unicum.
50. MELOTHRIA.	*Cor.* 5-fida, rotata. *Bacca* 3-locularis.
55. CROCUS.	*Cor.* 6-petaloidea, erecto-patula. *Stigmata* convoluta, colorata.
59. IRIS.	*Cor.* 6-petala: Pet. alternis patentibus. *Stigma* petaloideum.
60. MORAEA.	*Cor.* 6-petala: Pet. omnibus patulis.
58. ANTHOLYZA.	*Cor.* 6-fida tubulosa recurvata.
57. GLADIOLUS.	*Cor.* 6-petaloidea: Pet. superioribus 3. convergentibus.
WITSENIA.	*Cor.* 6-partita, cylindrica. *Stigma* emarginatum.
56. IXIA.	*Cor.* 1-petala, tubulosa: tubo recto, filiformi; limbo 6-partito, aequali.
1355. DILATRIS.	*Cor.* 6-petala, hirsuta. *Filamentum tertium* reliquis minus. *Stigma* simplex.

** *Flores inferi.*

61. WACHENDORFIA.	*Cor.* 6-petaloidea, patens. *Cal.* nullus.
62. COMMELINA.	*Cor.* 6-petala: Petalis 3 s. 4 calyciformibus. *Nectaria* cruciata, petiolata.
54. HIPPOCRATEA.	*Cor.* 5-petala. *Cal.* 5-partitus. *Caps.* 3 bivalves.
52. LOEFLINGIA.	*Cor.* 5-petala. *Cal.* 5-phyllus. *Caps.* 1-locularis.
1337. WILLICHIA.	*Cor.* 4-fida. *Cal.* 4-fidus. *Caps.* 2-locularis.
46. TAMARINDUS.	*Cor.* 3-petala. *Cal.* 4-partitus. *Legum.* succulentum.
63. CALLISIA.	*Cor.* 3-petala. *Cal.* 3-phyllus. *Caps.* 2-locularis.
47. RUMPHIA.	*Cor.* 3-petala. *Cal.* 3-fidus. *Drupa* nucleo 3-loculari.

48.

48. CNEORUM. *Cor.* 3-petala *Cal.* 3-dentatus. *Bacca* 3-cocca.

64. XYRIS. *Cor.* 3-petala. *Cal.* 2-valvis. *Capſ.* 3-locularis.

49. COMOCLADIA. *Cor.* 3-partita. *Cal.* 3-partitus. *Stylus* 0. *Drupa*.

45. OLAX. *Cor.* 3-fida. *Cal.* integer. *Glans*.

1289. ROTALA. *Cor.* nulla. *Cal.* 3 dentatus. *Capſ.* 3-locularis.

51. ORTEGIA. *Cor.* nulla. *Cal.* 5-phyllus. *Capſ.* 1-locularis.

53. POLYCNEMUM. *Cor.* nulla. *Cal.* 5-phyllus, ſubtus 3-phyllus. *Sem.* 1 nudum.

*** *Flores Graminei valvulis Glumae calycinae.* †

65. SCHOENUS. *Cor.* nulla. *Cal.* paleis faſciculatis. *Sem.* ſubrotundum.

66. CYPERUS. *Cor.* nulla. *Cal.* paleis diſtichis. *Sem.* nudum.

67. SCIRPUS. *Cor.* nulla. *Cal.* paleis imbricatis. *Sem.* nudum.

68. ERIOPHORUM. *Cor.* nulla. *Cal.* paleis imbricatis. *Sem.* lanigerum.

69. NARDUS. *Cor.* bivalvis. *Cal.* nullus. *Sem.* tectum.

70. LYGEUM. *Cor.* 2, bivalves. *Cal.* Spatha. *Sem.* 2-locular.

1356. KYLLINGIA. *Amentum* ovatum 1. oblongum, imbricatum. *Cal.* et *Cor.* bivalves.

1357. FUIRENA. *Amentum* imbricatum: ſquamis ariſtatis. *Cal.* 0. *Cor.* glumis tribus, petaliformibus, obcordatis cirrho terminatis.

1358. POMMEREULLA. *Cal.* turbinatus, bivalvis: *valvulae* 4-fidae, dorſo ariſtato.

DIGYNIA.

* *Flores uniflori vagi.*

71. BOBARTIA. *Cal.* multivalvis, imbricatus.

·9L

---

† GRAMINA *reliqua ſecundum ſexum diſpoſita.*

Polygamia.	Dioecia	Hexandria.
Aegilops.	*Reſtio.* M.	*Oryza.*
Cenchrus.	Monoecia.	*Ehrharta.* M.
Iſchaemum.	*Zea.* M.	*Gahnia.* M.
Apluda.	*Tripſacum.* M.	Diandria.
Holcus.	*Coix.*	*Anthoxanthum.*
Andropogon.	*Olyra.*	Monandria.
Maniſuris. M.	*Zizania.*	*Cinna.*
Chryſitrix. M.	*Pharus.*	
Spinifex. M.		

76. PANICUM. *Cal.* 3-valvis: tertio dorſali minore.
72. CORNUCOPIAE. *Cal.* 2-valvis. *Corollae* 1-valvis. *Involucr.* commune 1-phyllum, multiflorum.
94. ARISTIDA. *Cal.* 2-valvis. *Corolla* 1-valvis apice ariſtis 3.
78. ALOPECURUS. *Cal.* 2-valvis. *Corolla* 1-valvis apice ſimplici.
77. PHLEUM. *Cal.* 2 valvis truncatus, mucronatus, ſeſſilis.
74. PHALARIS. *Cal.* 2-valvis: valvis carinatis, aequalibus, corollam includentibus.
73. PASPALUM. *Cal.* 2-valvis: valvis ſubrotundis figura corollae.
79. MILIUM. *Cal.* 2-valvis: valvis ventricoſis corolla majoribus, ſubaequalibus.
80. AGROSTIS. *Cal.* 2-valvis: valvis acutis corolla brevioribus,
86. DACTYLIS. *Cal.* 2-valvis: valva majore longiore compreſſa carinata.
90. STIPA. *Cal.* 2-valvis. *Corolla* ariſta terminali inarticulata.
92. LAGURUS. *Cal.* 2-valvis villoſus. *Cor.* ariſtis 2 terminalibus et 1. dorſali.
73. SACCHARUM. *Cal.* lanugine extus veſtitus.

* *Arundo epigejos, calamagroſtis, arenaria.*

** *Flores biflori vagi.*

81. AIRA. *Cal.* 2-valvis. *Floſculi* absque rudimento tertii.
82. MELICA. *Cal.* 2-valvis. *Rudimento* tertii inter floſculos.

* *Tripſacum hermaphroditum.*

*** *Flores multiflori vagi.*

85. UNIOLA. *Cal.* multivalvis, carinatus.
84. BRIZA. *Cal.* 2-valvis. *Cor.* cordata: valvis ventricoſis.
83. POA. *Cal.* 2-valvis. *Cor.* ovata: valvis acutiuſculis.
88. FESTUCA. *Cal.* 2-valvis. *Cor.* oblonga: valvis mucronatis.
89. BROMUS. *Cal.* 2-valvis. *Cor.* oblonga: valvis ſub apice ariſtatis.
91. AVENA. *Cal.* 2-valvis. *Cor.* oblonga: valvis dorſo ariſta contorta.
93. ARUNDO. *Cal.* 2-valvis. *Cor.* baſi lanata, mutica.
1359. ANTHISTIRIA. *Cal.* aequaliter ad baſin fiſſus in lacinias 4. aequales.

* *Dactylis glomerata.*

**** *Spicati Receptaculo ſubulato.*

97. SECALE. *Cal.* biflorus.
99. TRITICUM. *Cal.* multiflorus.
98. HORDEUM. *Involucr.* hexaphyllum triflorum. *Flos* ſimplex.

1360.

1360. ROTTBÖLLIA. *Cal.* ovato-lanceolatus, planus, simplex-s. bipartitus. Flosculi alterni in rachide flexuosa.
96. ELYMUS. *Involucr.* tetraphyllum biflorum. *Flos* compositus.
95. LOLIUM. *Involucr.* monophyllum, uniflorum. *Flos* compositus.
87. CYNOSURUS. *Involucr.* monophyllum laterale. *Flos* compositus.

TRIGYNIA.

* *Flores inferi.*

104. HOLOSTEUM. *Cor.* 5-petala. *Cal.* 5-phyllus. *Caps.* apice dehiscens.
105. POLYCARPON. *Cor.* 5-petala. *Cal.* 5-phyllus. *Caps.* 3-valvis.
109. LECHEA. *Cor.* 3-petala. *Cal.* 3-phyllus. *Caps.* 3-cocca.
100. ERIOCAULON. *Cor.* 3-petala. *Cal.* composit. *Sem.* 1 coronatum corolla.
101. MONTIA. *Cor.* 1-petala. *Cal.* 2-phyllus. *Caps.* 3-valvis, 3-sperma.
106. MOLLUGO. *Cor.* nulla. *Cal.* 5-phyllus. *Caps.* 3-locularis.
107. MINUARTIA. *Cor.* nulla. *Cal.* 5-phyllus. *Caps.* 1-locularis: polysperma.
108. QUERIA. *Cor.* nulla. *Cal.* 5-phyllus. *Caps.* 1-sperma.
1241. KOENIGIA. *Cor.* nulla. *Cal.* 3-phyllus. *Sem.* 1, ovatum.
103. TRIPLARIS. *Cor.* nulla. *Cal.* 3-partitus. *Sem.* 1, calyce foliaceo patente.

* *Tillaea.*

** *Flores superi.*

102. PROSERPINACA. *Cor.* nulla. *Cal.* 3-partitus, superus. *Sem.* 1 triloculare.

MONOGYNIA.

44. VALERIANA. *Cal.* o. *Cor.* 1-petala, basi hinc
44. gibba, supera. *Sem.* 1.

rubra. 1. V. floribus monandris caudatis, foliis lanceolatis integerrimis. *Varietas β, foliis linearibus octuplo angustioribus.*

calcitrapa. 2. V. flor. monandris, fol. pinnatifidis.

cornucopiae. 3. V. flor. diandris ringentibus, fol. ovatis sessilibus. *Pedunculi incrassati. Semina absque pappo.*

dioica.

dioica. 4. V. flor. triandris dioicis, fol. pinnatis integerrimis. — *Fl. dan. t. 687.* M.

officinalis. 5. V. flor. triandris, fol. omnibus pinnatis. *Fl. dan. t. 570.*

Phu. 6. V. flor. triandris, fol. caulinis pinnatis; radicalibus indivisis.

tripteris. 7. V. flor. triandris, fol. dentatis: radicalibus cordatis; caulinis ternatis ovato-oblongis. *Jacq. vind. 201.* — *Fl. austr. v. 3. t. 268.* M.

montana. 8. V. flor. triandris, fol. ovato-oblongis subdentatis, caule simplici. *Jacq. vind. 202.* — *Fl. austr. v. 3. t. 269.* M. (*excluso synonymo ultimo.*)

celtica. 9. V. flor. triandris: fol. ovato-oblongis obtusis integerrimis. *Jacq. vind. 203. Folia 2 caulina linearia obtusa. Flores verticillati.*

tuberosa. 10. V. flor. triandris, fol. radicalibus lanceolatis integerrimis; reliquis pinnatifidis *Ger. prov. 218.*

saxatilis. 11. V. flor. triandris, fol. subdentatis: radicalibus ovatis; caulinis lineari-lanceolatis. *Jacq. vind. 204.* — *Fl. austr. v. 3. t. 267.* M. *Folia caulina 2 opposita. Rami brachiati.*

elongata. 12. V. flor. triandris, fol. radicalibus ovatis; caulinis cordatis sessilibus inciso-subhastatis. *Sp. pl. 1664.* — *Jacq. Fl. austr. v. 3. t. 219.* M.

pyrenaica. 13. V. flor. triandris, fol. caulinis cordatis dentatis petiolatis: summis ternatis.

scandens. 14. V. flor. triandris, fol. ternatis caule scandente.

chinensis. 15. V. flor. triandris, fol. omnibus cordatis repando-lobatis. *Burm. ind. t. 6. f. 3. Similis* Boerhaaviae scandenti, *sed oppositis ramis et pedunculis. Folia lobato-repanda. Mant. 319.*

Locusta. 16. V. flor. triandris, caule dichotomo, fol. linearibus.

olitoria. α. fructu simplici. — *Fl. dan. t. 738.* M.

vesicaria. β. calycibus inflatis, dent. 6 inflexis; involucella 5-phylla, 3-flora.

coronata. γ. fructu sexdentato.

discoidea. δ. fructu duodecim-dentato, hypocrateriformi, acuminibus 12, retrorsum uncinatis.

dentata. ε. seminis corona tridentata.

radiata.

Valeriana *maxime omnium differt fructificatione;* Corolla *regulari s. irregulari,* Stam. 1, 2, 3, 4, Fructu *monospermo s. dispermo nudo, coronato, papposo.* etc.

radiata. ζ. involucro flores cingente.
pumila. η. caule dichotomo, fol. imis dentatis: ſummis linearibus multifidis. *Sauv. monſp. 13. Gouan. hort. 23.* Valeriana ſemine umbilicato rotundo nudo. *Tournef. inſt. 132.* Phu minimum. *Lob. ic. 716.* Semina in his α-η diſperma.
mixta. 17. V. flor. triandris, caule quadrifido, fol. imis bipinnatifidis, ſem. pappo plumoſo.
echinata. 18. V. flor. triandris regularibus, fol. dentatis, fructu lineari tridentato: extimo majore recurvato. Valeriana flor. triandris, caul. dichotomo, pedunc. conicis. *Ger. prov. 218.*
ſupina. 19. V. flor. tetrandris, involucellis hexaphyllis trifloris, fol. integris. *Mant. 27.*
ſibirica. 20. V. flor. tetrandris aequalibus, fol. pinnatifidis, ſem. paleae ovali adnatis. — Valeriana tetraſtemon ſemine foliolo innato *Hall. in comm. gott. 1751. p. 207. t. 9.* M.
villoſa. 21. V. flor. tetrandis aequalibus, fol. inferioribus auriculatis, ſuperioribus dentatis, villoſis. *Thunb. japon. mſpt.* M.

45. OLAX. *Cal.* integer. *Cor.* infundibuliformis, 3-fida
48. *Nectario* 4-phyllo.

zeylanica. 1. OLAX.

46. TAMARINDUS. *Cal.* 4-partitus. *Petala* 3. *Nectarium*
48. ſetis 2 brevibus ſub filamentis. *Legumen* pulpoſum.

indica. 1. TAMARINDUS. *Jacq. amer. 10. t. 10.* — *Ed. 2. pict. p. 11. t. 13.* M.

47. RUMPHIA. *Cal.* 3-fidus. *Petala* 3. *Drupa* 3-locu-
49. laris.

amboinenſis. 1. RUMPHIA.

48. CNEORUM. *Cal.* 3-dentatus. *Petala* 3, aequalia.
49. *Bacca* 3-cocca.

tricoccon. 1. CNEORUM.

49. COMOCLADIA. *Cal.* 3-partitus. *Cor.* 3-partita. *Drupa* oblonga: nucleo bilobo.
49.

integrifolia. 1. C. foliolis integris. *Lignum durissimum — Jacq. amer. pict. p. 12.* M.

dentata. 2. C. foliolis spinoso-dentatis. *Jacq. amer. 13. t. 173. f. 4. — Ed. 2. pict. p. 12. t. 259. f. 2. quoad folium.* M. *Arbor odore stercoris. Succus niger vix eluendus.*

1337. WILLICHIA. *Cal.* 4-fidus. *Cor.* 4-fida. *Caps.* 2-locularis, polysperma.

repens. 1. WILLICHIA. *Mant.* 558. *Folia alterna, orbiculata: Petiolis crassis. Pedunculi gemini, uniflori, hirsuti.*

50. MELOTHRIA. *Cal.* 5-fidus. *Cor.* campanulata, 1-petala. *Bacca* 3-locularis, polysperma.
49.

pendula. 1. MELOTHRIA. *Pedunculi filiformes, laxi, uniflori. Vidi duos flores masculos, praeter hermaphroditos, semel.*

1289. ROTALA. *Cal.* 3-dentatus. *Cor.* 0. *Caps.* 3-locularis, polysperma.

verticillaris. 1. ROTALA. *Mant.* 175. *Folia verticillata*

51. ORTEGIA. *Cal.* 5-phyllus. *Cor.* 0. *Caps.* 1-locularis. *Sem.* plurima.
49.

hispanica. 1. O. floribus subverticillatis, caule simplici.

dichotoma. 2. O. flor. solitariis axillaribus, caule dichotomo. Ortegia dichotoma, axillis foliorum subhispidis. *Allion. aliq. 176. t. 4. f. 1. Radix perennis. Statura Galii. Caulis erectus, rigens, scabriusculus, utrinque canaliculatus geniculis incrassatis. Folia opposita, linearia, patentia, dorso minime glabra. Stipulae binae utrinque inter foliorum oppositiones, minutae, setaceae, basi crassiuscula colorata. Rami alterni. Panicula terminalis, dichotomia brevissime pedunculati, virides. Stylus filiformis. Stigmata 3, distincta, oblonga, pubescentia, singula stylo crassiora. Affinis maxime polycarpo. Mant.* 175.

52.

52. LOEFLINGIA. *Cal.* 5-phyllus *Cor.* 5-petala,
50. minima. *Capf.* 1-locularis, 3-valvis.

hifpanica. 1. LOEFLINGIA. *Act. Stockh.* 1758. *p.* 16. *t.* 1. *f.* 1, *Folia oppofita, mucronata. Rami proftrati, alterni, pubefcentes, vifcidi. Facies Scleranthi.*

53. POLYCNEMUM. *Cal.* 3-phyllus. *Petala* 5, caly-
50. ciformia. *Sem.* 1, fubnudum.

arvenfe. 1. POLYCNEMUM. *Gouan. hort* 24. — *Jacq. Fl. auftr.* *v.* 4. *t.* 365. M.

54. HIPPOCRATEA. *Cal.* 5-partitus. *Petala* 5. *Capf.*
50. 3, obcordatae.

volubilis. 1. HIPPOCRATEA. *H. fcandens. Jacq. amer. t.* 9. — *Ed.* 2. *pict. p.* 10. *t.* 12. M.

55. CROCUS. *Cor.* 6-partita, aequalis. *Stigmata* con-
50. voluta.

fativus. 1. C. fpatha univalvi radicali, corolla tubo longiffimo.
officinalis. α. autumnalis, *foliis anguftioribus margine revolutis.* — *Mill. illuftr. icon.* M.
vernus. β. vernalis, *fol. latioribus margine patulo.* — *Jacq. Fl. auftr. v.* 5. *app. t.* 36. M.

...WITSENIA. *Cor.* 6-partita, cylindrica. *Stigma* emarginatum. *Thunb. diff. nov gen. pl. p* 33. M.

maura. 1. WITSENIA. *Thunb. l. c. p.* 34. *c. tab.* Antholyza maura. *Syft. ed.* 13. *Mant. p.* 175. M.

56. IXIA. *Cor.* 1-petala, tubulofa; tubo recto, filiformi;
51. limbo 6-partito, campanulato, aequali. — Stigmata tria, fimplicia. Conf. *Thunb. Diff. de Ixia. p.* 1. 2. M.

* *caule ramisque foliofis.*

fruticofa. 1. I. caule ramofo, foliis imbricatis tecto. *Thunb. loc. cit. n.* 1. *c. tab.* M.

** *fcapo foliis breviore.*

minuta. 2. I. fcapis unifloris, foliis laevibus. *Thunb. loc. cit. n.* 2. *c. tab.* M.

Bulbocodium. 3. I. fcapo ramofo, floribus folitariis, foliis fulcatis reflexis. *Thunb. loc. cit. n.* 3. M. Ixia *Bulbocodium,* fcapo unifloro breviffimo, foliis angula-

gulatis caulinis, ftigmatibus fextuplicibus *Syft. ed. 13. p. 76. Mant. p. 320.* Bulbocodium pedunculis nudis unifloris, foliis fubulatis longiffimis. *Mill. ic. 240. Crocus* vernus angustifolius IV. *Cluf. hift. 1. p. 208. Spatha bivalvis, glumiformis, longitudine fere corollae coeruleae fundo flavo.* — Ixia *rofea* fcapo unifloro aphyllo breviffimo? *Linn. Syft. ed. 13. p. 75. Thunb.*

humilis. 4. I. fcapo ramofo, floribus fecundis, foliis fulcatis erectis. *Thunb. loc. cit. n. 4.* M.

*** *fcapo foliis longiore.*

a. *hirfutae.*

pilofa. 5. I. foliis linearibus pilofis, floribus alternis. *Thunb. loc. cit. n. 5.* M.

hirta. 6. I. fol. enfiformibus hirtis, flor. fecundis. *Thunb. loc. cit. n. 6.* M.

fecunda. 7. I. fol. elliptico-enfiformibus, fcapo villofo-fcabro. *Thunb. loc. cit. n. 7.* Ixia *flexuofa*, foliis linearibus, racemo flexuofo multifloro? *Linn. Spec. pl. p. 51.* Ixia *fcillaris*, foliis enfiformibus ftriatis, fpica elongata? *Syft. ed. 13. p. 76. Spec. pl. p. 52.* Ixia fecunda *Berg. pl. cap. p. 6. Thunb.* M.

b. *glabrae.*

α. *foliis crifpis.*

crifpa. 8. I. fol. linearibus crifpis, flor. alternis. *Thunb. loc. cit. n. 8. c. tab.* M.

cinnamomea. 9. I. fol. lanceolatis crifpis, flor. alternis. *Thunb. loc. cit. n. 9. c. tab.* M.

corymbofa. 10. I. fol. lanceolatis crifpis, fcapo ancipiti. *Thunb. l. cit. n. 10.* M. Ixia *corymbofa*, floribus corymbofis pedunculatis, caule ancipiti. *Syft. ed. 13. p. 76. Flores coerulei.*

β. *foliis aequalibus.*

linearis. 11. I. fol. linearibus, fcapo fimplici erecto. *Thunb. l. cit. n. 11.* M.

capillaris. 12. I. fol. linearibus, fcapo polyftachyo, fpathis fcariofis. *Thunb. loc. cit. n. 12. c. tab.* M.

fetacea. 13. I. fol. linearibus, fcapo flexuofo glabro. *Thunb. loc. cit. n. 13.* M.

fcil-

scillaris. 14. I. fol. linearibus, flor. secundis, rachide flexuosa. *Thunb. loc. cit. n. 14.* M.

aristata. 15. I. fol. linearibus, spathis aristato-dentatis. *Thunb. loc. cit. n. 15.* M.

pendula. 16. I. fol. lineari-ensiformibus, scapo polystachio, spicis pendulis. *Thunb. loc. cit. n. 16.* M.

bulbifera. 17. I. fol. ensiformibus, spathis membranaceis setaceo-laceris. *Thunb. loc. cit. n. 17.* M. Ixia *bulbifera,* foliis linearibus, axillis bulbiferis, floribus alternis, staminibus lateralibus. *Syst. ed. 13. p. 76. Mill. ic. 158. t. 236. f. 2.*

erecta. 18. I. fol. ensiformibus, scapo polystachyo, flor. alternis immaculatis. *Thunb. loc. cit. n. 18.* M. Ixia *polystachia,* foliis linearibus, scapo spicis pluribus. *Syst. ed.* 13. *p.* 76. Ixia *erecta,* tubis florum capillaribus erectis, spathis duplo longioribus. *Berg. pl. cap. p. 5. Petala alba punctis adsperſa.*

maculata. 19. I. fol. ensiformibus, scapo polystachyo, flor. alternis, corollis basi maculatis. *Thunb. loc. cit. n. 19.* M. Ixia *maculata,* foliis ensiformibus, floribus alternis, petalis basi obscuris. *Syst. ed. 13. p. 76.* Ixia foliis gladioli glabris, floribus corymbosis terminalibus. *Mill. ic. t. 156. f. 1.* Sisyrinchium maius afric. flore luteo macula notato. *Old. afric. 32.*

crocata. 20. I. fol. ensiformibus, flor. secundis, corollis basi hyalino-fenestratis. *Thunb. loc. cit. n. 20.* M. Ixia *crocata,* foliis ensiformibus, floribus alternis, petalis basi hyalino-fenestratis. *Syst. ed. 13. p. 76. Linn. fil. Dec. 13. t. 7.* Ixia Milleri *Berg. c. 8.* Ixia planifolia, caule multifloro, spatha brevissima *Mill. ic. 160. t. 239. f. 2. exclusis synonymis. Petala fenestrata, ut alae Phalaenae Atlantis, singularia: Spicae scapi saepe duae.*

lancea. 21. I. fol. ensiformibus, flor. secundis, scapo simplici flexuoso. *Thunb. loc. cit. n. 21.* M.

pentandra. 22. I. fol. ensiformibus, flor. pentandris. *Thunb. loc. cit. n. 22.* M. Ixia scillaris? *Linn. spec. pl. p. 52. Syst. ed. 13. p. 76. Thunb. l. c. n. 7.*

falcata. 23. I. fol. ensiformibus reflexo-falcatis. *Thunb. loc. cit. n. 23. c. ic.* M.

excisa. 24. I. fol. ovatis, flor. secundis, scapo flexuoso. *Thunb. loc. cit. n. 24. c. ic.* M.

57. GLADIOLUS. *Cor.* 6-partita, ringens. *Stamina* adſcendentia.
52.

communis. 1. G. foliis enſiformibus, floribus diſtantibus. Gladiolus floribus uno verſu diſpoſitis major et procerior. *Bauh. pin.* 41. γ. Gladiolus utrinque floridus. *Bauh. pin.* 41.

imbricatus. 2. G. fol. enſiformibus, flor. imbricatis.

alatus. 3. G. fol. enſiformibus, petalis lateralibus latiſſimis.

plicatus. 4. G. fol. enſiformibus plicatis villoſis, ſcapo laterali, corollis regularibus.

triſtis. 5. G. fol. lineari-cruciatis, corollis campanulatis. Gladiolus floribus linearibus ſulcatis, flor. alternis, petalis acutioribus. *Mill. ic.* 157. *t.* 235. *f.* 1. *Breyn. prodr.* 3. *t.* 7. *f.* 1. *Corollae aeſtivatio Gladioli: petalo ſupremo intra lateralia proxima.*

undulatus. 6. G. fol. enſiformibus, petalis ſubaequalibus lanceolatis undulatis. *Mant.* 27.

recurvus. 7. G. fol. enſiformibus, petalis ſubaequalibus lanceolatis recurvatis. *Mant.* 28.

ſpicatus. 8. G. fol. linearibus, caule ſimpliciſſimo, flor. ſpicatis.

alopecuroides. 9. G. fol. linearibus, ſpica diſticha imbricata.

anguſtus. 10. G. fol. linearibus, flor. diſtantibus, corollarum tubo limbis longiore.

ramoſus. 11. G. caule ramoſo, fol. linearibus.

capitatus. 12. G. caule ramoſo, capit. pedunculatis, rad. tuberoſa.

criſpus. 13. G. fol. lanceolatis crenatis undulatis, floribus ſecundis, ſpicis duabus, tubo filiformi longo. *Suppl. p.* 94.

iunceus. 14. G. fol. lato-lanceolatis, culmo ramoſo, floribus ſecundis, ſtylo ſexpartito. *Suppl. p.* 94.

anceps. 15. G. fol. enſiformibus undulatis, caule ramoſo ancipite divaricato. *Suppl. p.* 94.

gramineus. 16. G. petalis lanceolatis ſetaceo-acuminatis. *Suppl. p.* 95.

marginatus. 17. G. fol. cartilagineo-marginatis glabris multinerviis, ſpica elongata, floribus alternis nutantibus. *Suppl. p.* 95.

montanus. 18. G. fol. enſiformibus nervoſis glabris, floribus ſpicatis, corolla ringente. *Suppl. p.* 95.

fal-

falcatus. 19. G. caule ſimplici, foliis falcatis, floribus alternis, ſtylo trifido. *Suppl. p.* 95.
flexuoſus. 20. G. foliis linearibus, caule ſimplici flexuoſo, floribus ſpicatis ringentibus, tubo longo. *Suppl. p.* 96.
longiflorus. 21. G. caule tereti tubo longiſſimo, ſpathis foliisque linearibus glabris. *Suppl. p.* 96.
tubiflorus. 22. G. caule tereti, tubo longiſſimo, ſpathis foliisque hirſutis. *Suppl. p.* 96.
ſpathaceus. 23. G. caule ramoſo, floribus ſpicato-imbricatis, ſpathis membranaceis ariſtatis, foliis plicatis. *Suppl. p.* 96.
latifolius. 24. G. caule ramoſo, corolla ringente, folio infimo filiformi-ſetaceo. *Suppl. p.* 96.

58. ANTHOLYZA. *Cor.* tubuloſa, irregularis, recur-
53. vata. *Capſ.* infera.

ringens. 1. A. corollae labiis divaricatis, fauce compreſſa.
plicata. 2. A. foliis plicatis, caule ramoſo hirſuto, corolla ringente ſtaminibus breviore *Suppl. p.* 96.
Cunonia. 3. A. corollis ſubpapilionaceis: labii lobis duobus externis latioribus adſcendentibus. *Corollae coccineae papilionaceae carina viridi trifida. Mant.* 320.
aethiopica. 4. A. corollis incurvatis: labii quinquepartiti lobis duobus alternis patulis majoribus lanceolatis.
Meriana. 5. A. coroll. infundibuliformibus, fol. enſiformibus. Watſonia. *Mill. ic. t.* 276.
Merianella. 6. A. coroll. infundibuliformibus, fol. linearibus. Watſonia humilis, fol. lineari enſiformibus, tubo floris longiſſimo. *Mill. ic.* 198. *t.* 297. *f.* 2. *Radix bulboſa. Culmus ſeſquipedalis, laevis, teres. Folia alterna,* 3. *ſ.* 4, *vaginantia, enſiformia, ſtriata, pubeſcentia, praeter vaginas brevia. Flores* 3, *alterni, ſecundi, ſeſſiles Glumae bivalves, lanceolatae. Corolla hypocrateriformis: Tubo incurvo, purpuraſcente, limbis longiore. Limbo ſexpartito, aequali: Laciniis ovatis, acutiuſculis, flavis. Stamina adſcendentia, longitudine corollae. Antherae lineares, incumbentes. Stylus filiformis Stigmata* 3, *filiformia.* Meriana *differt facie, ſed limites a Gladiolis et Ixiis ſeparantes non ſuccurrunt. Flores in hac pallide rubri, in praecedenti ruberrimi.*

Lucidor. 7. A. foliis radicalibus basi filiformi apice dilatato-subulatis sulcatis, caule simplici folioso spicato. *Suppl. p.* 96.

59. IRIS. 55. *Cor.* 6-petala, inaequalis, petalis alternis geniculato-patentibus. *Stigmata* petaliformia, cucullato-bilabiata. Conf. *Thunb. Diss. de Iride. p.* 2. M.

* *Barbatae.* (quarum petala patentia pilis instruuntur M.

a. foliis ensiformibus.

ciliata. 1. I. barbata foliis ensiformibus ciliatis. *Thunb. loc. cit. n.* 1. M.

minuta. 2. I. barbata fol. ensiformibus glabris, scapo unifloro, petalis oblongis acutis. *Thunb. loc. cit. n.* 2. M.

pumila. 3. I. barbata fol. ensiformibus glabris, scapo unifloro, petal. oblongis obtusis. *Thunb. loc. cit. n.* 3. M. Iris *pumila* corollis barbatis, caule foliis breviore unifloro. *Syst. ed.* 13. *p.* 78. *Jacq. Fl. austr. t.* 1.

ε. Iris angustifolia maritima minor. *Bauh. pin.* 33.

η. Chamaeiris flore luteo et pallide luteo. *Bauh. pin.* 34.

ϑ. Chamaeiris saxatilis gallica. *Bauh. pin.* 34. *Caulis interdum foliis longior evadit.*

Susiana. 4. I. barbata fol. ensiformibus glabris, scapo unifloro, petalis rotundatis. *Thunb. loc. cit. n.* 4. M. Iris *susiana*, corolla barbata, caule foliis longiore unifloro. *Syst. ed. p.* 13. 78.

florentina. 5. I. barbata fol. ensiformibus glabris brevioribus scapo subbifloro. *Thunb. loc. cit. n.* 5. M. Iris *florentina*, corollis barbatis, caule foliis alternis subbifloro, floribus sessilibus. *Syst. ed.* 13. *p.* 78.

biflora. 6. I. barbata fol. ensiformibus glabris brevioribus scapo subtrifloro. *Thunb. loc. cit. n.* 6. M. Iris *biflora*, corollis barbatis, caule foliis breviore trifloro. *Syst. ed.* 13. *p.* 78. *Caulis teres. Folia extrorsum subfalcata. Germen teres, exaratum 3 striis. Corollae violaceae, non emarginatae. Petala erecta barba alba adjectis striis albis ramosis. Floret quotannis bis.*

aphylla.

aphylla. 7. I. barbata fol. ensiformibus glabris aequantibus, scapo multifloro subnudo. *Thunb. loc. cit. n. 7.* M. Iris *aphylla*, corollis barbatis, scapo nudo longitudine foliorum multifloro. *Syst. ed. 13. p. 78.*

variegata. 8. I. barbata fol. ensiformibus glabris aequantibus, scapo multifloro. *Thunb. loc. cit. n. 8.* M. Iris *variegata*, corollis barbatis, caule subfolioso longitudine foliorum multifloro. *Syst. ed. 13. p. 78. Jacq. austr. t. 5.*

germanica. 9. I. barbata fol. ensiformibus glabris falcatis brevioribus scapo multifloro. *Thunb. loc. cit. n. 9.* M. Iris *germanica*, corollis barbatis, caule foliis altiore multifloro, floribus inferioribus pedunculatis. *Syst. ed. 13. p. 78.*

sambucina. 10. I. barbata fol. ensiformibus glabris erectis brevioribus scapo multifloro, petalis deflexis planis. *Thunb. loc. cit. n. 10.* M. Iris *sambucina*, corollis barbatis, caule foliis altiore multifloro, petalis deflexis planis; erectis emarginatis. *Syst. ed. 13. p. 78. Jacq. hort. t. 2.*

squalens. 11. I. barbata fol. ensiformibus glabris erectis brevioribus scapo multifloro, petal. deflexis replicatis. *Thunb. loc. cit. n. 11.* M. Iris *squalens*, corollis barbatis, caule foliis altiore multifloro, petalis deflexis replicatis, erectis emarginatis. *Syst. ed. 13. p. 78.*

compressa. 12. I. barbata fol. ensiformibus glabris, scapo paniculato compresso. *Thunb. loc. cit. n. 12.* M.

dichotoma. 13. I. barbata fol. ensiformibus glabris, caule paniculato tereti. *Thunb. loc. cit. n. 13.* Iris dichotoma. *Pall. itin. vol. 3. p. 714. tab. A. fig. 2.* M.

b. *foliis linearibus.*

tripetala. 14. I. barbata folio lineari longiori scapo unifloro, petalis alternis subulatis. *Thunb. loc. cit. n. 14.* M.

tricuspis. 15. I. barbata folio lineari longiore scapo subbifloro, petalis alternis trifidis. *Thunb. loc. cit. n. 15.* M.

plumaria. 16. I. barbata fol. linearibus, scapo multifloro, stigmatibus setaceo-multifidis. *Thunb. loc. cit. n. 16.*

n. 16 Moraea *juncea*, foliis subulatis. *Syst. ed.* 13 *p.* 79. Moraea *vegeta*, foliis canaliculatis *ibid.* ubi *Linneus* citat *Mill. ic.* 159. *t.* 238. *f. n.* 1. 1. Moraea iriopetala *Suppl. p.* 100. *Thunb.* M.

** *Imberbes.*

a *foliis ensiformibus.*

Xiphium. 17. I. imberbis foliis ensiformibus canaliculato-subulatis brevioribus scapo bifloro. *Thunb. loc. cit. n.* 17. M. Iris *Xiphium*, corollis imberbibus, floribus binis, foliis subulato-canaliculatis caule brevioribus. *Syst. ed.* 13. *p.* 79.

pseud-Acorus. 18. I. imberbis fol. ensiformibus, petalis alternis stigmate minoribus. *Thunb. loc. cit. n.* 18. M. Iris *pseud-Acorus* corollis imberbibus, petalis inferioribus stigmate minoribus, foliis ensiformibus. *Syst. ed.* 13. *p.* 79. *Fl. dan. t* 494.

foetida. 19. I. imberbis fol. ensiformibus, scapo unangulato. *Thunb. loc. cit. n.* 19. M. Iris *foetidissima*, corollis imberbibus: petalis interioribus patentissimis; caule unangulato, foliis ensiformibus. *Syst. ed.* 13. *p.* 79.

virginica. 20. I. imberbis fol. ensiformibus, scapo ancipiti. *Thunb. loc. cit. n.* 20. M. Iris *virginica*, corollis imberbibus, germinibus trigonis, caule ancipiti. *Syst. ed.* 13. *p.* 79.

versicolor. 21. I. imberbis fol. ensiformibus, scapo tereti flexuoso, germinibus subtrigonis. *Thunb. loc. cit. n.* 21. M. Iris *versicolor*, corollis imberbibus, germinibus subtrigonis, caule tereti flexuoso, foliis ensiformibus. *Syst. ed.* 13. *p.* 79.

ochroleuca. 22. I. imberbis fol. ensiformibus, scapo subtereti, germinibus hexagonis. *Thunb. loc. cit. n.* 22 M. Iris *ochroleuca*, corollis imberbibus, germinibus sexangularibus, caule subtereti, foliis ensiformibus striatis. *Syst. ed.* 13. *p.* 79. *Mant.* 175.

spathacea. 23. I. imberbis fol. ensiformibus rigidis, scapo tereti bifloro, spathis longissimis. *Thunb. loc. cit. n.* 23 M.

ramosa. 24. I. imberbis fol. ensiformibus, caule paniculato multifloro. *Thunb. loc. cit. n.* 24. M.

b. *fo-*

b. *foliis linearibus.*

Sisyrinchium. 25. I. imberbis fol. linearibus undulatis reflexis, scapo unifloro. *Thunb. loc. cit. n. 25.* M. Iris *Sisyrinchium*, corollis imberbibus, foliis canaliculatis, bulbis geminis superimpositis. *Syst. ed. 13. p. 79.*

verna. 26. I. imberbis fol. linearibus planis, scapo unifloro, petalis alternis aequantibus. *Thunb. loc. cit. n. 26* M. I *verna*, corollis imberbibus, caule unifloro foliis breviore, radice fibrosa. *Syst. ed. 13. p. 79.*

persica. 27. I. imberbis fol. linearibus planis, scapo unifloro, petal. alternis brevioribus. *Thunb. loc. cit. n. 27.* M. Iris *persica*, corolla imberbi, petal interioribus brevissimis patentissimis. I. bulbosa praecox minus odora persica variegata. *Moris. hist. 2. p. 357. Foliis subulato-canaliculatis caule longioribus.*

angusta. 28. I. imberbis folio filiformi-lineari erecto glabro, scapo glabro subunifloro, spathis obtusis. *Thunb. loc. cit. n. 28.* M.

setacea. 29. I. imberbis folio filiformi-lineari erecto glabro, scapo glabro unifloro, spathis acutis membranaceis. *Thunb. loc. cit. n. 29. tab. 1.* M.

tenuifolia. 30. I. imberbis fol. filiformi-linearibus, scapo bifloro. *Thunb. loc. cit. n. 30.* M. *Pall. itin. v. 3. p. 714. tab. C. fig. 2.*

graminea. 31. I. imberbis fol. linearibus, scapo subbifloro ancipiti, germinibus hexagonis. *Thunb. loc. cit. n. 31.* M. Iris *graminea*, corollis imberbibus, germinibus sexangularibus, caule ancipiti, foliis linearibus. *Syst. ed. 13. p. 79. Jacq. Fl. austr. t. 2. Caulis compressissimus bifolius, ante anthesin procumbens.*

spuria. 32. I. imberbis fol linearibus, scapo subtrifloro tereti, germinibus hexagonis. *Thunb. loc. cit. n. 32.* M. Iris *spuria*, corollis imberbibus, germinibus sexangularibus, caule tereti. foliis sublinearibus. *Syst. ed. 13 p. 78. Jacq. austr. t. 4. — Fl. dan. t. 734.* M

sibirica. 33. I. imberbis fol. linearibus, scapo subtrifloro tereti, germinibus trigonis. *Thunb. loc. cit. n. 33* M. Iris *sibirica*, corollis imberbibus, germinibus trigonis, caule tereti, foliis

liis linearibus. *Syst. ed. 13. p. 79. Jacq. austr. t. 3.*

. . CHENOLEA. *Capf.* 1-fperma, 1-valvis. *Cal.* 5-fidus.
290. ILLECEBRUM. *Capf.* 1-fperma, 5-valvis. *Cal.* fimplex, rudis.
291. GLAUX. *Capf.* 5-fperma, 5-valvis. *Cal.* fimplex, rudior, campanulatus.

* *Polygonum amphibium, lapathifolium.*
* *Ceratonia.*

* *Fl. incompleti, fuperi.*

292. THESIUM. *Sem.* 1. coronatum. *Cal.* ftaminifer.

* *Loranthus.* * *Trianthema monogyna.*

DIGYNIA.

* *Fl. Monopetali, inferi.*

307. STAPELIA. *Folliculi* 2. *Cor.* rotata: Nectariis ftellatis.
304. CYNANCHUM. *Folliculi* 2. *Cor.* rotata: Nectario cylindrico.
303. PERIPLOCA. *Folliculi* 2. *Cor.* rotata: Nectariis 5, filiformibus.
305. APOCYNUM. *Folliculi* 2. *Cor.* campan. Nectariis glandulofis 5. Setis 5.

306.

306. ASCLEPIAS. *Folliculi* 2. *Cor.* reflexa: Nectariis 5 auriformibus unguiculatis.
1375. MELODINUS. *Bacca* 2-locularis, polyſperma. *Faux corollae* coronata.
321. SWERTIA. *Capſ.* 1-loc. 2-valvis. *Cor.* rotata: poris 5-nectariferis.
322. GENTIANA. *Capſ.* 1-loc. 2-valvis. *Cor.* tubuloſa, indeterminata.
313. CRESSA. *Capſ.* 1-ſperm. 2-valvis. *Cor.* hypocrater: limbo reflexo.
318. HYDROLEA. *Capſ.* 2-loc. 2-valvis. *Cor.* rotata.
1339. PORANA. *Fruct.* 2-valvis. *Calyx* in fructu grandifactus. *Stylus* elongatus, ſemibifidus.
319. SCHREBERA. *Fruct.* 2-locularis. *Cor.* infundib. *Nectarii Squama* filamentis ſingulis adnata.
1254. STERIS. *Bacca* polyſperma. *Cor.* rotata.

* *Fl. Pentapetali ſuperi.*

1376. RUSSELIA. *Capſ.* 1-locularis, polyſperma. *Petala* 5, ſupera. *Cal.* 5-phyllus.

* *Fl. Pentapetali, inferi.*

447. VELEZIA. *Capſ.* 1-loc. 1-valvis. *Cor.* 5-petala. *Cal.* tubuloſus.
1293. LINCONIA. *Capſ.* 2-loc. *Petalis* lacuna. *Cal* 4-phyllus.
317. NAMA. *Capſ.* 1-loc. 2-valvis. *Cor.* 5-petala, minor.
320. HEUCHERA. *Capſ.* 2-loc. 2-roſtrata. *Cor.* 5-petala, calyci inſerta.
. . BUMALDA. *Capſ.* 2-locul. biroſtris. *Cor.* 5-petala. *Styli* villoſi.
312. ANABASIS. *Bacca* 1-ſperma. *Cor.* 5-petala, minima.

* *Staphylea pinnata.*

* *Fl. incompleti.*

311. SALSOLA. *Sem.* 1, cochleatum, tectum. *Cal.* 5-phyllus.
309. CHENOPODIUM. *Sem.* 1, orbiculare. *Cal.* 5-phyllus foliolis concavis.
310. BETA. *Sem.* 1, reniforme. *Cal.* 5-phyllus, baſi ſemen fovens.
308. HERNIARIA. *Sem.* 1, ovatum, tectum. *Cal.* 5-partitus. *Filam.* 5, ſterilia.

314.	GOMPHRENA.	*Capſ.* 1-ſperma, circumſciſſa. *Cal.* diphyllus, compreſſus, coloratus.
315.	BOSEA.	*Bacca* 1-ſperma. *Cal.* 5-phyllus.
316.	ULMUS.	*Bacca* exſucca, compreſſa. *Cal.* 1-phyllus, emarceſcens.

* *Rhamnus Zizyphus.*
* *Polygonum virginianum.*
* *Trianthema pentandra.*

* *Fl. Pentapetali, ſuperi, diſpermi.* Umbellatae.

A. *Involucro univerſali partialique.*

. .	VAHLIA.	*Fl.* calyculati ſparſi. *Capſula.*
323.	PHYLLIS.	*Fl.* diſperſi.
1377.	COPROSMA.	*Hermaphrodita: Cal.* 5-partitus. *Cor.* 5. ſ. 7-fida. *Stamina* 5 ad 7. *Styli* 2 longi. *Bacca* diſperma. *Semina* duo, planiuſcula. *Feminea* et *Maſcula* ut in Hermaphrodita.
324	ERYNGIUM.	*Fl.* capitati. *Recept.* paleaceum.
325.	HYDROCOTYLE.	*Fl.* ſubumbellati, fertiles. *Sem.* compreſſa.
326.	SANICULA.	*Fl.* ſubumbellati, abortivi. *Sem.* muricata.
327.	ASTRANTIA.	*Fl.* umbellati, abortivi. *Invol.* colorata. *Sem.* rugoſa.
345.	HERACLEUM.	*Fl.* radiati, abortivi. *Invol.* deciduum. *Sem.* membranacea.
352.	OENANTHE.	*Fl.* radiati, abortivi radio. *Invol.* ſimplex. *Sem.* coronata, ſeſſilia.
329.	ECHINOPHORA.	*Fl.* radiati, abortivi. *Invol.* ſimplex. *Sem.* ſeſſilia.
331.	CAUCALIS.	*Fl.* radiati, abortivi. *Invol.* ſimplex. *Sem.* muricata.
332.	ARTEDIA.	*Fl.* radiati, abortivi. *Invol.* pinnatum. *Sem.* margine crenis foliaceis.
333.	DAUCUS.	*Fl.* radiati, abortivi. *Invol.* pinnatum. *Sem.* hiſpida.
330.	TORDYLIUM.	*Fl.* radiati, fertiles. *Invol.* ſimplex. *Sem.* margine crenata.
344.	LASERPITIUM.	*Fl.* floſculoſi, abortivi. *Pet.* cordata. *Sem.* 4-alata.
339.	PEUCEDANUM.	*Fl.* floſculoſi, abortivi. *Invol.* ſimplex. *Sem.* depreſſa, ſtriata.
334.	AMMI.	*Fl.* floſculoſi, fertiles. *Invol.* pinnatum. *Sem.* gibba, laevia.

341.

341. HASSELQUISTIA. *Fl.* flofc. fertil. *Pet.* cordata. *Sem.* Radii plana; Difci urceolata.
336. CONIUM. *Fl.* flofc. fertil. *Pet.* cordata. *Sem.* gibba coftato-fulcata. *Involucella* dimidiata.
335. BUNIUM. *Fl.* flofc. fert. *Pet.* cordata. *Involucella* fetacea.
338. ATHAMANTA. *Fl.* flofc. fert. *Pet.* cordata. *Sem.* convexa, ftriata.
328. BUPLEURUM. *Fl.* flofc. fert. *Pet.* involuta. (*Plerisque folia indivifa f. involucella petaliformia.*)
348. SIUM. *Fl.* flofc. fert. *Pet.* cordata. *Sem.* fubovata, ftriata.
337. SELINUM. *Fl.* flofc. fert. *Pet.* cordata. *Sem.* depreffa, ftriata.
351. CUMINUM. *Fl.* flofc. fert. *Pet.* cordata. *Umb* 4 fida. *Invol.* fetaceis, longiffimis.
343. FERULA. *Fl.* flofc. fert. *Pet.* cordata. *Sem.* plana.
240. CRITHMUM. *Fl.* flofc. fert. *Pet.* planiufcula. *Inv.* horizontale.
350. BUBON. *Fl.* flofc. fert. *Pet.* planiufc. *Inv.* 5-phyllum.
342. CACHRYS. *Fl.* flofc. fert. *Pet.* planiufc. *Sem.* cortice fuberofo.
346. LIGUSTICUM. *Fl.* flofc. fert. *Pet.* involuta. *Invol.* membranacea.
347. ANGELICA. *Fl.* flofc. fert. *Pet.* planiufc. *Umbellulae* globofae.
349. SISON. *Fl.* flofc. fert. *Pet.* planiufc. *Umb.* depauperata.

B. *Involucris partialibus;* univerfali nullo.

355. AETHUSA. *Fl.* fubradiat. fert. *Involucella* dimidiata.
356. CORIANDRUM. *Fl.* radiat. abortivi. *Fr.* fubglobofi.
357. SCANDIX. *Fl.* radiat. abort. *Fr.* oblongi.
358. CHAEROPHYLLUM. *Fl.* flofc. abort. *Invol.* 5-phylla.
353. PHELLANDRIUM. *Fl.* flofc. fertiles. *Fr.* coronati.
359. IMPERATORIA. *Fl.* flofc. fertiles. *Umb.* expanfo-plana.
360. SESELI. *Fl.* flofc. fertiles. *Umb.* rigidula.
354. CICUTA. *Fl.* flofc. fertiles. *Pet.* planiufcula.

* *Bupleurum rotundifolium.* * *Apium Petrof. et Anifum.*

C. *Involucro nullo;* nec univerfali, nec partialibus.

363. SMYRNIUM. *Fl.* flofc. abortivi. *Sem.* reniformia, angulata.

364.	CARUM.	*Fl.* floſc. abortivi. *Sem.* gibba, ſtriata.
361.	THAPSIA.	*Fl.* floſc. fertiles. *Sem.* membranaceo-alata, emarginata
362.	PASTINACA.	*Fl.* floſc. fertiles. *Sem.* depreſſo-plana.
364.	ANETHUM.	*Fl.* floſc. fertiles. *Sem.* marginata, ſtriata.
368.	AEGOPODIUM.	*Fl.* floſc. fertiles. *Sem.* gibba, ſtriata. *Pet.* cordata.
367.	APIUM.	*Fl.* floſc. fertiles. *Sem.* minuta, ſtriata. *Pet.* inflexa.
366.	PIMPINELLA.	*Fl.* floſc. fertiles. *Vmbellae ante floreſcentiam nutantes.* *Pet.* cordata.
1378.	CUSSONIA.	*Petala* trigona. *Margo receptaculi* dilatatus in calycem 5-dentatum.

TRIGYNIA.

* *Fl. ſuperi.*

370.	VIBURNUM.	*Cor.* 5-fida.	*Bacca* 1-ſperma.
372.	SAMBUCUS.	*Cor.* 5-fida.	*Bacca* 3-ſperma.

* *Fl. inferi.*

1379.	SEMECARPUS.	*Cor.* 5-petala. *Drupa* cordata, celluloſa, 1-ſperma.
369.	RHUS.	*Cor.* 5-petala. *Bacca* 1-ſperma.
371.	CASSINE.	*Cor.* 5-petala. *Bacca* 3-ſperma.
373.	SPATHELIA.	*Cor.* 5-petala. *Capſ.* 3-locularis, 3-gona, 1-ſperma. *Filamenta* baſi dentata.
374.	STAPHYLEA.	*Cor.* 5-petala. *Capſ.* 2-ſ. 3-fida, inflata,
375.	TAMARIX.	*Cor.* 5-petala. *Capſ.* 1-locularis. *Sem.* pappoſa.
381.	DRYPIS.	*Cor.* 5-petala, coronata. *Capſ.* 1-ſperma, circumſciſſa.
376.	TURNERA.	*Cor.* 5-petala. *Capſ.* 1-locularis. *Cal.* 1-phyllus, corollifer.
383.	SAROTHRA.	*Cor.* 5-petala. *Capſ.* 1-locularis, colorata. *Cal.* 1-phyllus.
380.	ALSINE.	*Cor.* 5-petala. *Capſ.* 1-locularis. *Cal.* 5-phyllus. *Petala* 2-fida.
377.	TELEPHIUM.	*Cor.* 5-petala. *Capſ.* 1-locul. triquetra. *Cal.* 5-phyllus.
378.	CORRIGIOLA.	*Cor.* 5-petala. *Sem.* 1, triquetrum. *Cal.* 5-partitus.
379.	PHARNACEUM.	*Cor.* nulla. *Cal.* 5-phyllus. *Capſ.* 3-locularis.

1299. XYLOPHYLLA. *Cal.* 5-partitus. *Capſ.* 3-cocca: feminibus binis.
382. BASELLA. *Cor.* nulla. *Cal.* 6-fidus. *Sem.* 1. globoſum, calyce baccato.

* *Rhamnus Paliurus.*
* *Celaſtrus.*

TETRAGYNIA.

384. PARNASSIA. *Cor.* 5-petala. *Capſ.* 4-valvis. *Nectar.* 5. ciliato-glanduloſa.
385. EVOLVULUS. *Cor.* 1-petala. *Capſ.* 4-locularis.

PENTAGYNIA.

* *Fl. ſuperi.*

386. ARALIA. *Cor.* 5-petala. *Bacca* 5-ſperma.

* *Fl. inferi.*

392. CRASSULA. *Cor.* 5-partita. *Capſ.* 5, polyſpermae.
1340. GISEKIA. *Cor.* 0. *Cal.* 5-phyllus. *Capſ.* 5, rotundae, 5-ſpermae.
389. LINUM. *Cor.* 5-petala. *Capſ.* 10-locularis, 2-ſperma.
390. ALDROVANDA. *Cor.* 5-petala. *Capſ.* 1-locularis, 10-ſperma.
391. DROSERA. *Cor.* 5-petala. *Capſ.* 1-locul. apice dehiſcens.
1255. MAHERNIA. *Cor.* 5-petala. *Capſ.* 5-locularis.
1380. COMMERSONIA. *Cor.* 5-petala. *Nectarium* 5-partitum. *Cal.* 1-phyllus, corollifer. *Capſ.* 5-locularis.
393. SIBBALDIA. *Cor.* 5-petala. *Sem.* 5. *Cal.* 10-fidus.
388. STATICE. *Cor.* 5-partita. *Sem.* 1, calyce infundib. veſtitum.

* *Ceraſtium pentandrum.*
* *Spergula pentandra.*
* *Gerania pentandra.*

POLYGYNIA.

394. MYOSURUS. *Cal.* 5-phyllus. *Nectar.* 5, lingulata. *Sem.* numeroſa.

* *Ranunculus hederaceus.*

MONOGYNIA.

179. HELIOTROPIUM. *Cor.* hypocrateriformis 5-fida, interjectis dentibus: faucibus clausa fornicibus.
187.

peruvianum. 1. H. foliis lanceolato-ovatis, caule frutescente, spicis numerosis aggregato-corymbosis. *Murr. flor. Gott. p. 141. Caules bipedales, fruticosi, hirti, inferius longius ramosi. Folia elliptica s. ovato-oblonga, lineata, rugosa, pubescenti-scabra, utrinque viridia, brevius petiolata. Pedunculi versus extremitates hirti, bifidi, s. dichotomi. Spicae secundae, recurvatae. Corollae caerulescentes, similes H. indico.*

indicum. 2. H. fol. cordato-ovatis acutis scabriusculis, spicis solitariis, fruct. bifidis.

parviflorum. 3. H. fol. ovatis rugosis scabris oppositis alternis, spicis conjugatis. *Mant. 201* Heliotropium barbadense, flor. albo minimo. *Dill. elth. 173. t. 146. f. 175.* Heliotropium angiospermum. *Murr. flor. Gott. p. 217.*

europaeum. 4. H. fol. ovatis integerrimis tomentosis rugosis, spicis conjugatis. — *Jacq. Fl. austr. v. 3. t. 207.* M.

supinum. 5. H. fol. ovatis integerrimis tomentosis plicatis, spicis solitariis. *Gou. monsp. 17. c. figura.*

fruticosum. 6. H. fol. lineari-lanceolatis pilosis, spicis solitariis sessilibus.

curassavicum. 7. H. fol. lanceolato-linearibus glabris aveniis, spicis conjugatis. *Mant. 333. Burm. ind. 41. t. 16. f. 2.*

orientale. 8. H. fol. linearibus glabris aveniis, flor. sparsis lateralibus.

gnaphalodes. 9. H. fol. linearibus obtusis tomentosis, pedunc. dichotomis, spicar. flor. quaternis, caule frutescente. *Jacq. amer. 25. t. 173. f. 11. — Ed. 2. pict. p. 19. t. 264. f. 97. quoad folium.* M. *Moris. hist. 3. f. 11. t. 28. f. 6.*

180. MYOSOTIS. *Cor.* hypocrateriformis, 5-fida, emarginata: fauce clausa fornicibus.
188.

scorpioides. 1. M. seminibus laevibus, foliorum apicibus callosis. *Fl. dan. t. 58.*

fru-

fruticofa. 2. M. femin. laevibus, caule fruticofo laevi. *Mant. 201. Differt a M. fcorpioide caule fruticofo.*
virginiana. 3. M. femin. aculeato-glochidibus, fol. ovato-oblongis, ramis divaricatis. *Folia magna.*
Lappula. 4. M. femin. aculeis glochidibus, fol. lanceolatis pilofis. — *Fl. dan. t. 692.* M.
apula. 5. M. femin nudis, fol. hifpidis, racemis foliofis *Pluk. phyt. 16. f. 5.*

181. LITHOSPERMUM. *Cor.* infundib. fauce perforata, nuda. *Cal.* 5-partitus.
189.

officinale. 1. L. feminibus laevibus, corollis vix calycem fuperantibus, foliis lanceolatis. *Canadenfe totum hirtum.*
arvenfe. 2. L. fem. rugofis, cor. vix calycem fuperantibus. *Fl. dan. t. 456.*
virginicum. 3. L. fol. fubovalibus nervofis, cor. acuminatis.
orientale. 4. L. ramis floriferis lateralibus, bracteis cordatis amplexicaulibus. Anchufa orientalis. *Sp. pl. 191.* — Afperugo divaricata *Murr. in comm. gott. 1776. p. 25. t. 2.* M. *Caulis fterilis erectus, pilis rarioribus. Folia lanceolata, bafi anguftiora, integerrima, obtufa, utrinque pilis roriferis. Rami floriferi ex alis foliorum inferiorum: Bracteis cordatis, minoribus, pilofo roridis. Flores fubpedunculati, lutei, infundibuliformes absque fornicibus, fauce patula. Stamina tubo breviora, Antheris nigris.*
purpurocoeruleum. 5. L. fem. laevibus, cor. calycem multoties fuperantibus. *Jacq. auftr. t. 14.*
fruticofum. 6. L. fruticofum, fol. linearibus hifpidis, ftaminibus corollam aequantibus.
tenuiflorum. 7. L. fol. lineari lanceolatis ftrigofis, corollis filiformibus. *Suppl. p. 130.*
difpermum. 8. L. feminibus duobus, calycibus patentibus. *Semina tantum duo funt, nec tamen bilocularia. Calyx quafi inflatus.*

182. ANCHUSA. *Cor.* infundibulif. fauce claufa fornicibus. *Sem.* bafi infculpta.
101.

officinalis. 1. A. foliis lanceolatis, fpicis imbricatis fecundis, *Fl. dan. t. 572.*

angustifolia. 2. A. racemis subnudis conjugatis.
italica. 3. A. fol. lanceolatis undulatis, summis acuminatis, squamulis faucis penicilliformibus. *Trew pl. rar. dec. 2. p, 14. t. 28.* M.
undulata. 4. A. strigosa, fol. linearibus dentatis, pedicellis bractea minoribus, calyc. fructiferis inflatis. *Bocc. mus. t. 77.*
tinctoria. 5. A. tomentosa, fol. lanceolatis obtusis, stamin. corolla brevioribus.
virginica. 6. A. floribus sparsis, caule glabro.
lanata. 7. A. fol. villosis, calycibus hirsutis, staminib. corolla longioribus (*excluso Synonymo.*).
sempervirens. 8. A. pedunculis diphyllis capitatis. *Caules ad latera capitis radicis, erecti, hispidi. Folia ovata, lineata, albo maculata, petiolata, remota. Pedunculi axillares, Bracteis 2 oppositis, sessilibus, lanceolato-ovatis, multiflori. Corollae coeruleae tubo brevi, uti Omphalodis.*

183. CYNOGLOSSUM. 192. *Cor.* infundibuliform. fauce clausa fornicibus. *Semina* depressa, interiore tantum latere stylo affixa.

officinale. 1. C. staminibus corolla brevioribus, foliis lato-lanceolatis tomentosis sessilibus.
virginicum. 2. C. fol. spatulato-lanceolatis lucidis basi trinerviis, bractea pedunculorum amplexicauli. Cynoglossum foliis amplexicaulibus. *Gron. virg. 19. Nimis affinis C. officinali, foliis supra lucidis mox distinguenda.*
cheirifolium. 3. C. corollis calyce duplo longioribus, fol. lanceolatis.
apenninum. 4. C. stamin. corollam aequantibus.
laevigatum. 5. C. fol. lanceolato-ovatis glabriusculis, cal. tomentosis, sem. laevibus. *Syst. ed. 13. p. 157.* Cynoglossum *laevigatum*, arillis glabris, caule erecto, fol. ellitipcis mollibus. *Suppl. p. 130.* Rindera tetraspis. *Pall. it. v. 1. p. 486. t. 1. f. 1. 2.*
lusitanicum. 6. C. fol. lineari-lanceolatis glabris.
linifolium. 7. C. fol. lineari-lanceolatis scabris.

Ompha-

Omphalodes. 8. C. repens, fol. radicalibus cordatis.
japonicum. 9. C. fol. oblongis villofis, caulibus proftratis. *Thunb. jap. mfpt.* M.

184. PULMONARIA. *Cor.* infundibulif. fauce pervia.
194. *Cal.* prifmatico-5-gonus.

* *Perianthium longitudine tubi corollae.*

anguftifolia. 1. P. foliis radicalibus lanceolatis. *Hall. emend. 168. Fl. dan. t. 483.*
officinalis. 2. P. fol. radicalibus ovato-cordatis fcabris. Symphytum maculofum f. Pulmonaria latifolia. *Bauh. pin. 259. Fl. dan. t. 482.*
fuffruticofa. 3. P. fol. linearibus fcabris, cal. fubulatis quinquepartitis. *Sp. p. 1667.*

** *Calyces tubo corollae dimidio breviores.*

virginica. 4. P. calyc. abbreviatis, fol. lanceolatis obtufiufculis.
fibirica. 5. P. calyc. abbreviatis, fol. radicalibus cordatis. *Gmel. fibir. 4. p. 75. t. 39.*
maritima. 6. P. calyc. abbreviatis, fol. ovatis, caule ramofo procumbente. *Fl. dan. t. 25.*

185. SYMPHYTUM. *Corollae* limbus tubulato-ventricofus: fauce claufa radiis fubulatis.
195.

officinale. 1. S. foliis ovato-lanceolatis decurrentibus. — *Fl. dan. t. 664.* M.
tuberofum. 2. S. fol. femidecurrentibus: fummis oppofitis. *Jacq. obf. 3. p. 12. t. 13.* — *Jacq. Fl. auftr. v. 3. t. 225.* M. *Praecedentis forte varietas. Radix alba, nec extus nigra ut praecedentis.*
orientale. 3. S. fol. ovatis fubpetiolatis.

186. CERINTHE. *Corollae* limbus tubulato-ventricofus: fauce pervia. *Semina* 2, bilocularia.
195.

major. 1. C. foliis amplexicaulibus, corollis obtufiufculis patulis.
minor. 2. C. fol. amplexicaulibus integris, corollis acutis claufis. — *Jacq. Fl. auftr. v. 2. t. 124.* M.

187.

187. ONOSMA. *Corolla* campanulata: fauce pervia.
196. *Semina* 4.

simplicissima. 1. O. foliis confertis lanceolato-linearibus pilosis. *Apex floriferus nutans.*
orientalis. 2. O. fol. lanceolatis hispidis, fructibus pendulis.
echioides. 3. O. fol. lanceolatis hispidis, fructibus erectis. — *Jacq. Fl. austr. v. 3. t. 295.* M.

188. BORAGO. *Corolla* rotata: fauce radiis clausa.
197.

officinalis. 1. B. foliis omnibus alternis, calycibus patentibus *Pedunculi terminales, multiflori.*
indica. 2. B. fol. ramificationum oppositis amplexicaulibus, pedunc. unifloris.
africana. 3. B. fol. oppositis petiolatis ovatis, pedunc. multifloris. *Murr. Fl. gott. 142. Planta hispida, stimulis adspersa. Folia ovata, opposita, petiolata, at floralia alterna. Pedunculi e summis alis et ramulis, pilosi, multiflori. Flores parvi, cernui, coerulei, medio flavo; punctis 5 purpureis.*
zeylanica. 4. B. fol. rameis alternis sessilibus, pedunc. unifloris, inauritis. *Mant. 202.* Borago zeylanica. *Burm. ind. 41. t. 14. f. 2.* Anchusa buglossoides, lithospermi semine. *Pluk. mant. 13. t. 335. f. 4.*
orientalis. 5. B. calyc tubo corollae brevioribus, fol. cordatis. *Pedunculi axillares multiflori.*

189. ASPERUGO. *Cal.* fructus compressus: lamellis
198. plano-parallelis, sinuatis.

procumbens. 1. A. calycibus fructus compressis. *Fl. dan. t. 552.*
aegyptiaca. 2. A. calyc. fructus ventricosis. *Mant. 334.* — *Jacq. hort. v. 3. t. 21.* M.

190. LYCOPSIS. *Corolla* tubo incurvato.
198.

vesicaria. 1. L. foliis integerrimis, caule prostrato, calycibus fructescentibus inflatis pendulis.
pulla. 2. L. fol integerrimis, caule erecto, cal. fructescentibus inflatis pendulis. — *Jacq. Fl. aust. v. 2. t. 188.* M.

aegyptia.

aegyptia. 3. L. fol. integerrimis fcabris, caulibus adfcendentibus, calyc. fructefcentibus inflatis pendulis. *Jacq. in Litt. Mifcell. v. 3. Icon. rar.* M.
variegata. 4. L. fol. repandis dentatis callofis, caule decumbente, corollis cernuis. Lycopfis cretica. *Riv. mon. Fl. dan.* 435.
arvenfis. 5. L. fol. lanceolatis hifpidis, calyc. florefcentibus erectis.
orientalis. 6. L. fol. ovatis integerrimis fcabris, calyc. erectis.
virginica. 7. L. fol. lineari-lanceolatis confertis tomentofis mollibus, caule erecto.

191. ECHIUM. *Cor.* irregularis, fauce nuda.
199.

fruticofum. 1. E. caule fruticofo, ramis foliisque pilofis. Bugloffum africanum, echii folio, flore purpureo. *Pluk. mant. 33. t. 341. f. 7. Stamina corolla non longiora.*
candicans. 2. E. caule fruticofo, hirfutum, albicans, fol. lanceolatis vtrinque acuminatis venofo-nervofis, panicula terminali, pedicellis fpicatis. *Suppl. p. 131.*
giganteum. 3. E. caule fruticofo ramis canis glabris, fol. lineari-lanceolatis fcabriufculis feffilibus, thyrfo terminali: fpicis fimpliciffimis. *Suppl. p. 131.*
ftrictum. 4. E. caule fruticofo, fol. petiolatis ellipticis hifpidis fcabris, caule reverfe-hifpido, pedunculis axillaribus fpicato-capitatis. *Suppl. p. 131.*
fpicatum. 5. E. caulibus adfcendentibus fimpliciffimus, floribus fpicatis. *Suppl. p. 132.*
argenteum. 6. E. fol. linearibus albido-hirfutis apice patulis. *Mant. 202.* Echium argenteum. *Berg. cap* 40.
capitatum. 7. E. caule pilofo, flor. capitato-corymbofis aequalibus, ftamin. corolla longioribus, fol. hifpidis. *Mant. 42.*
plantagineum. 8. E. fol. radicalibus ovatis, lineatis petiolatis. *Mant. 202.* Echium lato plantaginis folio, italicum. *Barr. rar. 145. f. 1026.* — Echii plantaginei *Varietas*: foliis radicalibus lanceolatis longe petiolatis. *Jacq. hort. v. 1. t.* 45. M.

laevi-

laevigatum. 9. E. caule laevi, fol. lanceolatis nudis margine apiceque ſcabris, corollae aequalibus (*excluſo ſynonymo Plukeneti.* β. Echium pyrenaicum. *Mant.* 334. Echium majus et aſperius, flore dilute purpureo. *Tournef inſt.* 135. Lycopſis monſpeliaca, flore dilute purpureo. *Moriſ. blæſ.* 284.

italicum. 10. E. caule erecto piloſo, ſpicis hirſutis, corollis ſubaequalibus, ſtaminib longiſſimis. *Murr. Fl. gott.* 143. *Hudſ. angl.* 70 — *Anne* Echium altiſſimum *Jacq. Fl auſtr. v.* 5. *app. t. 66. mera varietas* italici? M.

rubrum. 11. E. caule ex racemulis brevibus longe ſpicato, corollis ſubaequalibus, foliis hiſpidis. *Jacq. in Litt. Fl. auſtr. v.* 5. *App. t.* 3 M.

vulgare. 12. E. caule tuberculato-hiſpido, fol. caulinis lanceolatis hiſpidis, flor ſpicatis lateralibus. *Fl. dan.* 445.

violaceum. 13. E. corollis ſtamina aequantibus, tubo calyce breviore. *Mant.* 42.

creticum. 14. E. caule procumbente, calyc. fructeſcentibus diſtantibus. *Corollae ſaturate rubrae tubo calycibus breviore. Filamenta apice parum piloſa.*

orientale. 15. E. caule ramoſo, fol. caulinis ovatis, flor. ſolitariis lateralibus. *Tournef. itin.* 2. *p.* 107. *f.* 107.

luſitanicum. 16. E. corollis ſtamine longioribus.

1245. MESSERSCHMIDIA. *Cor.* infundibulif. fauce nuda. *Bacca* ſuberoſa, bipartibilis: ſingulo diſpermo.

fruticoſa. 1. M. caule fruticoſo, foliis petiolatis, corollis hypocrateriformibus *Suppl p.* 132.

Arguzia. 2. M. caule herbaceo, fol. ſeſſilibus, corollis infundibuliformibus. *Suppl. p.* 132. Meſſerſchmidia Arguzia, *Syſt. ed.* 13. *p.* 161 *Mant.* 42, 334. Tourneforʼtia ſibirica. *Sp. pl.* 202. *Act. petrop.* 1763. *t.* 315. *t.* 11, 4

192. TOURNEFORTIA. *Bacca* 2-locularis, difperma, fupera, apice duobus poris perforata.
201.

ferrata. 1. T. foliis ovatis ferratis, petiolis fpinefcentibus, fpicis terminalibus recurvis.
hirfutiffima. 2. T. fol. ovatis petiolatis, caule hirfuto, fpic. ramofiffimis terminalibus.
volubilis. 3. T. fol. ovatis acuminatis glabris, petiol. reflexis, caule volubili.
foetidiffima. 4. T. fol. ovato-lanceolatis hirtis, pedunc. ramofis, fpic. pendulis.
humilis. 5. T. fol. lanceolatis feffilibus, fpic. fimplicibus recurvis lateralibus.
cymofa. 6. T. fol. ovatis integerrimis nudis, fpic. cymofis.
argentea. 7. T. fol. ovatis obtufis tomentofo-fericeis, fpicis terminalibus compofitis. *Suppl. p. 133.*
fuffruticofa. 8. T. fol. fublanceolatis incanis, caule fuffruticofo.

193. NOLANA. *Cor.* campanulata. *Stylus* inter germina. *Sem.* 5, baccata, bilocularia.
202.

proftrata. 1. NOLANA. *Linn. dec. 1. t. 2. Mant. 334.* Atropa foliis geminatis, calycibus polycarpis, caule humifufo *Gouan. hort. 82. t.* Walkeria. *Ehret. act. angl. 1764. n. 53. p. 130. t. 10.* Zwingera. *Act. helv. 5. p. 267. t. 1.* Neudorffia peruviana repens, flore caeruleo. *Plant. fam.* 219.

194. DIAPENSIA. *Cor.* hypocraterif. *Cal.* 5-phyllus, imbricatus foliolis tribus. *Stamina* tubo corollae impofita. *Capf.* 3 locularis.
202.

lapponica. 1. D. floribus pedunculatis. *Fl. dan. t. 47.*

195. ARETIA. *Cor.* hypocraterif. 5-fida: tubo ovato. *Stigma* depreffo-capitatum. *Capf.* 1-locularis, globofa, fubpentafperma.
203.

helvetica. 1. A. foliis imbricatis, floribus fubfeffilibus. Diapenfia helvetica. *Mant. 335. Jacq. vind. 303.* Ca-

Capſula 5-valvis. Semina cuneiformi-globoſa, 5 ſ 3.

alpina. 2. A. fol. linearibus patentibus, flor. pedunculatis. *Mant.* 335. — *Jacq. Fl. auſt. v.* 5. *t.* 18. M. *Hall. act.* 6. *p.* 16. *n.* 58. *Flores coerulei ſegmentis emarginatis. Capſula* 5 *valvis.*

Vitaliana. 3. A. fol. linearibus recurvatis, floribus ſubſeſſilibus. Primula Vitaliana. *Sp. pl.* 206. *Allion. pedem.* 24. *Flores lutei. Semina* 5. *Haller.*

196. ANDROSACE. 203. *Involucrum* umbellulae. *Corollae* tubus ovatus: ore glanduloſo. *Capſ.* 1-locularis, globoſa.

maxima. 1. A. perianthiis fructuum maximis. *Jacq. Fl. auſt. v.* 4. *t.* 331. M.

elongata. 2. A. fol. ſubdentatis, pedicellis longiſſimis, corollis calyce brevioribus. *Gmel. ſib.* 4. *t.* 44. *f.* 4. — *Jacq. Fl. auſtr. v.* 4. *t.* 330. M.

ſeptentrionalis. 3. A. fol. lanceolatis dentatis glabris, perianth. angulatis corolla brevioribus. *Fl. dan.* 7.

villoſa. 4. A. fol. piloſis, perianth. hirſutis. — *Jacq. Fl. auſtr. v.* 4. *t.* 332. M.

lactea. 5. A. fol. lanceolatis glabris, umbella involucris multoties longiore. — *Jacq. Fl. auſtr. v.* 4. *t.* 333. M.

carnea. 6. A. fol. ſubulatis glabris, umbella involucra aequante. *Folia plana, margine ſcabra. Umbella demum involucro longior. Haller.*

197. PRIMULA. 204. *Involucr.* umbellulae. *Corollae* tubus cylindricus: ore patulo.

veris. 1. P. foliis dentatis rugoſis. α, *officinalis*, limbo corollarum concavo. *Fl. dan. t.* 433. β, *elatior*, limbo corollarum plano. *Fl. dan. t.* 434. γ, *acaulis*, ſcapo nullo. *Fl. dan. t.* 194. In P. acauli *Scapus breviſſimus ſub terra latet pedunculis elongatis.*

farinoſa. 2. P. fol. crenatis glabris, florum limbo plano. *Fl. dan.* 125.

Auricula. 3. P. fol. ſerratis glabris. *Syſt. ed.* 13. *p.* 162. – Primula *Auricula*, foliis ſerratis, glabris inverſeovatis, ſcapo multifloro circiter longitudine foliorum. *Jacq. miſc. v.* 1. *p.* 160. *F. auſtr. t.* 415. M.

longi-

longiflora. 4. P. fol. ferratis glabris, umbella nutante, corollae tubo longiffimo. *Jacq. Mifc. v. 1. p. 159. Fl. auftr. app. t. 46.* M.

villofa. 5. P. fol. ferrulatis planis hirfutis. *Jacq. Mifcell. v. 1. p. 159. Fl. auftr. app. t. 27.* β, *pubefcens*, fol. ferrulatis planis fubvillofis. *Jacq. Mifcell. t. 18. f. 2.* M.

glutinofa. 6. P. fol. (*addo* M. ferrulatis) lanceolatis glutinofis, involucro longitudine florum feffilium. *Suppl. p. 133.* — Primula *glutinofa*, foliis ferrulatis glabris glutinofis involucri foliolis maximis. *Jacq. Mifcell. v. 1. p. 159. Fl. auftr. app. t. 26. M.*

minima. 7. P. fol. dentatis cuneiformibus nitidis hirfutis, fcapis fubunifloris. Primula foliis cuneiformibus nitidis, fcapis unifloris. *Jacq. vind. 208. fpec t. 14. Fl. auftr. t. 273.* M. Primula foliis petiolatis hirfutis ovatis ferratis, fcapo paucifloro. *Hall. emend. 40. Involucrum diphyllum. Calyx tubo brevior, unicus, feffilis. Corolla lutea, intus hirfuta.*

cortufoides. 8. P. fol. petiolatis cordatis fublobatis crenatis. *Gmel. fib. v. 4. t. 45.*

integrifolia. 9. P. fol. integerrimis glabris oblongis, calyc. tubulofis obtufis. *Jacq. vind. 209.* — *Fl. auftr. t. 327.* Cfr. *Mifc. v. 1. p. 160.* M. *Fl. dan. 188. Corollae laciniae femibifidae, Tubo fimplici absque collo coarctato.*

carniolica. 10. P. fol. integerrimis ellipticis, umbella erecta, calycibus acutis breviffimis. *Jacq. Mifc. v. 1. p. 160. Fl. auftr. v. 5. app. t. 4* M.

198. CORTUSA. *Corolla* rotata: fauce annulo elevato.
206. *Capf.* 1-locularis, ovalis, apice 5-valvi.

Matthioli. 1. C. calycibus corolla brevioribus. *All. act. helv. 4. p 271.*

Gmelini. 2. C. calyc. corollam excedentibus. *Gmel. fibir. 4. p. 79. t. 43. f. 1. Folia reniformi-cordata, crenis lobata lobis rotundatis. pilis adfperfa, longius petiolata. Scapi nudi, foliis altiores. Umbella fubtriflora involucri foliolis ovatis. Corollae albae.*

199. SOLDANELLA. *Corolla* campanulata, lacero-
206. multifida. *Capſ.* 1-locularis.
apice multidentata.

alpina. 1. SOLDANELLA. *Jacq. auſtr. t. 13. Scapus biflorus.*

200. DODECATHEON. *Cor.* rotata, reflexa. *Stam.*
207. tubo inſidentia *Capſ.* 1-
locularis, oblonga.

Meadia. 1. DODECATHEON.

201. CYCLAMEN. *Cor.* rotata, reflexa, tubo breviſſi-
207. mo: fauce prominente. *Bac-
ca* tecta capſula.

europaeum. 1. C. corolla retroflexa. — *Jacq. Fl. auſtr. v. 5. t. 401.* M.

indicum. 2. C. corolla limbo nutante.

202. MENYANTHES. *Cor.* hirſuta. *Stigma* 2-fidum.
207. *Capſ.* 1-locularis.

Nymphoides. 1. M. foliis cordatis integerrimis, corollis ciliatis. *Fl. dan. t. 339.* Limnanthemum peltatum *Gmel. act. petrop. 1769. v. 14. p. 527. t. 17. f. 2.*

indica. 2. M. fol. cordatis ſubcrenatis, petiolis floriferis, coroll. interne piloſis. *Rumph. amb. 6. t. 72.*

ovata. 3. M. fol. ovatis petiolatis, caule paniculato. *Suppl. p. 133.*

trifoliata. 4. M. fol. ternatis. *Fl. dan. t. 541.*

. . DORÆNA. *Cor.* 5-fida. *Stigma* emarginatum *Capſ.*
1-locularis. *Thunb. Diſſ. n. gen. pl.
p. 59.* M.

japonica. 1. DORAENA. *Thunb. l. c. Japon. mſpt.* M.

203. HOTTONIA. *Cor.* hypocrateriformis. *Stamina*
308. tubo corollae impoſita. *Capſ.*
1-locularis.

paluſtris. 1. H. pedunculatis verticillato-multifloris. *Fl. dan. t. 487.*

indica.

indica. 2. H.? pedunculis axillaribus unifloris. Gratiola malabarica fol. ſtellatim dentatis. *Pet. gaz. t. 54. f. 11. male.* Erica africana, equiſeti folio *Seb. muſ. 2. t. 37. f. Genus etiamnum dubium.*

204. HYDROPHYLLUM. *Cor.* campanulata, interne 208. ſtriis 5, melliferis, longitudinalibus. *Stigm.* 2-fidum. *Capſ.* globoſa, 2-valvis.

virginicum. 1. H. foliis pinnatifidis. Dentariae affinis, Echii flore, capſula anagallidis. *Dod. mem. 77. t. 77.*

canadenſe. 2. H. fol. lobato-angulatis.

244. ELLISIA. *Cor.* infundibuliformis, anguſta. *Bacca* 244. ſicca, bilocularis, bivalvis. *Sem.* 2, punctata: altero ſupra alterum.

Nyctelea. 1. ELLISIA. *Mant. 336. Nov. act. upſ. vol. 1. p. 97. tab. 5. fig. 5.* M. Planta lithoſpermo affinis. *E. N. C. 1761. p. 330. Affinis Hydrophylli.*

205. LYSIMACHIA. *Cor.* rotata. *Capſ.* globoſa, mu- 209. cronata, 10-valvis.

* *Pedunculis multifloris.*

vulgaris. 1. L. paniculata: racemis terminalibus. *Fl. dan. t. 689.* M.

Ephemerum. 2. L. racem. ſimplicibus terminalibus, petalis obtuſis, ſtamin. corolla brevioribus. — Lyſimachia *Ephemerum*, caulibus ſubramoſis, racemis ſimplicibus terminalibus, corollis patentibus. *Murr. in comm. gott. 1782. p. 8. t. 2.* M.

atropurpurea. 3. L. ſpicis terminalibus, petalis lanceolatis, ſtamin. corolla longioribus. — Lyſimachia *atropurpurea*, caulibus virgatis decompoſitis, racemis ſimplicibus terminalibus, corollis conniventibus. *Murr. in comm. gott. 1782. p. 5. t. 1.* M.

thyrſiflora. 4. L. racemis lateralibus pedunculatis. *Fl. dan. t. 517.*

** *Pedunculis unifloris.*

quadrifolia. 5. L. fol. quaternis petiolo ciliatis, pedunc. quaternis unifloris. β Lyſimachia ciliata. *Sp. pl.* 220. *Folia in ſummis ramulis quaterna. Pedunculi gemini uniflori, ſub calyce turbinati. Flores cernui. Petala ſerrata, mucronata.*

punctata. 6. L. fol. ſubquaternis ſubſeſſilibus, pedunc. verticillatis unifloris. — *Jacq. Fl. auſtr. v. 4. t. 366.* M.

Linum ſtellatum. 7. L. calyc. corollam ſuperantibus, caule erecto ramoſiſſimo. *Corolla Centunculi 5-fida. Fructus 5-valvis.*

nemorum. 8. L. fol. ovatis acutis, floribus ſolitariis, caule procumbente. *Fl. dan. t. 174.*

Nummularia. 9. L. fol. ſubcordatis, flor. ſolitariis, caule repente. *Fl. dan. t. 493.*

japonica. 10. L. fol. ſubcordatis, flor. axillaribus, pedunculis folio brevioribus. *Thunb. jap. mſpt.* M.

206. ANAGALLIS. *Cor.* rotata. *Capſ.* circumſciſſa. 211.

arvenſis. 1. A. foliis indiviſis, caule procumbente. *Fl. dan. t. 88.*

monelli. 2. A. fol. indiviſis, caule erecto.

latifolia. 3. A. fol. cordatis amplexicaulibus, caule compreſſo.

linifolia. 4. A. fol. linearibus, caule erecto.

tenella. 5. A. fol. ovatis acutiuſculis, caule repente. Lyſimachia tenella. *Sp. plant. 11. Stamina villoſa. Capſula circumſciſſa. P. Browne.*

207. THEOPHRASTA. *Cor.* campanul. laciniis et diviſuris obtuſis. *Capſ.* 1-locularis, globoſa, maxima, polyſperma. 212.

americana. 1. Theophrasta.

1368. RETZIA. *Cor.* cylindrica, extus villoſa. *Stigma* bifidum. *Capſ.* 2-locularis. *Suppl. p. 18. Thunb. nov. gen. pl. p. 4.*

ſpicata. 1. Retzia. *Suppl. p. 138.* — Retzia capenſis. *Thunb. in act. Lund. P. 1. p. 55. tab. 1. fig. 2.* M.

209. SPIGELIA. *Cor.* infundibulif. *Capf.* didyma, 2-lo-
213. cularis, polyfperma.

Anthelmia. 1. S. caule herbaceo, foliis fummis quaternis.
marilandica. 2. S. caule tetragono, fol. omnibus oppofitis. Lonicera *marilandica*, fpicis terminalibus, foliis ovato-oblongis acuminatis diftinctis feffilibus. *Sp. pl.* 249. *Hope act. edinb.* 3. *ann.* 1771. *p.* 151. *t.* 1. *Mant.* 338. *Radix perennis. Caules annui. Spica folitaria fecunda.*

210. OPHIORRHIZA. *Cor.* infundibulif. *Germen* 2-fidum. *Stigmata* 2. *Fructus* 2-lobus.
213.

Mungos. 1. O. foliis lanceolato-ovatis.
Mitreola. 2. O. fol. ovatis.

1366. VIRECTA. *Cal.* 5-phyllus: dentibus interjectis. *Cor.* infundibulif. *Stigm.* bipartitum. *Capf.* 1-locularis. *Suppl. p.* 17.

biflora. 1. VIRECTA. *Suppl. p.* 134.

1248. LISIANTHUS. *Cor.* tubo ventricofo laciniis recurvatis. *Cal.* carinatus. *Stigm.* 2-lamellatum. *Capf.* 2-locularis, bivalvis: valvularum marginibus intortis. Cfr. *Suppl. p.* 135.

longifolius. 1. L. foliis lanceolatis. *Mant.* 43.
cordifolius. 2. L. fol. cordatis. *Mant.* 43.
Chelonoides. 3. L. glaber, fol. oppofitis fubconnatis oblongis, panicula terminali dichotoma racemofa. *Suppl. p.* 134.
glaber. 4. L. glaber, fol. ovatis petiolatis, corymbis terminalibus. *Suppl. p.* 134.

211. RANDIA. *Cal.* 1-phyllus. *Cor.* hypocraterif. *Bacca* 1-locularis cortice capfulari.
203.

mitis. 1. R. fubinermis. (*Synonyma Sloanei et Raji dubia.*)
aculeata. 2. R. ramis bifpinofis.

. . FAGRAEA. *Cal.* campanulatus. *Cor.* infundibulif. *Bacca* 2-locul. carnofa *Sem.* globofa. *Stigma* peltatum. *Thunb. Diff. nov. gen. pl. p. 34.* M.

zeylanica. 1. FAGRAEA. *Thunb. l. c. p. 35. Id. in act. ftockh. 1782. p. 132. t. 4.* M.

1367. SCHEFFIELDIA. *Cor.* campanulata. *Filamenta* decem: *alterna* fterilia. *Capf.* 1-locularis, 5-valvis. *Suppl. p. 18.*

repens. 1. SCHEFFIELDIA. *Suppl. p. 135.*

212. AZALEA. *Cor.* campanulata. *Stamina* receptaculo inferta. *Capf.* 5-locularis.
214.

pontica. 1. A. foliis nitidis lanceolatis utrinque glabris, racemis terminalibus. *Supp. pl. 1669.*
indica. 2. A. floribus fubfolitariis, calycibus pilofis.
nudiflora. 3. A. fol. ovatis, corollis pilofis, ftaminibus longiffimis.
vifcofa. 4. A. fol. margine fcabris, corollis pilofo-glutinofis,
lapponica. 5. A. fol. adfperfis punctis excavatis.
procumbens. 6. A. ramis diffufo procumbentibus. *Fl. dan. t. 9.*

1369. EPACRIS. *Cor.* infundibuliformis villofa. *Squamae* nectariferae, *germini* adnatae. *Capf.* 5-locularis, 5-valvis *Suppl. p. 19.*

longifolia. 1. E. arborea, foliis fubulatis vaginantibus, racemis erectis, floribus oppofitis. *Suppl. p. 138.*
iuniperina. 2. E. arborea, fol. fparfis linearibus acutis patentibus feffilibus, recemis cernuis, floribus alternis. *Suppl. p. 138.*
pumila. 3. E. herbacea, fol. ovato-oblongis imbricatis, floribus feffilibus fubfolitariis. *Suppl. p. 138.*

. . WEIGELA. *Cor.* infundibulif. *Stigma* peltatum. *Styl.* e bafi germinis. *Thunb. diff. nov. gen. pl. p. 5.* M.

japonica. 1. WEIGELA. *Thunb. in act. ftockh. 1780. p. 137. t. 5. Japon. mfpt.* M.

1371.

1371. TECTONA. *Cor.* infundibulif. *Stigma* dentatum. *Drupa* ficca fpongiofa, intra calycem inflatum. *Nucleus* trilocularis. *Suppl. p.* 20.

grandis. 1. TECTONA. *Suppl. p.* 151.

213. PLUMBAGO. *Cor.* infundibulif. *Stamina* fquamis
215. bafin corollae claudentibus inferta. *Stigma* 5-fidum. *Sem.* 1, oblongum, tunicatum.

europaea. 1. P. foliis amplexicaulibus lanceolatis fcabris. *Calyx extus tuberculis bafeos 5 praeter glandulas petiolatas.*

zeylanica. 2. P. fol. petiolatis ovatis glabris, caulibus filiformibus.

rofea. 3. P. fol. petiolatis ovatis glabris, fubdenticulatis, caule geniculis gibbofis.

fcandens. 4. P. fol. petiolatis ovatis glabris, caule flexuofo-fcandente. — *Jacq. amer. pict. p.* 18. *t.* 23. M.

214. PHLOX. *Cor.* hypocraterif. *Filamenta* inaequalia.
216. *Stigma* 3-fidum. *Cal.* prifmaticus. *Capf.* 3-locularis, 1-fperma.

paniculata. 1. P. foliis lanceolatis margine fcabris, corymbis paniculatis.

maculata. 2. P. fol. lanceolatis laevibus, racemo oppofite corymbofo. *Mant.* 335. — *Jacq. hort. v.* 2. *t.* 127. M.

pilofa. 3. P. fol. lanceolatis villofis, caule erecto, corymbo terminali.

carolina. 4. P. fol. lanceolatis laevibus, caul. fcabro, corymbis fubfaftigiatis.

glaberrima. 5. P. fol. lineari-lanceolatis glabris, caule erecto, corymbo terminali.

divaricata. 6. P. fol. lato-lanceolatis: fuperioribus alternis, caule bifido, pedunculis geminis.

ovata. 7. P. fol. ovatis, floribus folitariis.

fubulata. 8. P. fol. fubulatis hirfutis, flor. oppofitis.

sibirica. 9. P. fol. linearibus villosis, pedunc. ternis. *Gmel. sibir. 4. p. 87. t. 46. f. 2.*

setacea. 10. P. fol. setaceis glabris, flor. solitariis.

1339. PORANA. *Cor.* campanulata. *Cal.* 5-fidus, in fructu major. *Stylus* semibifidus, longior, persistens. *Stigmata* globosa. *Per.* bivalve.

volubilis. PORANA. *Burm. ind. 51. t. 21. f. 1. Mant. 560.*

215. CONVOLVULUS. *Cor.* campanulata, plicata. *Stigmata* 2. *Caps.* 2-locularis: loculis dispermis.
218.

* *Caule volubili.*

arvensis. 1. C. foliis sagittatis utrinque acutis, pedunculis subunifloris. *Fl. dan. t. 459.*

sepium. 2. C. fol. sagittatis postice truncatis, pedunc. tetragonis unifloris. *Fl. dan. t. 458.*

Scammonia. 3. C. fol. sagittatis postice truncatis, pedunc. teretibus subtrifloris.

sibiricus. 4. C. fol. cordatis acuminatis laevibus, pedunc. unifloris. *Mant 203.*

farinosus. 5. C. fol. cordatis acuminatis repandis, pedunc. trifloris, caul. farinoso. *Mant. 203. Jacq. hort. t. 35.*

Medium. 6. C. fol. linearibus hastato-acuminatis: auriculis dentatis, pedunc. unifloris, calyc. sagittatis, caule volubili. *Affinis C. reptantis.*

japonicus. 7. C. fol. hastatis lanceolatis: foliis lateralibus vnidentatis, caule volubili, pedunculis unifloris. *Thunb. jap. mspt.* M.

panduratus. 8. C. fol. cordatis integris panduriformibus, calyc. laevibus.

carolinus. 9. C. fol. cordatis integris trilobisque villosis, calyc. laevibus, caps. hirsutis, pedunc. subbifloris.

hederaceus. 10. C. fol. cordatis integris trilobisque, coroll. indivisis, fructibus erectis.

Nil. 11. B. fol. cordatis trilobis, coroll. semiquinquefidis, pedunculis petiolo brevioribus.

purpureus. 12. C. fol. cordatis indivisis, fructibus cernuis, pedicellis incrassatis.

angularis. 13. C. fol. cordatis quinquangularibus integerrimis villosis, pedunc. multifloris. *Mant. 203. Burm. ind. 46. t. 19. f. 2.*

Bata-

Batatas. 14. C. fol. cordatis haſtatis quinquenerviis, caule repente tuberifero hiſpido. *An huius plures ſpecies diſtinctae?*

biflorus. 15. C. fol. cordatis pubeſcentibus, pedunc. geminis, corollis lobis trifidis. *Sp. pl. p. 1668.*

verticillatus. 16. C. fol. cordatis oblongis nudis, pedunc. umbellatis bifidis multifloris.

umbellatus. 17. C. fol. cordatis, caule volubili, pedunc. umbellatis.

malabaricus. 18. C. fol. cordatis glabris, caule perenni villoſo.

canarienſis. 19. C. fol. cordatis pubeſcentibus, caule perenni villoſo, pedunc. multifloris.

muricatus. 20. C. fol. cordatis, pedunc. incraſſatis calycibusque laevibus, caule muricato. *Mant. 44.*

anceps. 21. C. fol. cordatis, caule volubili utrinque carinato. *Mant. 43.*

Turpethum. 22. C. fol. cordatis angulatis, caule membranaceo quadrangulari, pedunc. multifloris.

grandiflorus. 23. C. fol. cordatis ovatis obtuſiuſculis integerrimis, pedunculatis ſubbifloris, calycibus coriaceis, caule petiolisque pubeſcentibus. *Suppl. p. 136.* — Convulvulus *grandiflorus*, foliis rotundato-cordatis acutis pedunculatis unifloris, caule perenni glabro. *Jacq. in Litt. Hort. v. 3. t. 69.* M.

maximus. 24. C. fol. cordatis ouatis acuminatis integerrimis glaberrimis, caule petiolisque glaberrimis. *Suppl. p. 137.*

ſpecioſus. 25. C. fol. cordatis ovatis acutis ſupra hirtis ſubtus argenteo-ſericeis, petiolis teretibus. *Suppl. p. 137.*

trinervius. 26. C. fol. cordatis oblongis glabris trinerviis, caule volubili tereti, pedunculis unifloris. *Thunb. jap. mſpt.* M.

peltatus. 27. C. fol. peltatis, pedunc. multifloris. *Rumph. amb. 5. t. 157.*

Jalapa. 28. C. fol. difformibus: cordatis angulatis oblongis lanceolatisque, caule volubili, pedunculis unifloris. *Mant. 43.*

ſericeus. 29. C. fol. lanceolato-ellipticis, ſubtus tomentoſo-ſericeis, pedunc. ſubumbellatis, calyc. piloſis, caule volubili. *Mant. 43.* Convolvulus mollis. *Burm. ind. 44. t. 17. f. 1.*

tomentosus. 30. C. fol. trilobis tomentosis, caule lanuginoso.

althaeoides. 31. C. fol. cordatis sinuatis sericeis: lobis repandis, pedunc. bifloris. *Spontanea pedunculis unifloris est.*

cairicus. 32. C. fol pinnato-palmatis serratis, pedunc. filiformibus paniculatis, cal. laevibus. (*Exclusa C. Bauhini synonymo.*)

copticus. 33. C. fol. pedatis serratis, pedunc. ensiformibus bifloris, calyc. muricatis *Mant.* 559. Convolvulus quinquefolius. *Bauh. prodr.* 134.

vitifolius. 34. C. fol. palmatis quinquelobis glabris dentatis, caule piloso, pedunc. multifloris. *Burm. ind.* 45. *t.* 18. *f.* 1. *Mant.* 203. Convolvulo similis bryoniae albae foliis villosis. *Pluk. alm.* 135. *t.* 25. *f.* 3.

dissectus. 35. C. fol palmatis septempartitis dentato-sinuatis glabris, caule piloso, pedunc. unifloris. *Jacq. obs.* 2. *p.* 4. *t.* 28. — *Hort. v.* 2. *t.* 159. M.

macrocarpus. 36. C. fol. palmato-pedatis quinquepartitis, pedunc. unifloris.

paniculatus. 37. C. fol. palmatis: lobis septem ovatis acutis integerrimis, pedunc. paniculatis. β Modecca. *Rheed. mal.* 8 *p.* 39. *t.* 20. *Variat foliis 3-lobis s. 5-lobis.*

macrorhizos. 38. C. fol digitatis septenis integerrimis, caule glabro, pedunc. trifloris.

quinquefolius. 39. C. digitatis glabris dentatis, pedunc. laevibus.

pentaphyllus. 40. C. fol. digitatis quinis pilosis integerrimis, caule piloso.

martinicensis. 41. C. fol. ellipticis, caule repente (*addo* M.) subvolubili. — *Jacq. amer pict. p.* 19. *t.* 24. M.

** *Caule non volubili.*

spinosus. 42. C. fruticosus erectus, fol. lanceolatis sericeis, ramulis floriferis spinosis. *Suppl. p.* 137.

siculus. 43. C. fol. cordato-ovatis, pedunc. unifloris: bracteis lanceolatis, flor. sessilibus.

pentapetaloides. 44. C. fol. lanceolatis obtusis nudis lineatis, ramis declinatis, flor. solitariis semiquinquefidis. *Syst. nat.* 3. *p.* 229.

lineatus. 45. C. fol. lanceolatis sericeis lineatis petiolatis, pedunc. bifloris, calycibus sericeis subfoliaceis. *All. taur.* 55.

Cneo-

Cneorum. 46. C. fol. lanceolatis tomentosis, flor. umbellatis, calyc. hirsutis, caule erecto. *Caulis terminatur Umbella tetraphylla, 5-radiata: Pedunculo centrali unifloro, aphyllo; lateralibus 4- s. 5-floris. Bracteae 2 sub bifurcatura, et 2 sub altero flore. Calyces obtusi, hirsuti, uti bracteae.*

Cantabrica. 47. C. fol. lineari-lanceolatis acutis, caule ramoso erectiusculo, calyc. pilosis, pedunc. subbifloris. — *Jacq. Fl. austr. v. 3. t. 296.* M. Convolvulus fol. lineari - lanceolatis acutis, caule ramoso erectiusculo, pedunc. subbifloris. *Ger. prov. 318. β.* Convolvulus terrestris *Sp. pl. 224.*

Dorycnium. 48. C. fol. sublinearibus sericeis, caule fruticuloso paniculato, calyc. nudiusculis obtusis.

scoparius. 49. C. fruticosus erectus glaber ramis virgatis, fol. sessilibus linearibus, racemo terminali, pedunculis subtrifloris. *Suppl. p. 135.*

Oenotheroides. 50. C. fruticosus erectus, fol. linearibus canescentibus, pedunculis axillaribus solitariis erectis unifloris bracteatis, calycibus lanceolatis glabris. *Suppl. p. 137.*

floridus. 51. C. fruticosus prostratus canus, foliis lineari-lanceolatis glabris, thyrso terminali pyramidali composito. *Suppl. p. 136.*

corymbosus. 52. C. fol. cordatis, pedunc. umbellatis, caule repente.

spithamaeus. 53. C. fol. cordatis pubescentibus, caule recto, pedunculis unifloris.

persicus. 54. C. fol. ovalibus tomentosis, pedunc. unifloris. *Tota planta Verbasci instar tomentosa. Flos albus. Lerche.*

tricolor. 55. C. fol. lanceolato-ovatis glabris, caule declinato, floribus solitariis.

repens. 56. C. fol. sagittatis postice obtusis, caule repente, pedunculis unifloris.

reptans. 57. C. fol. hastato-lanceolatis: auriculis rotundatis, caule repente, pedunc. unifloris.

edulis. 58. C. fol. cordatis integris trilobisque glabris, caule repente angulato. *Thunb. jap. mspt.* M.

hirtus. 59. C. fol. cordatis subhastatisque villosis, caule petiolisque pilosis, pedunc. multifloris.

Soldanella. 60. C. fol. renifornibus, pedunc. unifloris.

Pes caprae. 61. C. fol. bilobis, pedunc. unifloris.

bra-

brasiliensis. 62. C. fol. emarginatis basi biglandulosis, pedunc. trifloris.
sublobatus. 63. C. fol. superioribus apice dentato-repandis, caule procumbente, floribus capitatis. *Suppl. p. 135.*
littoralis. 64. C. fol. oblongis lobato-palmatis, pedunc. unifloris, caule repente. *Plum. ic. 90. f. 2.*

216. IPOMOEA. *Cor.* infundibulif. *Stigm.* capitato-globosum. *Capf.* 3-locularis.
217.

* *Floribus distinctis.*

Quamoclit. 1. I. foliis pinnatifidis linearibus, floribus subsolitariis.
rubra. 2. I. fol. pinnatifidis linearibus, flor. racemosis pendulis. Polemonium rubrum. *Sp. plant. 231. Generis dubii, missa a D. Ellisio. Caulis suffruticosus, rectus: Calyx monophyllus tubo brevi, dentibus subulatis tubo Calycis longioribus. Stamina corollae tubo medio inserta absque valvulis. Planta non lactescit.*
umbellata. 3. I. fol. digitatis septenis, pedunc. umbellatis brevissimis.
carolina. 4. I. fol. digitatis: foliolis petiolatis, pedunc. unifloris.
coccinea. 5. I. fol. cordatis acuminatis basi angulatis, pedunc. multifloris.
lacunosa. 6. I. fol. cordatis acuminatis scrobiculatis basi angulatis, pedunc subunifloris flore brevioribus. Convolvulus corolinianus, flore minore sanguineo. *Raj. suppl. pag. ult.*
solanifolia. 7. I. fol. cordatis acutis integerrimis, flor. solitariis.
tuberosa. 8. I. fol. palmatis: lobis septenis lanceolatis acutis integerrimis, pedunc. trifloris. *Jacq. obs. 39.— Amer. pict. p. 20.* M. Ipomoea heptadactyla major scandens, flore majori campanulato, calyce membranaceo, seminibus villosis. *Brown. jam. 155. Flores sulphurei.*
digitata. 9. I. fol. palmatis: lobis septenis lanceolatis obtusis, pedunc. trifloris.
bona nox. 10. I. fol. cordatis acutis integerrimis, caul. aculeato, flor. ternis, coroll. indivisis.
campanulata. 11. I. fol. cordatis, pedunc. multifloris, perianthio exteriore orbiculari, coroll. campanulatis lobatis.

viola-

violacea. 12. I. fol. cordatis integerrimis, flor. confertis, corollis indivisis. Convolvulus major, folio subrotundo, fl. amplo purpureo. *Sloan. jam.* 55. *hist.* 1. *p.* 155. *t.* 98. *f.* 1.
carnea. 13. I. fol. cordatis glabris, pedunc. multifloris, coroll. marginatis. *Sp. pl.* 1668. — *Jacq. amer. pict. p.* 19. *t.* 25. M.
repanda. 14. I. fol. cordatis oblongis repandis, pedunc. ramosis cymosis. *Sp. pl.* 1668. — *Jacq. amer. pict. p.* 20. *t.* 27. M.
filiformis. 15. I. fol. cordatis obtusis cum acumine integerrimis, pedunculis racemosis filiformibus. *Jacq. amer. pict. p.* 20. *t.* 26. M.
hastata. 16. I. fol. sagittato-hastatis, pedunc. bifloris. *Burm. ind.* 150. *t.* 18. *f.* 2. *Mant.* 204.
glaucifolia. 17. I. fol. sagittatis postice truncatis. pedunc. bifloris.
triloba. 18. I. fol. trilobis cordatis, pedunc. trifloris.
hederifolia. 19. I. fol. trilobis cordatis, pedunc. multifloris racemosis.

** *Floribus aggregatis.*

hepaticifolia. 20. I. fol. trilobis, flor. aggregatis. *Burm. ind.* 50. *t.* 20. *f.* 2.
tamnifolia. 21. I. fol. cordatis acuminatis pilosis, flor. aggregatis.
Pes tigridis. 22. I. fol palmatis, flor. aggregatis.

217. POLEMONIUM. *Cor.* 5-partita, fundo clauso valvis staminiferis. *Stigma* 3-fidum. *Caps.* 3-locularis, supera.
230.

coeruleum. 1. P. foliis pinnatis, floribus erectis, calycibus tubo corollae longioribus. *Fl. dan. t.* 255.
reptans. 2. P. fol. pinnatis septenis, flor. terminalibus nutantibus. *Differt a praecedenti Radice repente, Foliolis 7, nec 17, Panicula laxa, subnutante, nec stricta.*
dubium. 3. P. fol. inferioribus hastatis, superioribus lanceolatis. *Stylus semibifidus. Dubii generis.*
Roelloides. 4. P. erectum, caule filiformi, fol. lanceolatis ciliatis, panicula pauciflora pedunculata nuda. *Suppl. p.* 139.

Cam-

Campanuloides. 5. P. erectum glabrum, foliis lineari-lanceolatis integris erectis. floribus terminalibus solitariis. *Suppl. p. 139.*

218. CAMPANULA. 241. *Cor.* campanulata fundo clauso valvis staminiferis. *Stigm.* 3-fidum. *Caps.* infera, poris lateralibus dehiscens.

* *Foliis laevioribus (angustioribus.* M.)

cenisia. 1. C. caulibus unifloris, foliis ovatis glabris integerrimis subciliatis. *Sp. pl. 1669. Hall. emend. 161.*

uniflora. 2. C. caule unifloro, calyce corollam aequante. *Caulis solitarius erectus.*

pulla. 3. C. cauliculis unifloris, fol. caulinis ovatis crenatis, calyc. cernuis. *Jacq. obs. 30. t. 18.* — *Fl. austr. v. 3. t. 285.* M.

rotundifolia. 4. C. fol. radicalibus reniformibus, caulinis linearibus.

patula. 5. C. fol. strictis: radicalibus lanceolato ovalibus, panicula patula. *Fl dan t.* 373.

Rapunculus. 6. C. fol. undulatis: radicalibus lanceolato ovalibus, panicula coarctata. — *Fl. dan. t. 855.* M.

persicifolia. 7. C. fol. radicalibus obovatis, caulinis lanceolato-linearibus subserratis sessilibus remotis.

pyramidalis. 8. C. fol. laevibus serratis cordatis: caulinis lanceolatis, caulib. junceis simplicibus, umbellis sessilibus lateralibus.

americana. 9. C. fol. cordatis lanceolatisque, petiolis ciliatis, flor. secundis, coroll. quinquepartitis planis. *Mant.* 337.

lilifolia. 10. C. fol. lanceolatis: caulinis acute serratis, flor. paniculatis nutantibus.

rhomboidea. 11. C. fol. rhomboidibus serratis, spica secunda, calycib. dentatis. *β.* Campanula alpini. *Sp. pl. 1669.*

unidentata. 12. C. erecta glabra, fol. lanceolatis acutis utrinque unidentatis, panicula divaricata foliosa. *Suppl. p. 139.*

capillacea. 13. C. herbacea erecta, fol. filiformibus glabris, panicula terminali, floribus alternis. *Suppl. p. 139.*

linea-

linearis. 14. C. herbacea erecta, fol. linearibus integris glabris, floribus cernuis, capſulis hiſpidis. *Suppl. p. 140.*

Lobelioides. 15. C. glaberrima, ramoſiſſima, fol. lanceolatis ſerratis ſeſſilibus, paniculis terminalibus ſecundis, corolla infundibuliformi. *Suppl. p 140.*

carpatica. 16. C. fol. glabris cordatis ſerratis petiolatis, pedunculis elongatis, calyce reflexo glutinoſo, corolla patula. *Suppl. p. 140.* — Campanula carpatica. *Jacq. hort. v. 1. t. 57.* M.

androfacea. 5. S. fol. lanceolatis obtufis pilofis, caule nudo bifloro. *Pluk. alm. 331. t. 222. f. 2. — Jacq. Fl. auftr. v. 4. t. 389.* M.

caefia. 6. S. fol. linearibus perforato-punctatis aggregatis recurvatis, caul. multifloro. — *Jacq. Fl. auftr. v. 4. t. 374.* M. Sedi fpecies minima. *Gefn. fafc. 24. t. 11. f. 30. Foliorum bafis ciliata. Schmied. Varietas Mant. 382.*

burferiana. 7. S. fol. aggregatis imbricatis triquetris fubulatis laevibus, caule fubnudo unifloro. Saxifraga foliis craffis pungentibus, caule vifcofo paucifloro. *Hall. act. helv. 6. p. 10. t. 39. Flores lactei lineis pallidis. Varietatem hujus caulibus 5-floris: floribus faftigiatis e monte Canzo Italiae. Vandelli.*

fedoi-

ſedoides. 8. S. fol. aggregatis alternis oppoſitisque ſublanceolatis, flor. pedunculato. *Caulis ramoſiſſimus, filiformis, depreſſus, apicibus terminatis. Foliis aggregatis, linearibus, laevibus. Pedunculus ſaepe uniflorus, rarius 2-ſ. 3-florus. Flos ſuperus.*

bryoides. 9. S. fol. ciliatis inflexis imbricatis, caul. nudiuſculo multifloro. *Mant. 383. Petala flava maculis fulvis.*

bronchialis. 10. S. fol. imbricatis ſubulatis ciliatis ſpinoſis, caul. ſubnudo multifloro. *Gmel. ſib. 4. p. 164. t. 65. f. 2.*

ſtellaris. 11. S. fol. ſerratis, caul. nudo ramoſo, petal. acuminatis. *Fl. dan. t. 23. Calyx reflexus.*

craſſifolia. 12. S. fol. ovalibus retuſis obſolete ſerratis petiolatis, caule nudo, panic. conglomerata. *Linn. dec. 2. p. 27. t. 14. Gmel. ſib. 4. p. 166. t. 66. Folia coriacea, palmaria. Flores ruberrimi.*

nivalis. 13. S. fol. ovatis crenatis ſubſeſſilibus, caul. nudo, flor. congeſtis. *Fl. dan. t. 28.*

punctata. 14. S. fol. ſubrotundis dentatis longius petiolatis, caule nudo.

ſarmentoſa. 15. S. fol. radicalibus ſubrotundis cordatis crenatis, ſarmentis axillaribus radicantibus, corolla irregulari, racemo compoſito. *Suppl. p. 240.* — Sekika vulgo Kiſinſo it. Jakinoſta *Kämpf. am. exot. p. 870.* Cfr. *Schreb. Monographia in Beſchr. d. Dionaea Muſcipula ed. 2. p. 14. t. 2. 3.* Saxifraga *ligulata*, foliis ſubrotundis ſubtus papilloſis, panicula ſecunda, petalis binis inferioribus longiſſimis. *Murr. in comm. gott. 1781. p. 26. t. 1.* Saxifraga *ſtolonifera*, foliis inciſo lobatis piloſis caule ſubnudo erecto paniculato. *Thunb. in Act. Upſ. nov. tom. 3. p. 208.* Conf. Saxifraga ſarmentoſa. *Thunb. jap. mſpt.* Saxifraga *ſtolonifera*, foliis ſubrotundis crenatis caule paniculato ſubnudo, petalis duobus maximis tribus minimis. *Jacq. in Litt. Miſcell. v. 2. p. 321. Icon. rar. t. 15.* M.

umbroſa. 16. S. fol. ovatis ſubretuſis cartilagineo-crenatis, caul. nudo paniculato.

hirſuta. 17. S. fol. cordato-ovalibus retuſis cartilagineo-crenatis, caule nudo paniculato. *Calyx reflexus.*

cunei-

cuneifolia. 18. S. fol. cuneiformibus obtusissimis repandis, caul. nudo paniculato. *Calyx reflexus.*

Geum. 19. S. fol. reniformibus dentatis, caule nudo paniculato. *Calyx reflexus.*

** *Foliis indivisis, caule folioso.*

oppositifolia. 20. S. fol. caulinis oppositis imbricatis: summis ciliatis. *Fl. dan. t. 34. Varietas sterilis. Gesn. fasc. 26. t. 9. f. 3.*

aspera. 21. S. fol. caulinis lanceolatis alternis ciliatis, caul. procumbentibus. — *Jacq. Fl. austr. v. 5. app. t. 31.* M. *Ger. prov. 423. Mant. 383. Flores superi.*

Hirculus. 22. S. fol. caulinis lanceolatis alternis nudis inermibus, caul. erecto. *Fl. dan. t. 200. Gmel. sib. 4. p. 165. t. 65. f. 3. Mant. 383. Caulis simplex, saepe biflorus. Caulis reflexus. Petala nervosa. Flor. dan. t. 200.*

aizoides. 23. S. fol. caulinis lineari-subulatis sparsis nudis inermibus, caul. decumbentibus. *Fl. dan. t. 72. Mant. 383.*

muscoides. 24. S. fol. radicalibus aggregatis linearibus integris trifidisque, scapo gracili, suberecto paucifloro, flor. subsessilibus. *Jacq. Misc. v. 2. p. 125.* Saxifraga foliis integris et trifidis, caule subnudo, paucifloro. *Hall. hist. helv. n. 988. Corolla citrina.* M.

autumnalis. 25. S. fol. caulinis linearibus alternis ciliatis: radicalibus aggregatis. *Varietas S. aizoides ex mente Halleri, Jacquini.*

rotundifolia. 26. S. fol. caulinis reniformibus dentatis petiolatis, caul. paniculato.

granulata. 27. S. fol. caulinis reniformibus lobatis, caul. ramoso, radice granulata. *Fl. dan. t. 514.* — *Mill. illustr. ic.* M. *Germen inferum.*

*** *Foliis lobatis, Caulibus erectis.*

bulbifera. 28. S. fol. palmato-lobatis: caulinis sessilibus, caul. ramoso bulbifero. *Fl. dan. t. 22. Germen inferum.*

cernua. 29. S. fol. caulinis palmatis petiolatis, caul. simplicissimo unifloro bulbifero. *Fl. dan. t. 22. Germen superum. Variat caule ramoso.*

rivula-

rivularis. 30. S. fol. caulinis palmatis: ſummo florali ovato, caul. ſimplici ſubbifloro. *Fl. dan. t. 118.*

geranioides. 31. S. fol. radicalibus reniformibus quinquelobis multifidis, caulinis linearibus, caul. ſubnudo ramoſo. *Mant. 383.*

ajugifolia. 32. S. fol. radicalibus palmato-quinquepartitis, caulinis linearibus indiviſis, caul. adſcendentibus multifloris.

ſibirica. 33. S. fol. caulinis reniformibus palmatis piloſis, caul. pedunculisque filiformibus.

tridactylites. 34. S. fol. caulinis cuneiformibus trifidis alternis, caule erecto ramoſo.

petraea. 35. S. fol. caulinis palmato tripartitis: laciniis ſubtrifidis, caule ramoſiſſimo laxo. *Willich. obſ. 59.*

adſcendens. 36. S. fol. caulinis cuneiformibus apice dentatis, caule adſcendente ſubvilloſo. *Mant. 384.* Saxifraga pyrenaica tridactylites latifolia. *Tournef. inſt. 253. Gouan.* Saxifraga foliis palmatis, caule denſe folioſo florigero. *Allion. pedem. 12. t. 3. f. 1.*

caeſpitoſa. 37. S. fol. radicatis aggregatis linearibus integris trifidisque, caul. erecto ſubnudo ſubbifloro. *Mant. 383. Fl. dan. t. 71. Planta glabra: Ramulis ſummis viſcidis. Corolla flava, lineata.*

moſchata. 38. S. fol. radicalibus aggregatis linearibus integris trifidisque una cum caule glutinoſis, hirſutis, floribus longe pedunculatis. *Jacq. Miſcell. v. 2. p. 128. Herba odorata; corolla citrina* M.

groenlandica. 39. S. fol. caulinis palmato-multifidis ſparſis: laciniis acutis, caule erecto. *Varietas S. caeſpitoſae ſecundum D. Gunnerum.*

* * * * *Foliis lobatis, Caulibus procumbentibus.*

cymbalaria. 40. S. fol. caulinis cordatis trilobis integrisque, caul. procumbentibus.

hederacea. 41. S. fol. caulinis ovatis lobatis, caul. filiformi flaccido.

hypnoides. 42. S. fol. caulinis linearibus integris trifidisve, ſtolonib. procumbentibus, caul. erecto nudiuſculo. *Fl. dan. t. 348. Planta viſcoſa. Folia longius petiolata. Variat ſtolonibus gemmiferis.*

560. TIARELLA. *Cal.* 5-partitus. *Cor.* 5-petala, calyci inſerta: petalis integris. *Capſ.* 1-locularis, 2-valvis: valvula altera majore.
580.

cordifolia. 1. T. foliis cordatis.
trifoliata. 2. T. fol. ternatis.

561. MITELLA. *Cal.* 5-fidus. *Cor.* 5-petala, calyci inſerta: petalis pinnatifidis. *Capſ.* 1-locularis, 2-valvis; valvulis aequalibus.
580.

diphylla. 1. M. ſcapo diphyllo.
nuda. 2. M. ſcapo nudo. *Amm. act. petr. 2. p. 352. Gmel. ſib. 4. p. 175. t. 63. f. 2.*

562. SCLERANTHUS. *Cal.* 1-phyllus. *Cor.* nulla. *Sem.* 2, calyce incluſa.
580.

annuus. 1. S. calycibus fructus patulis. *Fl. dan. t. 504.*
perennis. 2. S. calyc. fructus clauſis. *Fl. dan. t. 563.*
polycarpos. 3. S. calyc. fructus patentiſſimis ſpinoſis, caul. ſubvilloſo.

563. GYPSOPHILA. *Cal.* 1-phyllus, campanulatus, angulatus. *Petala* 5, ovata, ſeſſilia. *Capſ.* globoſa, 1-locularis.
581.

repens. 1. G. foliis lanceolatis, ſtaminibus corolla emarginata brevioribus. *Ger. prov. 409. t. 15. f. 2. (Excluſo Plukenetii ſynonymo.)* — *Jacq. Fl. auſtr. v. 5. t. 407.*
proſtrata. 2. G. fol. lanceolatis laevibus, caulibus diffuſis, piſtillis corolla campanulata longioribus. Alſine anguſtifolia caryophylloides multiflora glabra purpuraſcens, radice aſtragaliti. *Pluk. alm. 22. t. 75. f. 2.*
viſcoſa. 3. G. fol lanceolatis, internodiis caulis ramorum et pedunculorum medio viſcoſis, petalis emarginatis. *Murr. in comm. gott. 1783. t. 3.* M.
adſcendens. 4. G. fol. lanceolato-linearibus, caul. proſtratis, corolla ſtaminibus et piſtillis ejusdem longitudinis. *Jacq. in Litt. Hort. v. 2. t. 138.* M.

panicu-

paniculata. 5. G. fol. lanceolatis fcabris, coroll. revolutis, flor. dioicis. — *Jacq. Fl. auftr. v. 5. t. 1.* M.

altiffima. 6. G. fol. lanceolatis fubtrinerviis, caulibus rectis. Lychnis caulibus dichotomis etc. *Gmel. fib. 4. p. 143. t. 60.*

Struthium. 7. G. fol. linearibus carnofis: axillaribus confertis teretibus. *Caulis inferne fruticofus; ex alis foliorum rudimenta foliacea. Folia carnofa, femiteretia, internodiis longiora. Saponis loco veteribus et hodie Hifpanis.*

faftigiata. 8. G. fol. lanceolato-linearibus obfolete triquetris laevibus obtufis fecundis. Lychnis gypfophila. *Gmel. 4. t. 61. f. 1.*

perfoliata. 9. G. fol. ovato-lanceolatis femiamplexicaulibus. *β, Gypfophila tomentofa*, fol. lanceolatis fubtrinerviis tomentofis, caule pubefcente. *Sp. pl. 583. Folia oleracea, fubcarnofa, lanceolata: inferiora fcabra; fuperiora glaberrima.*

muralis. 10. G. fol. linearibus planis, calycibus aphyllis, caul. dichotomo, petalis crenatis. Gypfophila foliis linearibus planis, pedunc. fimplicibus capillaribus longis unifloris, petalis emarginatis. *Gerard. prov. 408.*

rigida. 11. G. fol. linearibus planis, caule dichotomo, pedunc. bifloris, petal. emarginatis.

faxifraga. 12. G. fol. linearibus, calyc. angulatis fquamis quatuor, coroll. emarginatis. *Caulis palmaris, erectus, filiformis, dichotomus. Folia linearia, acuta. Calyx cinctus foliolis 4, tubo dimidio brevioribus. Petala integerrima, emarginata, incarnato pallida, bafi ftriis 3 purpureis obfoletis.*

564. SAPONARIA. *Cal.* 1-phyllus, nudus. *Petala* 584. 5, unguiculata. *Capf.* oblonga, 1-locularis.

officinalis. 1. S. calyc. cylindricis, fol. ovato-lanceolatis. *Fl. dan. t. 543.*

Vaccaria. 2. S. calyc. pyramidatis quinquangularibus, fol. ovatis acuminatis feffilibus.

cretica. 3. S. calyc. quinquangularibus ftriatis, caul. erecto fubdichotomo, fol. fubulatis.

porri-

porrigens. 4. S. calyc. cylindricis pubefcentibus, ramis divaricatiffimis, fructibus pendulis. *Mant. 239.* — *Jacq. hort. v. 3. t. 109.* M. Silene porrigens. *Syft. nat. 3. p. 230.* Lychnis chalepenfis annua, fol. parum hirtis anguftis, flofculis carneis, pediculis infirmis triuncialibus, capfulis fere rotundis. *Morif. hift. 3. p. 541. fig. mal.*

illyrica. 5. S. calyc. fubcylindricis, caul. erecto vifcido-purpurafcente: ramis alternis, coroll. punctatis. *Mant. 70.*

Ocymoides. 6. S. calyc. cylindricis villofis, caul. dichotomis procumbentibus. — *Jacq. Fl. auftr. v. 5. app. t. 23.* M.

orientalis. 7. S. calyc. cylindricis villofis, caule dichotomo erecto patulo.

lutea. 8. S. calyc teretibus, coroll. coronatis, flor. fubumbellatis, fol. fublinearibus canaliculatis. *Folia fuperiora, inprimis calyces pubefcunt.*

565. DIANTHUS. *Cal.* cylindricus, 1-phyllus: bafi 586. fquamis 4. *Petala* 5, unguiculata. *Capf.* cylindrica, 1-locularis.

* *Flores aggregati.*

barbatus. 1. D. floribus aggregatis fafciculatis, fquamis calycinis ovato-fubulatis tubum aequantibus, foliis lanceolatis.

carthufianorum. 2. D. flor. fubaggregatis, fquamis calycinis ovatis ariftatis tubum fubaequantibus, fol. trinerviis.

ferrugineus. 3. D. flor. aggregatis, petalis bifidis: laciniis tridentatis. *Mant. 563.* Caryophyllus montanus umbellatus, foliis variis luteis ferrugineis, italicus. *Bar. rar. 648. t. 497.*

Armeria. 4. D. flor. aggregatis fafciculatis, fquamis calycinis lanceolatis villofis tubum aequantibus. *Fl. dan. t. 230.*

japonicus. 5. D. flor. aggregatis fafciculatis, fquamis calycinis acutis ciliatis tubo brevioribus. *Thunb. jap. mfpt.* M.

prolifer. 6. D. flor. aggregatis capitatis, fquamis calycinis ovatis obtufis muticis tubum fuperantibus. *Fl. dan. t. 221.*

** *Flores solitarii, plures in eodem caule.*

diminutus. 7. D. flor. solitariis: squamis calycinis octonis florem superantibus. *Nimis affinis D. prolifero.*

Caryophyllus. 8. D. flor. solitariis, squamis calycinis subovatis brevissimis, corollis crenatis.

pomeridianus. 9. D. flor. solitariis: squamis calycinis binis cordatis brevissimis, coroll. emarginatis subintegerrimis. *Sp. pl. 1673.*

deltoides. 10. D. flor. solitariis, squamis calycinis lanceolatis binis, coroll. crenatis. *Fl. dan. t. 577*

rupestris. 11. D. flor. solitariis, squamis calycinis obtusissimis binis, petalis crenatis. *Suppl. p. 240.*

glaucus. 12. D. flor. subsolitariis, squamis calycinis lanceolatis quaternis brevibus, coroll. crenatis.

chinensis. 13. D. flor. solitariis, squamis calycinis subulatis patulis tubum aequantibus, coroll. crenatis.

monspeliacus. 14. D. flor. solitariis, squamis calycinis subulatis longitudine tubi, coroll. multifidis, caule erecto.

plumarius. 15. D. flor. solitariis, squamis calycinis subovatis brevissimis, coroll. multifidis fauce pubescentibus. Caryophyllus sylvestris flore laciniato sine corniculis odoro. *Bauh. pin. 210.*

superbus. 16. D. flor. paniculatis, squamis calycinis brevibus acuminatis, coroll. multifido - capillaribus, caul. erecto. *Jacq. obs. 40. t. 25. Fl. dan. t. 578.* Tunica montana altissima, flore tenuissime laciniato. *Rupp. jen. 2. p. 118. Flores fragrantissimi, imprimis nocte.*

*** *Caule unifloro herbaceo.*

arenarius. 17. D. caul. subunifloris, squamis calycinis ovatis obtusis, petalis multifidis, fol. linearibus.

alpinus. 18. D. caule unifloro, coroll. crenatis, squamis calycinis exterioribus tubum aequantibus, fol. linearibus obtusis. — *Jacq. Fl. austr. v. 1. t. 52.* M.

virgineus. 19. D. caul. subunifloro, coroll. crenatis, squamis calycinis brevissimis, fol. subulatis. — *Jacq. Fl. austr. v. 5. app. t. 15.* M.

**** *Frutescentes.*

arboreus. 20. D. caule fruticoso, foliis subulatis, petalis serratis. Caryophyllus arboreus sylvestris. *Alp. exot. 39. t. 38. mala (Excluso Tournef. synonymo), fruti-*

fruticofus. 21. D. caule fruticofo, foliis lanceolatis.
pungens. 22. D. caule fuffruticofo, fol. lineari-fubulatis, petal. integris. *Mant.* 240.

TRIGYNIA.

566. CUCUBALUS. *Cal.* inflatus. *Petala* 5, unguiculata, absque corona ad faucem. *Capf.* 3-locularis.
591.

bacciferus. 1. C. calycibus campanulatis, petalis diftantibus, pericarpiis coloratis, ramis divaricatis. Lychnanthus volubilis. *Gmel. act. petr.* 1759. *vol.* 14. *p.* 525. *t.* 17. *f.* 1.
Behen. 2. C. calyc. fubglobofis glabris reticulato-venofis, capf. trilocularibus, coroll. fubnudis. — *Fl. dan. t.* 857. M.
fabarius. 3. C. fol. obovatis carnofis.
vifcofus. 4. C. flor. lateralibus undique decumbentibus, caul. indivifo, fol. bafi reflexis. (*Exclufo Raji fynonymo*)
ftellatus. 5. C. foliis quaternis.
aegyptiacus. 6. C. flor. erectis, petal. emarginatis retroflexis: utrinque denticulo notatis. *Mant.* 385.
italicus. 7. C. petal. femibifidus, calycibus clavatis, panicula dichotoma erecta, genitalibus declinatis, caul. erecto.
tataricus. 8. C. petal. bipartitis, flor. fecundis decumbentibus, pedunc. oppofitis folitariis erectis, caule fimpliciffimo.
fibiricus. 9. C. petal. emarginatis, flor. fubverticillatis: verticillis umbellatis aphyllis. *Gmel. fibir.* 4. *p.* 140.
catholicus. 10. C. petal. bipartitis, flor. paniculatis, ftamin. longis, fol. lanceolato-ovatis. *Jacq. hort. t.* 59.
molliffimus. 11. C. petalis femibifidis, panicula dichotoma, caule foliisque holofericeis: radicalibus fpatulatis. *Mant.* 385.
Otites. 12. C. flor. dioicis, petal. linearibus indivifis. *Fl. dan. t.* 518.
reflexus. 13. C. flor. fpicatis alternis fecundis fubfeffilibus, petalis fubbipartitis obfoletis. Lychnis meridionalium annua hirfuta, floribus uno verfu difpofitis. *Morif. hift.* 2. *p.* 544. *Raji hift.* 996.

saxifragus. 14. C. petal. bifidis, calyc. ſtriatis: terminalibus ſubſeſſilibus, lateralibus pedunculatis. *Mant.* 71.

pumilio. 15. D. caul. unifloris flore brevioribus. *Mant* 71. — Silene pumilio. *Jacq. Fl. auſtr. v.* 5. *app. t.* 2. M.

567. SILENE. *Cal.* ventricoſus. *Petala* 5, unguiculata: coronata ad faucem. *Capſ.* 594. 3-locularis.

* *Floribus ſolitariis lateralibus.*

anglica. 1. S. hirſuta, petal. emarginatis, flor. erectis, fruct. reflexis pedunculatis alternis.

luſitanica. 2. S. hirſuta, petal. dentatis indiviſis, flor. erectis, fructibus divaricato-reflexis alternis.

quinque-vulnera. 3. S. petal. integerrimis ſubrotundis, fruct. erectis alternis.

nocturna. 4. S. flor. ſpicatis alternis ſecundis ſeſſilibus, petalis bifidis.

gallica. 5. S. flor. ſubſpicatis alternis ſecundis, petal. indiviſis, fruct. erectis.

ceraſtoides. 6. S. hirſuta, petal. emarginatis, fructific. erectis, calyc. ſubſeſſilibus ſubpiloſis.

aegyptiaca. 7. S. petalis emarginatis utrinque dentatis, foliis ſubtomentoſis. *Suppl. p.* 241.

** *Floribus lateralibus conſertis.*

mutabilis. 8. S. petal. bifidis, calyc. angulatis pedunculatis, fol. lanceolato-linearibus.

nutans. 9. S. petal. bifidis, flor. lateralibus ſecundis cernuis, panicula nutante. *Fl. dan. t.* 242. *Petala apice crenata.*

amoena. 10. S. petal. bifidis: coronula ſubcoadunata, flor. ſecundis, pedunc. oppoſitis trifloris, ramis alternis.

paradoxa. 11. S. flor. racemoſis, calyc. decem-ſulcatis viſcidis, floribus aliis, ſtaminibus exſertis, aliis incluſis. *Sp. pl.* 1673. — *Jacq. hort. v* 3. *t.* 84. M. Lychnis viſcoſa peregrina noctiflora odorata. *Zanon. hiſt. t.* 109 *Petala bifida ſunt.*

fruticoſa. 12. S. petal. bifidis, caule fruticoſo, fol. lato-lanceolatis, panic. trichotoma.

bupleuroides. 13. S. petal. bifidis, flor. pedunculatis oppoſitis bractea brevioribus, fol. lanceolatis acutis glabris.

gigan-

gigantea. 14. S. petal. bifidis, fol. radicalibus cochleariformibus obtusissimis, flor. subverticillatis.
crassifolia. 15. S. petal. emarginatis, fol. suborbiculatis carnosis hirsutis, racemo secundo.
viridiflora. 16. S. petalis semibifidis, fol. ovatis scabriusculis acutis, panicula elongata subaphylla.

*** *Floribus ex dichotomia caulis.*

conoidea. 17. S. calyc. fructus globosis acuminatis striis triginta, fol. glabris, petal. integris.
conica. 18. S. calyc. fructus conicis striis triginta, fol. mollibus, petal. bifidis. — *Jacq. Fl. austr. v. 3. t. 253.* M. (*Morisoni synonymon ad priorem spectat.*)
bellidifolia. 19. S. calyc. fructus ovatis villosis, fol. pilosis subasperis, petalis bifidis. *Jacq. in Litt. Hort. v. 3. t. 81.* M.
Behen. 20. S. calyc. glabris ovatis venoso-reticulatis.
stricta. 21. S. petal. emarginatis, calyc. glabris reticulato-venosis acuminatis pedunculo longioribus, caule dichotomo stricto.
pendula. 22. S. calyc. fructiferis pendulis inflatis: angulis decem scabris.
noctiflora. 23. S. calyc. decemangularibus: dentibus tubum aequantibus, caul. dichotomo, petal. bifidis.
virginica. 24. S. calyc. floris cylindricis, panic. dichotoma. Lychnis viscosa virginiana, flore amplo coccineo s. Muscipula regia. *Pluk. alm. 231. t. 203. f. 1.*
Atocion. 25. S. calyc. fructigeris clavatis, petalis semibilobis, fasciculo florum terminali dichotomo, fol. obovatis. *Jacq. in Litt. Hort. v. 3. t. 32.* M.
antirrhina. 25. S. petal. emarginatis, calyc. ovatis, pedunc. trifidis, fol. lanceolatis subciliatis.
rubella. 26. S. erecta laevis, calyc. subglobosis glabris venosis, coroll. inapertis.
inaperta. 27. S. caule dichotomo paniculato, calyc. laevibus, petal. brevissimis emarginatis, fol. glabris lanceolatis. *Sp. pl. 19. 21.*
portensis. 28. S. caul. dichotomo paniculato, calyc. striatis, petal. bifidis, fol. linearibus.
cretica. 29. S. erecta laevis, calyc. erectis decemangularibus, petalis bifidis.

Muscipula. 30. S. petal. bifidis, caule dichotomo, flor. axillaribus sessilibus, fol. glabris.

polyphylla 31. S. fol. fasciculatis setaceis: ramorum florentium oppositis.

Armeria. 32. S. flor. fasciculatis fastigiatis, fol. superioribus cordatis glabris, petal. integris. *Fl. dan. t.* 559.

orchidea. 33. S. flor. fasciculatis, petalis quadrifidis, fol. ovatis glabris. *Suppl. p.* 241.

rupestris. 34. S. flor. erectis, petal. emarginatis, calyc. teretibus, fol. lanceolatis. *Fl. dan. t.* 4.

Saxifraga. 35. S. caul. subunifloris, pedunc. longitudine caulis, floribus hermaphroditis femineisque, petal. bifidis.

vallesia. 36. S. caul. subunifloris decumbentibus, fol. lanceolatis tomentosis longitudine calycis. *Mant.* 385.

acaulis. 37. S. acaulis depressa, petal. emarginatis. *Fl. dan. t.* 21.

568. STELLARIA. *Cal.* 5-phyllus, patens. *Petala* 5, bipartita. *Caps.* 1-locularis, polysperma.
603.

nemorum. 1. S. foliis cordatis petiolatis, panicula pedunculis ramosis. *Fl. dan. t.* 271. *Affinis Cerastii aquatici.*

dichotoma. 2. S. fol. ovatis sessilibus, caule dichotomo, flor. solitariis, pedunc. fructiferis reflexis.

radians. 3. S. fol. lanceolatis serrulatis, petal. quinquepartitis. Alsine foliis salignis margine scabris, petalis semiquinquefidis. *Gmel. sib.* 4. *p.* 146.

Holostea. 4. S. fol. lanceolatis serrulatis, petal. bifidis. — *Fl. dan. t.* 698. M.

graminea. 5. S. fol. linearibus integerrimis, flor. paniculatis. — *Mill. illustr. ic.* M.

Cerastoides. 6. S. fol. oblongis, pedunc. subbifloris.

undulata. 7. S. fol. oblongis undulatis, caule angulato flor. axillaribus. *Thunb. jap. mspt.* M.

biflora. 8. S. fol. subulatis, scap. subbifloris, petal. emarnatis, germin. oblongis, calyc. striatis. *Fl. dan. t.* 12.

arenaria. 9. S. fol. spatulatis, caul. erecto bifido, ramis alternis, petal. emarginatis.

569. ARENARIA. *Cal.* 5-phyllus, patens. *Petala* 5,
605. integra. *Caps.* 1-locularis, polysperma.

peploides. 1. S. foliis ovatis acutis carnosis. *Glandulae in receptaculo.* — *Fl. dan. 624.* M.

tetraquetra. 3. S. fol. ovatis carinatis recurvis quadrifariam imbricatis. *Mant. 386.* Caryophyllus saxatilis ericaefolius ramosus repens. *Bauh. pin. 211. prodr. 125. Burs. XI: 135.* β. Gypsophila aggregata. *Sp. pl. 581. Caules digitales, plures, simplicissimi. Folia carinata, recurvata, canaliculata, mucronata, margine cartilaginea, striata, glabra, brevissima, approximata, basi subciliata et connata. Capitulum florum pedunculatum, fastigiatum, subquinqueflorum floribus sessilibus. Calyx 5-phyllus: foliolis lanceolatis: exterioribus majoribus. Petala 5, sessilia, oblonga, obtusa, lineata. Styli 3. Capsula 1-locularis, 5-valvis. Semina plura. Schreber.*

biflora. 3. A. fol. obovatis obtusis, caul. procumbentibus, pedunc. bifloris lateralibus. *Mant. 71.* Arenaria caule recto prostrato, foliis ovatis. *Hall. emend. 4. n. 195.*

lateriflora. 4. A. fol. ovatis obtusis, pedunc. laterali bifloro. *Gmel. sib. 4. p. 159.*

trinervia. 5. A. fol. ovatis acutis petiolatis nervosis. *Fl. dan. t. 329.*

ciliata. 6. A. fol. ovatis nervosis ciliatis acutis *Fl. dan t. 346.*

balearica. 7. A. fol. ovatis lucidis subcarnosis, caule repente, pedunc. unifloris. *Syst. nat. 2. p. 230.*

multicaulis. 8. A. fol. ovatis enerviis sessilibus acutis: coroll. calyce majoribus. *Folia magis minusve ciliata. Flos maximus. Jacq. Arenariae ciliatae varietatem facit Gerard.*

serpyllifolia. 9. A. fol. subovatis acutis sessilibus, coroll. calyce brevioribus.

triflora. 10. A. fol. lanceolato-subulatis ciliatis, ramis subtrifloris, petal. lineatis obtusis. *Mant. 940.*

montana. 11. A. fol. lineari-lanceolatis scabris, caulibus sterilibus longissimis procumbentibus. *Flores maximi. Fructus penduli.*

rubra. 12. A. fol. filiformibus, ftipul. membranaceis vaginantibus. *Varietas. β.* marina. — *Fl. dan. t.* 740. M. *Glabra, foliis pedunculisque pubefcenti-vifcidis, evigilat hora 9. Calyx tegit dimidiam capfulam.*

media. 13. A. fol. linearibus carnofis, ftipulis membranaceis, caul. pubefcentibus. *Caulis et Folia pubefcentia Evigilat hora 12. Calyx tegit dimidiam capfulam.*

bavarica. 14. A. fol. femicylindricis carnofis obtufis, petal. lanceolatis, pedunc. terminalibus fubbinatis.

gypfophiloides. 15. A. fol. linearibus: radicalibus fetaceis, panicula fubpubefcente, petalis lanceolatis.

faxatilis. 16. A. fol. fubulatis, caul. paniculatis, calyc. foliolis ovatis obtufis.

verna. 17. A. fol. fubulatis, caul. paniculatis, calyc. acuminatis ftriatis. *Mant.* 72. — *Jacq. Fl. auftr. v.* 5. *t.* 404. M. (*Exclude Gerardi fynonymon.*)

hifpida. 18. A. fol. fubulatis fubtus hifpidis. *Folia fubtus pilis raris.*

juniperina. 19. A. fol. fubulatis fpinofis, caul. erectis, calyc. ftriatis, capful. oblongis. *Mant* 72. Arenaria foliis linearibus erectis fubtus ftriatis, floribus faftigiatis inaequaliter pedunculatis. *Ger. prov.* 405. *t.* 15. *f.* 1. *Flores paniculati.*

tenuifolia. 20. A. fol. fubulatis, caul. paniculato, capf. erectis, petalis calyce brevioribus lanceolatis. *Calycis foliola multum acuminata f. ariftata, fubtus lineis 2. viridibus picta. Petala lato-lanceolata, calyce ½ breviora Folia fubulata, bafi connata (Exclufo Seguieri fynonymo).*

laricifolia. 21. A. fol. fetaceis, caule fuperne nudiufculo, calyc. fubhirfutis. — *Jacq. Fl. auftr. v.* 3. *t.* 272. M. *Magn. hort. t.* 11. *Calyx oblongus, lineatus, cylindricus, pubefcens.*

ftriata. 22. A. fol. linearibus erectis appreffis, calyc. oblongis ftriatis.

fafciculata. 23. A. fol. fubulatis, caul. erecto ftricto, flor. fafciculatis, petalis breviffimis. — *Jacq. Fl. auftr. v.* 2. *t.* 182. M. *Habitat Monfpelii. Gouan. Radix annua. Caulis palmaris, pubefcens. Folia linearia, acuminata, erecta, fubciliata. Flores fafciculati dichotome, pedicellis breviffimis. Calyx erectus: Foliolis fubulatis,*

erectis,

erectis, striatis, subciliatis, longis. Petala ovato-oblonga, alba, minutissima. Antherae didymae, globosae. Capsula calyce dimidio brevior. Habitus Minuartiae.

grandiflora. 24. A. fol. subulatis planis strictis: radicalibus confertis, caulib. unifloris. *Calycis foliola caulinis latiora, striis pluribus, rigida. Capsulae oblongae, longitudine calycis. Varietas caule trifloro missa a D. Turra.*

austriaca. 25. A. caulibus suffruticosis prostratis, inde herbaceis et erectis, fol. subulatis, flor. geminis, petalis emarginatis. *Jacq. in Litt. Fl. austr. v. 3. t. 270.* M.

liniflora. 26. A. caulibus erectis inferne ramosis suffruticosis, fol. subulatis, floribus geminis. *Suppl. p. 241.* Arenaria liniflora. *Syst. ed. 13. p. 355.* — *Jacq. Fl. austr. v. 5. t. 445.* M. *Habitat in Europa australi. Caules breves, distorti, perennantes. Rami annui, simplicissimi, erecti. Folia subulata, acuta, laevia. Pedunculi terminales, saepius 2, uno post alterum. Calyx foliis lanceolatis: striis 2. Petala obovata, alba. Differt ab A. grandiflora foliis non planis, calycis foliolis non multistriatis.*

570. CHERLERIA. 608. *Cal.* 5-phyllus. *Nectaria* 5, bifida, petaloidea. *Antherae* alternae steriles. *Caps.* 1-locularis, 3-valvis, trisperma.

Sedoides. 1. Cherleria. — *Jacq. Fl. austr. v. 3. t. 284.* M. *Folia opposita, linearia, margine scabra, basi connata in vaginam. A casu foliorum remanent vaginae cum carina foliorum, quibus caulis inferne obvestitur; hinc affinitas Caryophyllorum.*

. . DEUTZIA. *Cal.* 1-phyllus. *Caps.* 3-locularis. *Filamenta* 3-cuspidata. *Thunb. Diss. nov. gen. pl. p. 19.* M.

scabra. 1. Deutzia. *Thunb. l. c. p. 20. c. tab. Japon. mspt.* Joro Utsugi vel Jamma Utsugi. *Kämpf. am. p. 854.*

571. GARIDELLA. *Cal.* 5-phyllus, petaloideus. *Nectaria* 5, bilabiata, bifida. *Caps.* 3, connexae, polyspermae.
608.

Nigellastrum. 1. GARIDELLA. *Genus affine Nigellis.*

572. MALPIGHIA. *Cal.* 5-phyllus basi extus poris melliferis. *Petala* 5 subrotunda, unguiculata. *Bacca* 1-locularis, 3-sperma.
609.

glabra. 1. M. foliis ovatis integerrimis glabris, pedunculis umbellatis. *Mant.* 387.
punicifolia. 2. M. fol. ovatis integerrimis glabris, pedunc. unifloris.
nitida. 3. M. fol. lanceolatis integerrimis glabris, spicis lateralibus. *Stylus* 1. *Jacq.* — *Ejusd. amer. pict. p.* 68. M.
urens. 4. M. fol. oblongo-ovatis: setis subtus decumbentibus rigidis, pedunc. unifloris aggregatis. *Mill. fig.* 181. *f.* 1. *Plum. ic.* 167. *f.* 1.
angustifolia. 5. M. fol. lineari-lanceolatis: setis utrinque decumbentibus rigidis, pedunc. umbellatis. — *Jacq. amer. pict. p.* 67. M.
crassifolia. 6. M. fol. ovatis integerrimis subtus tomentosis, racem. terminalibus.
verbascifolia. 7. M. fol. lanceolato-ovatis tomentosis integerrimis, racem. terminalibus.
aquifolia. 8. M. fol. lanceolatis dentato-spinosis subtus hispidis.
coccigera. 9. M. fol. subovatis dentato-spinosis.
OBS. *Alias nonnullas species sistit Jacq. in amer. pict.* M.

573. BANISTERIA. *Cal.* 5-partitus basi extus poris melliferis *Petala* subrotunda, unguiculata. *Sem.* 3, membranaceo-alata.
611.

angulosa. 1. B. foliis sinuato-angulosis.
purpurea. 2. B. fol. ovatis, spicis lateralibus, femin. erectis.
laurifolia. 3. B. fol. ovato-oblongis rigidis, racemis terminalibus.

bengha-

benghalensis. 4. B. fol. ovato-oblongis acuminatis, racem. lateralibus, femin. patentibus.
dichotoma. 5. B. fol. ovatis, ramis dichotomis.
fulgens. 6. B. fol. fubovatis fubtus tomentofis, racem. brachiatis, pedunc. umbellatis.
brachiata. 7. B. fol. fubovatis, ramis brachiatis, femin. introrfum anguftioribus.

569. HIRÆA. *Cal.* 5-phyllus. *Petala* fubrotunda, unguiculata. *Capf.* alis 3, 3-locularis. *Sem.* 2.

reclinata. 1. HIRAEA. *Jacq. amer. 137. — Ed. 2. pict. p. 68. t. 260. f. 37. quoad folium. Habitat in Carthagena.* ♄. *Diftinguenda a Triopteride.*

574. TRIOPTERIS. *Cal.* 5-partitus. *Petala* mentiun-
612. tur germinis alae 6. *Sem.* 3. *Capf.* 3, bialatae, 1-fpermae.

jamaicenfis. TRIOPTERIS. *Mant. 387.*

575. ERYTHROXYLON. *Cal.* turbinatus. *Cor.* petalis
612. bafi fquamula nectarifera emarginata. *Stam.* bafi connexa. *Drupa* 1-locularis.

areolatum. 1. E. foliis obovatis. *Jacq. amer. 134. t. 87. f. 1. — Ed. 2. p. 67. t. 129.* M.
havanenfe. 2. E. fol. ovatis. *Jacq. amer. 135. t. 87. f. 2. — Ed. 2. p. 67. t. 130.* M.

PENTAGYNIA.

576. AVERRHOA. *Cal.* 5-phyllus. *Petala* 5, fuperne
613. patentia. *Pomum* 5-gonum. 5-loculare.

Bilimbi. 1. A. caudice nudo fructificante, pomis oblongis obtufangulis.
Carambola. 2. A. axillis foliorum fructificantibus, pomis oblongis acutangulis.

577. SPONDIAS. *Cal.* 5-dentatus. *Cor.* 5-petala.
613. *Drupa* nucleo 5-loculari.

Mombin. 1. S. foliis petiolo communi compreſſo. Spondias *Myrobalanus,* racemis ſparſis, foliis multo brevioribus. *Jacq. amer. 139. t. 88.* S. Myrobalanus, racemis ſparſis, foliorum coſta compreſſa. *Jacq. amer. pict. p. 69. t. 131.* M. Prunus americana oſſiculo magno ex filamentis lignoſis reticulatim conflato. *Pluk. alm. 307. t. 218. f. 3.*

Myrobalanus. 2. S. petiolis teretibus: foliolis nitidis acuminatis. Spondias *Mombin,* racemis terminalibus longitudine folia aequantibus. *Jacq. amer 138.* — S. *Mombin* racemis paniculatis terminalibus, coſta foliorum terete. *Jacq amer pict. p. 69* M. Arbor nuci juglandi ſimilis 5. ſ. Hobos. *Bauh. pin. 417.*

578. COTYLEDON. *Cal.* 5-fidus. *Cor.* 1-petala. *Squamae* nectariferae 5, ad baſin
614. germinis. *Capſ.* 5.

orbiculata. 1. C. foliis orbiculatis carnoſis planis integerrimis, caule fruticoſo.

ſpuria. 2. C. fol. ſpatulato-lanceolatis carnoſis integerrimis, caule fruticoſo. *Mant.* 3̇8. Sedum africanum teretifolium, flore hemerocallidis. *Moriſ. hiſt. 3. p. 474. ſ. 12. t. 7. f. 40. Caulis craſſiſſimus. Folia naturaliter oppoſita; monſtroſa variant alterna.*

ſpinoſa. 3. C. fol. oblongis ſpinoſo-mucronatis, caule ſpicato. *Spec. pl. p. 615. Murr. in comm. gott. 1776. p. 33. t. 5* Craſſula ſpinoſa. *Syſt. ed. 13. p. 252.* Craſſula foliis planiuſculis mucronatis. *Gmel. ſibir. 4. p. 173. t. 67. f. 2. — Omnino Cotyledon eſt nec Craſſula* M.

hemiſphaerica. 4. C. fol. ſemigloboſis.

ſerrata. 5. C. fol. ovalibus crenatis, caule ſpicato.

Umbilicus. 6. C. fol. cucullato-peltatis ſerrato-dentatis alternis, caule ramoſo, flor. erectis.

hiſpanica. 7. C. fol. oblongis ſubteretibus, flor. faſciculatis.

papillaris. 8. C. fol. oppoſitis tereti-ovatis, flor. corymboſis. *Suppl. p. 242.*

mamil-

mamillaris. 9. C. fol. alternis tereti-ovatis, flor. alternis subsessilibus. *Suppl. p.* 242.

triflora. 10. C. fol. ovatis integris, flor. subpedunculatis ternis. *Suppl. p.* 242.

Cacalioides. 11. C. flor. teretibus, flor. corymbosis, caule fruticoso. *Suppl. p.* 242.

reticulata. 12. C. fol. teretibus, flor. reticulato-corymbosis, caule fruticoso. *Suppl. p.* 242.

paniculata. 13. C. fol. oblongo-ovatis sessilibus, panicula divaricata racemosa, caule fruticoso. *Suppl. p.* 242.

laciniata. 14. C. fol. pinnatifidis, paniculae flor. quadrifidis. *Murr.* Crassula *laciniata*, foliis laciniatis, floribus quadrifidis. *Syst. ed.* 13. *p.* 358. *Stamina octo. — Caulis ad apicem usque foliosus, Folia pinnatifida, basi dilatata, laciniis mox ternis mox quinis inaequaliter serratis, exceptis floralibus, quae linearia integra. Inflorescentia paniculata. Calyx glaberrimus et glaucus, item Corolla: limbo quadrifido utrinque luteo, in paucissimis floribus quinquefido: staminibus 8 brevibus, 2 longis* M.

nudicaulis. 15. C. fol. spathulato-ovatis, cymae flor. quadrifidis. *Murr.* — Cotyledon integra. *Medic. in comm. palat. vol.* 3. *p.* 200. *tab.* 9. *Caulis in summitate subnudus. Folia praeter dictam figuram obsolete serrata, basi linearia. Inflorescentia cymosa: pedunculis dichotomis. Calyx et corolla extus pubescens: limbo supra coccineo, subtus pallidiori. Stamina pariter octo. Floret haec una cum praecedente, haec dum scribo, in Horto acad. gotting. Nullum igitur dubium mihi superest, discrepare specie, etsi meminerim, me olim et in hacce observasse folia quaedam vetustate dehiscentia sed absque ordine.* M.

579. SEDUM. 616. *Cal.* 5-fidus. *Cor.* 5-petala. *Squamae* nectariferae 5, ad basin germinis. *Caps.* 5.

* *Planifolia.*

verticillatum. 1. S. foliis quaternis.

Telephium. 2. S. fol. planiusculis serratis, corymbo folioso, caule erecto. — *β, purpureum. Fl. dan. t.* 686. M.

Ana-

Anacampseros. 3. S. fol. cuneiformibus integerrimis, caul. decumbentibus, flor. corymbosis. *Habitat in Galloprovinciae rupibus.*

Aizoon. 4. S. fol. lanceolatis serratis planis, caule erecto, cyma sessili terminali. *Gmel. sib. 4. p. 173. t. 67. f. 1.*

hybridum. 5. S. fol. cuneiformibus concavis subdentatis aggregatis, ram. repentibus, cyma terminal. *Syst. ed. 13. p. 358.* — Sedum *hybridum*, foliis cuneiformibus subconcavis obtuse serratis, caulibus obliquis, axillis baseos et propaginum radicantibus, cyma terminali. *Murr. in comm. gott. 1776. p. 35 t. 5.* M.

populifolium. 6. S. fol. petiolatis cordatis dentatis, flor. paniculatis. *Suppl. p. 242.*

stellatum. 7. S. fol. planiusculis angulatis, flor. lateralibus sessilibus solitariis.

Cepaea. 8. S. fol. planis, caule ramoso, floribus paniculatis. *Camer. epit. 673.*

libanoticum. 9. S. fol. radicalibus fasciculatis spatulato-lanceolatis, caule subnudo simplicissimo.

** *Teretifolia.*

dasyphyllum. 10. S. fol. oppositis ovatis obtusis carnosis, caule infirmo, flor. sparsis. — *Jacq. hort. v. 2. t. 153.* M.

reflexum. 11. S. fol. subulatis sparsis basi solutis: inferioribus recurvatis. *Fl. dan. t. 113?*

rupestre. 12. S. fol. subulatis quinquefariis confertis basi solutis, flor. cymosis.

lineare. 13. S. fol. tereti-linearibus oppositis, cyma trifida. *Thunb jap. mspt.* M.

hispanicum. 14. S. fol. teretiusculis acutis: radicalibus fasciculatis, cyma pubescente. — *Jacq. Fl. austr. v. 5. app. t. 47.* M.

album. 15. S. fol. oblongis obtusis teretiusculis sessilibus patentibus, cyma ramosa. *Fl. dan. t. 66.*

acre. 16. S. fol subovatis adnato-sessilibus gibbis erectiusculis alternis, cyma trifida.

sexangulare. 17. S. fol. subovatis adnato-sessilibus gibbis erectiusculis sexfariam imbricatis.

annuum. 18. S. caul. erecto solitario annuo, fol. ovatis sessilibus gibbis alternis, cyma recurva.

villo-

villosum. 19. S. caule erecto, fol. planiusculis pedunculisque subpilosis. *Fl. dan. t. 24. Pedunculi laterales 1. s. 2-flori; Flores purpurei Hall.*

atratum. 20. S. caule erecto, florib. corymbosis fastigiatis. *Sp. pl. 1673. Jacq. austr. t. 8.* Sedum saxatile, atro-rubentibus floribus. *Bauh. pin. 283.*

* *Sedum rubens; vide Crassula-rubra.*

580. PENTHORUM. *Cal.* 5-fidus. *Petala* nulla vel 620. quinque. *Caps.* 5-cuspidata, 5-locularis.

Sedoides. 1. PENTHORUM. *Mant. 389.*

1309. BERGIA. *Cal.* 5-partitus. *Petala* 5. *Capsula* 1. globosa, torulosa, 5-locularis, 5-valvis: valvulis petaloideis. *Sem.* plurima.

capensis. 1. B. foliis lanceolatis s. ellipticis, flor. verticillatis. *Suppl. p 243.* Bergia capensis. *Syst. ed. 13. p. 359. Mant 241. Capsulae valvulae post maturitatem persistentes formant quasi florem pentapetalum rotatum.*

glomerata. 2. B. fol. obovatis crenulatis, flor. glomeratis. *Suppl. p. 243.*

581. SURIANA. *Cal.* 5-phyllus. *Petala* 5. *Styli* inserti lateri interiori germinum. *Sem.* 624. 5, nuda.

maritima. 1. SURIANA. *Jacq. amer. 140. — Ed. 2. pict. p. 70.* M. Thymelaeae facie frutex maritimus tetraspermus. *Sloan. jam. 2. p. 29. t. 162. f. 4.*

1235. GRIELUM. *Cal.* 5-fidus. *Petala* 5. *Filamenta* persistentia. *Pericarpia* 5, monosperma.

tenuifolium. 1. GRIELUM. *Gen. plant. 578.* Geranium grandiflorum. *Sp. plant. 958.* Ranunculo-platycarpos. *Burm. afr. 145. t. 53. Obs. in Generibus plant. stamina non 5, sed decem, legi debere.*

582. OXALIS. *Cal.* 5-phyllus. *Petala* unguibus connexa. *Capf.* angulis dehifcens, 5-gona. Cfr. *Thunb. Diff. de Oxal. p.* 4.
620.

* *Foliis fimplicibus.*

monophylla. 1. O. foliis ovatis indiuifis. *Thunb. Diff. cit. n.* 1. *tab.* 1. M. Oxalis *monophylla*, fcapo unifloro, foliis fimplicibus. *Syft. ed.* 13. *p.* 360. *Mant.* 241.

** *Foliis ternatis.*

—— *Acaules.*

minuta. 2. O. fcapis unifloris, foliis ternatis: foliolis oblongis glabris. *Thunb. loc. cit. n.* 2. *t.* 2. M.

punctata. 3. O. fcapis unifloris, fol. ternatis: foliolis obcordatis punctatis, *Thunb. loc. cit. n.* 3. *t.* 1. M.

natans. 4. O. fcapis unifloris, fol. ternatis: foliolis obcordatis glaucis. *Thunb. loc. cit. n.* 4. *t.* 1. M.

Acetofella. 5. O. fcapis unifloris, fol. ternatis: foliolis obcordatis pilofis. *Thunb. loc. cit. n.* 5. *Mill. illuftr. ic.* M. Oxalis *Acetofella* fcapo unifloro, foliis ternatis obcordatis radice dentata. *Syft. ed.* 13. *p.* 360.

lanata. 6. O. fcapis unifloris, fol. ternatis: foliolis obcordatis hirfutis. *Thunb. loc. cit. n.*6. M.

compreffa. 7. O. fcapis unifloris, fol. ternatis: foliolis obcordatis ciliatis, petiolis compreffis. *Thunb. loc. cit. n.* 7. M.

purpurea. 8. O. fcapis unifloris, fol. ternatis: foliolis fubrotundis ciliatis. *Thunb. loc. cit. n.* 8. M. Oxalis *purpurea*, fcapo unifloro, foliis ternatis emarginatis ciliatis, *Syft. ed.* 13. *p* 360. *Mant.* 389. *Petioli pilofi. Calyx pubefcens. Corolla purpurafcens tubo flavo. Filamenta* 5 *exteriora breviora bafi connata, dente diftinguente fingula interiora. Stigmata plumofa, proftantia, extra filamenta longiora.*

longiflora. 9. O. fcapis unifloris, fol. ternatis: foliolis femibifidis. *Thunb. loc. cit. n.* 9. M. Oxalis *longiflora*, fcapo unifloro, fol. ternatis femibifidis: lobis lanceolatis. *Syft. ed.* 13. *p.* 360.

viola-

violacea. 10. O. ſcapis umbelliferis, fol. ternatis glabris, calycibus calloſis. *Thunb. loc. cit. n. 10. Jacq. hort. v. 2. t. 180.* M. Oxalis *violacea*, ſcapo umbellifero, foliis ternatis obcordatis, calycibus apice calloſis. *Syſt. ed.* 13. *p.* 360.

caprina. 11. O. ſcapis umbelliferis, fol. ternatis glabris, floribus erectis. *Thunb. loc. cit. n. 11.* M. Oxalis *Pes caprae*, ſcapo umbellifero, foliis ternatis ſubbipartitis: apice ſubtus calloſis. *Syſt. ed.* 13. *p.* 360.

cernua. 12. O. ſcapis umbelliferis, fol. ternatis glabris, floribus plerisque clauſis cernuis. *Thunb. loc. cit. n. 12. t. 2.* M.

ſericea. 13. O. ſcapis umbelliferis, fol. ternatis tomentoſis. *Thunb. loc. cit. n.* 13. M.

—— *Caulescentes.*

repens. 14. O. caule repente, pedunculis unifloris, fol. ternatis: foliolis obcordatis hirtis. *Thunb. loc. cit. n. 14. t. 1.* M.

incarnata. 15. O. caule bulbifero, pedunculis unifloris, fol. ternatis: foliolis obcordatis glabris. *Thunb. loc. cit. n. 15.* M. Oxalis *incarnata*, pedunculis unifloris, caule ramoſo bulbifero, foliis paſſim verticillatis: foliolis obcordatis. *Syſt. ed.* 13. *p.* 360.

bifida. 16. O. caule erecto glabro, pedunculis unifloris, foliis ternatis: foliolis ſemibifidis. *Thunb. loc. cit. n.* 16. *t.* 1. M.

glabra. 17. O. caule erecto glabro, pedunculis unifloris, fol. ternatis: foliolis oblongis emarginatis glabris. *Thunb. loc. cit. n. 17. t.* 2. M.

hirta. 18. O. caule erecto hirto, pedunculis unifloris, fol. ternatis ſubſeſſilibus: foliolis oblongis emarginatis glabris. *Thunb. loc. cit. n. 18.* Oxalis *hirta*, pedunculis unifloris, caule ſimpliciori, foliis ſupremis confertis: foliolis bilobo-divaricatis. *Syſt. ed.* 13. *p.* 361. *Mant.* 389. Oxalis *ſeſſilifolia*, pedunculis unifloris, caule ſimpliciſſimo, foliis ternatis pubeſcentibus: foliolis indiviſis. *Syſt. ed. 13. p. 360. Utramque Linneanam ſpeciem Thunbergius coniungit.* M.

verſicolor. 19. O. caule erecto hirto, pedunculis unifloris, fol. ternatis: foliolis linearibus calloſis. *Thunb. loc. cit. n.* 19. M. Oxalis *verſicolor*, pedunculis unifloris, caule ramoſo, foliis paſſim verticillatis linearibus emarginatis apice ſubtus barbatis. *Syſt. ed.* 13. *p.* 360.

cornicula-ta. 20. O. caule decumbente herbaceo, pedunculis umbelliferis. *Thunb. loc. cit. n.* 20. *Fl. dan. t.*873. M. Oxalis *corniculata*, pedunculis umbelliferis, caule ramoſo diffuſo. *Syſt ed.* 13. *p.* 361. *Annua.*

ſtricta. 21. O. caule erecto herbaceo, pedunculis umbelliferis. *Thunb. loc. cit. n.* 21. M. Oxalis *ſtricta*, pedunculis umbelliferis, caule ramoſo erecto. *Syſt. ed.* 13. *p.* 361. *Perennis.*

fruteſcens. 22. O. caule erecto fruticoſo, pedunculis umbelliferis. *Thunb. loc. cit. p.* 7. M. Oxalis *fruteſcens*, pedunculis umbelliferis, caule fruticoſo, foliis ternatis ovatis: intermedio petiolato. *Syſt. ed.* 13. *p.* 361. *Flores lutei penduli. Mill.*

Barrelieri. 23. O. caule erecto, pedunculis racemiferis. *Thunb. loc. cit n.* 23. M. Oxalis *Barrelieri*, pedunculis bifidis racemoſis, caule ramoſo erecto. *Syſt. ed* 13. *p.* 361. Oxalis roſeo flore, erectior. *Fewill. peruv.* 2. *p.* 173. *t.* 23.

*** *Foliis digitatis.*

flava. 24. O. foliis multifidis glabris. *Thunb. loc. cit. n.* 24. M. Oxalis *flava*, ſcapo unifloro, foliis ternatis bipartitis. *Syſt. ed.* 13. *p.* 360.

tomentoſa. 25. O. fol. multifidis hirtis. *Thunb. loc. cit. n.* 25. Oxys parva africana, flore magno candicante, Lupini foliis argenteo-ſericeis. *Pluk. amalth. p.* 164. *t.* 350. *p.* 3. M.

**** *Foliis pinnatis.*

ſenſitiva. 26. O. fol. pinnatis. *Thunb. loc. cit. n.* 26. M. Oxalis *ſenſitiva*, ſcapo umbellifero, foliis pinnatis. *Syſt. ed.* 13. *p.* 360.

583. AGROSTEMMA. *Cal.* 1-phyllus, coriaceus. *Petala* 5, unguiculata: *Limbo* obtuso, indiviso. *Caps.* 1-locularis.
624.

Githago. 1. A. hirsuta, calycibus corollam aequantibus, petalis integris nudis. *Fl. dan. t.* 567.

Coronaria. 2. A. tomentosa, fol. ovato-lanceolatis, petal. emarginatis coronatis serratis. *Habitat in Sibiria passim.*

Flos jovis. 3. A. tomentosa, petal. emarginatis. Lychnis coronaria alpina, flore purpureo. *Barr. ic.* 1005. *Bocc. mus. t.* 42. *Flores corymbosi.*

Coeli rosa. 4. A. glabra, fol. lineari-lanceolatis, pet. emarginatis coronatis. *Hort. ups.* 115. Lychnis pseudomelanthiis similis africana glabra angustifolia. *Herm. lugdb.* 391. *t.* 393.

584. LYCHNIS. *Cal.* 1-phyllus, oblongus, laevis. *Petala* 5, unguiculata: *Limbo* subbifido. *Caps.* 5-locularis.
625.

chalcedonica. 1. L. floribus fasciculatis fastigiatis. *Habitat in Russia omni.*

Flos cuculi. 2. L. petalis quadrifidis, fructu subrotundo. *Fl. dan. t.* 590.

alpestris. 3. L. petal. quadrifidis coronatis, foliis recurvis. *Suppl. p.* 244.

quadridentata. 4. L. petal. quadridentatis, caul. dichotomo, fol. glabris recurvis. Silene quadrifida. *Sp. plant.* 602. — *Jacq. Fl. austr. v.* 2. *t.* 120. M. Lychnis sylvestris X. *Clus.* 1. *hist.* 291. Alsine alpina glabra, folio reflexo. *Pluk. alm.* 23. *t.* 75. *f.* 5. *Haller. Flores saepe 4-gyni.*

coronata. 5. L. glabra, fol. axillaribus terminalibusque solitariis petalis laciniatis. *Thunb. jap. mspt.* M.

Viscaria. 6. L. petal. subintegris.

alpina. 7. L. petal. bifidis, floribus tetragynis. *Fl. dan. t.* 65. *Petala incoronata, semibifida, acuta. Calyx unguibus obtusis, concavis. Bracteae subdiaphanae. Flores in thyrsum congesti. Styli quatuor.*

sibirica. 8. L. petal. bifidis, caule dichotomo, foliis subhirtis.

dioica. 9. L. floribus dioicis. — *Fl. dan. t.* 792. M.

apetala. 10. L. calyce inflato, coroll. calyce breviore, caul. ſubunifloro hermaphroditico. — *Fl. dan. t.* 806. M.

585. CERASTIUM. *Cal.* 5-phyllus. *Petala* bifida. *Capſ.*
627. unilocularis, apice dehiſcens.

* *Capſulis oblongis.*

perfoliatum. 1. C. foliis connatis. *In Ruſſia.*

vulgatum. 2. C. fol. ovatis, petalis calyci aequalibus, caulibus diffuſis.

viſcoſum. 3. C. erectum villloſo-viſcoſum.

ſemidecandrum. 4. C. floribus pentandris, petalis emarginatis.

pentandrum. 5. C. flor. pentandris, petal. integris. *Styli* 5.

arvenſe. 6. C. fol. lineari-lanceolatis obtuſis glabris, coroll. calyce majoribus. — *Fl. dan. t.* 626. M.

dichotomum. 7. C. fol. lanceolatis, caule dichotomo ramoſiſſimo, capſ. erectis.

alpinum. 8. C. fol. ovato-lanceolatis, caule diviſo, capſ. oblongis. *Fl. dan. t.* 6.

** *Capſulis ſubrotundis.*

repens. 9. C. fol. lanceolatis, pedunc. ramoſis, capſ. ſubrotundis. *Petala ſaepe 4-fida ſ. 5fida. Mygind.*

ſtrictum. 10. C. fol. linearibus acuminatis glabris, pedunc. unifloris ſubtomentoſis, capſ. globoſis.

ſuffruticoſum. 11. C. caule perenni procumbente, fol. lineari-lanceolatis ſubhirſutis.

maximum. 12. C. fol. lanceolatis ſcabris, petal. crenatis, capſulis globoſis.

aquaticum. 13. C. fol. cordatis ſeſſilibus, flor. ſolitariis, fruct. pendulis. *Affinis Stellariae nemorum.*

latifolium. 14. C. fol. ovatis ſubtomentoſis, ram. unifloris, capſ. globoſis. *Caules proſtrati, ramoſi, ad angulos rectos divaricati. Flores magni. Calyces campanulati G.*

tomentoſum. 15. C. fol. oblongis tomentoſis, peduncul. ramoſis, capſ. globoſis. *Folia tomentoſo-alba.*

manticum. 16. C. glabrum, caule ſtriato, fol. lanceolatis, pedunc. longiſſimis, capſ. globoſis. *Caulis erectus, ſimplex, pedalis, panicula trifida.*

586. SPERGULA. *Cal.* 5-phyllus. *Petala* 5, integra.
630. *Capf.* ovata, 1-locularis, 5-valvis.

arvenfis. 1. S. foliis verticillatis, floribus decandris. *Hamel. cult. 6. p. 149. t. 1.*

pentandra. 2. S. fol. verticillatis, flor. pentandris. (*Synonyma diftinguenda ab Arenaria media*).

nodofa. 3. S. fol. oppofitis fubulatis laevibus, caul. fimplicibus. *Fl. dan. t. 96.*

laricina. 4. S. fol. oppofitis fubulatis ciliatis fafciculatis. — *Fl. dan. t.* 858 M. *Gmel. fib. 4. p.* 155. *Folia rigida.*

faginoides. 5. S. fol. oppofitis linearibus laevibus, pedunc. folitariis longiffimis, caul. repente. *Caulis procumbens, pollic. 2 altus. Folia linearia, oppofita, ad genicula fafciculata. Pedunculi fimpliciffimi, longiffimi, laterales absque bracteis. Flores cernui.*

1262. FORSKOHLEA. *Cal.* 5-phyllus, corolla longior. *Petala* 10, fpatulata. *Pericarp.* nullum. *Sem.* 5, lana connexa.

tenaciffima. 1. F. foliis ovatis ferratis. *Suppl. p.* 245. Forfkohlea tenaciffima. *Syft. ed. 13. p.* 363. *Mant. 72. hort. t.* 48. *Linn. fil. rar. hort. upf. fafc. 1. t. 1.*

candida. 2. F. fol. (*adde* ovalibus M.) dentatis. *Suppl. p.* 245. — Forfkohlea *fcabra*, foliis ovato-lanceolatis, dentatis fcabris fubtus albidis. *Retz. obf. 3. p.* 31. M.

anguftifolia. 3. F. fol. lanceolatis dentatis finuatis. *Murr. comm. gott. 1784. c. tab.* Forfkohlea *anguftifolia*, foliis lanceolatis octo-dentatis ciliato-fpinulofis, fubtus nudis. *Retz. obf. bot.* 3. *p.* 31. *Piftilla tria. Equidem tam in Forfkohlea tenaciffima, quam in F. anguftifolia, octo tantum ftamina obferuaui; genus igitur hocce in octandriam tranfponendum.* M.

DECAGYNIA.

587 NEURADA. *Cal.* 5 - partitus. *Petala* 5. *Capſ.* in-
631. fera, 10 - locularis, 10 - ſper-
ma, aculeata.

procumbens. 1. NEURADA. (*excluſo ſynonymo*) *Herba tota albicans, arachnoideo - tomentoſa. Cotyledones ſagittatae. Caules depreſſi, rigidi, teretes, palmares et ultra. Rami ex ſingulis alis inferioribus. Folia alterna, petiolata, ovata, plicata, eroſo - ſinuata, ſupra minus alba ſ. tomentoſa. Flores axillares, ſubſeſſiles. Serenda cum calyce fructuque integro in aridiſſimis.*

588. PHYTOLACCA. *Cal.* o. *Petala* 5, calycina. *Bacca*
631. ſupera, 10 - locularis, 10-
ſperma.

octandra. 1. P. floribus octandris octagynis.
decandra. 2. P. flor. decandris decagynis. - *Mill. illuſtr. ic.* M.
icoſandra. 3. P. flor. icoſandris decagynis.
dioica. 4. P. flor. dioicis.

CLAS-

CLASSIS XI.

DODECANDRIA.

MONOGYNIA.

591. Bocconia. *Cor.* o. *Cal.* 2-phyllus, inferus. *Bacca* extus ſicca, 2-ſperma.

1263. Hudsonia. *Cor.* o. *Cal.* 3-phyllus, inferus. *Capſ.* 1-locularis, 3-valvis, 3-ſperma.

589. Asarum. *Cor.* o. *Cal.* 3-fidus, ſuperus. *Capſ.* 6-locularis.

. . Tomex. *Cor.* o. *Cal.* duplex: involucrum 5-phyllum. *Perianth.* 5-phyllum.

592. Rhizophora. *Cor.* 4-partita. *Cal.* 4-partitus, inferus. *Sem.* 1, clavatum receptaculo carnoſo.

. . Apactis. *Cor.* 4-petala. *Cal.* o.

594. Garcinia. *Cor.* 4-petala. *Cal.* 4-phyllus, inferus, *Bacca* 8-ſperma, coronata.

599. Crataeva. *Cor.* 4-petala. *Cal.* 4-fidus, inferus. *Bacca* 2-locularis, pedicellata.

596. Halesia. *Cor.* ſub 4-fida. *Cal.* 4-dentatus, ſuperus. *Peric.* 4-ſpermum, 4-angulatum.

600. Triumfetta. *Cor.* 5-petala. *Cal.* 5-phyllus, inferus. *Capſ.* 5-locularis. 2-ſperma, muricata.

. . Eurya. *Cor.* 5-petala. *Cal.* 5-phyllus, calyculatus. *Capſ.* 5-locularis. *Stam.* 13.

601. Peganum. *Cor.* 5-petala. *Cal.* 5-phyllus, inferus. *Capſ*, 3-locularis. *Stam.* 15.

1392. Dodecas. *Cor.* 5-petala. *Cal.* ſemiquadrifidus, corollifer, ſuperus. *Capſ.* 1-locularis, calyce connata.

602. Nitraria. *Cor.* 5-petala. *Cal.* 5-fidus, inferus. *Drupa* 1-ſperma. *Stam.* 15.

1311. Vatica. *Cor.* 5-petala. *Anth.* 15 quadriloculares: loculis interioribus brevioribus.

598. Canella. *Cor.* 5-petala. *Cal.* 3-lobus, inferus. *Bacca* 3-locularis, 2-ſperma. *Nectar.* antheriferum.

603. PORTULACA. *Cor.* 5-petala. *Cal.* 2-fidus, inferus. *Capf.* 1-locularis, circumfciffa.
604. LYTHRUM. *Cor.* 6-petala. *Cal.* 12-fidus, inferus. *Capf.* 2-locularis.
605. GINORA. *Cor.* 6-petala. *Cal.* 6-fidus, inferus. *Capf.* 1-locularis, 4-valvis.
593. BLAKEA. *Cor.* 6-petala. *Cal.* fruct. 6-phyllus: Floris fuperus indivifus. *Capf.* 6-locularis. *Antherae* connexae.
1310. BEFARIA. *Cor.* 7-petala. *Stam.* 14. *Bacca* exfucca, 7-locularis.
1343. BASSIA. *Cor.* 8-fida. *Stam.* 16. *Drupa* 5-fperma.
597. DECUMARIA. *Cor.* 10-petala. *Cal.* 10-phyllus, fuperus.
590. GETHYLLIS. *Cor.* 6-petaloidea. *Spatha* 1-phylla, fupera. *Capf.* 3-locularis.

* *Cleome vifcofa, dodecandra.*
* *Rivina octandra.*
* *Chironia dodecandra.*

DIGYNIA.

606. HELIOCARPUS. *Cor.* 4-petala. *Cal.* 4-phyllus. *Capf.* 2-locul. 1-fperma, compreffo-radiata.
607. AGRIMONIA. *Cor.* 5-petala. *Cal.* 5-fidus. *Sem.* 1. f. 2.

TRIGYNIA.

608. RESEDA. *Cor.* petal. multifid. *Cal.* partitus. *Capf.* 3-locularis, hians.
609. EUPHORBIA. *Cor.* petal. peltatis. *Cal.* ventricof. *Capf.* 3-cocca.
1393. VISNEA. *Cor.* 5-petala. *Cal.* 5-phyllus inferus. *Nux* bi-f. trilocularis, femiinfera.
1394. TACCA. *Cor.* 6-petala, fornicata. *Cal.* 6-phyllus. *Bacca* ficca, angulata, 3-locularis.
1395. PALLASIA. *Cor.* 5-petala. *Cal.* o. *Nux* 4-angularis: angulis membranaceis, bifidis.

TETRAGYNIA.

* *Tormentilla erecta.*
* *Refedae aliquot.*

PENTA-

PENTAGYNIA.

610. GLINUS. *Cor.* o. nisi setulae. *Cal.* 5-phyllus. *Caps.* 5-loc. *Reseda purpurasc.*

DODECAGYNIA.

612. SEMPERVIVUM. *Cor.* 12-petala. *Cal.* 12 partit. *Caps.* 12.

POLYGYNIA.

* *Alisma cordifolia.*

MONOGYNIA.

589. ASARUM. 633. *Cal.* 3-s. 4-fidus, germini insidens. *Cor.* o. *Caps.* coriacea, coronata.

europaeum. 1. A. foliis reniformibus obtusis binis. — *Fl. dan. t. 633.* M.
canadense. 2. A. fol. reniformibus mucronatis. — *Mill. illustr. ic.* M.
virginicum. 3. A. fol. cordatis obtusis glabris petiolatis.

. . TOMEX. *Cal.* duplex: involucrum 5-phyllum. Perianth. 5-phyllum. *Cor.* o. *Thunb. Diss. n. gen. pl. p. 65.* M.

japonica. 1. TOMEX. *Thunb. l. c. Japon. mspt.* M.

591. BOCCONIA. 634. *Cal.* 2-phyllus. *Cor.* o. *Stylus* bifidus, *Bacca* exarida, monosperma.

frutescens. 1. BOCCONIA. — *Jacq. amer. pict. p. 72.* M.

1347. BASSIA. *Cal.* 4-phyllus. *Cor.* 8-fida: tubo inflato. *Stam.* 16. *Drupa* 5-sperma.

longifolia. BASSIA. *Mant.* 563. Illippe Malabaris *König.*

592. RHIZOPHORA. *Cal.* 4-partitus. *Cor.* 4-partita.
634. *Semen* 1. longiſſimum, baſi carnoſum.

conjugata. 1. R. foliis ovato-oblongis obtuſiuſculis integerrimis, calycibus ſeſſilibus, fructibus cylindraceo-ſubulatis.

gymnorhiza. 2. R. fol. ovato-lanceolatis integerrimis, radice terrae ſuperimpoſita.

Candel. 3. R. fol. obtuſis, pedunc. bigeminatis folio longioribus, fruct. ſubulatis.

corniculata. 4. R. fol. ovatis, flor. confertis, fruct. arcuatis acuminatis.

Mangle. 5. R. fol. acutis, fruct. ſubulato-clavatis. Rhizophora pedunc. bifidis trifidisque, fruct. ſubulato-clavatis. *Jacq. amer.* 141. *t.* 89. — *Ed.* 2. *pict. p.* 70. *t.* 132. M. Rhizophora utrinque brachiata, fol. elliptico-ovatis: ſummis ramis diſpoſitis. *Brown. jam.* 211. Mangle arbor pyrifolia, fructu oblongo tereti, ſummis ramis radicoſa. *Pluk. alm.* 241. *t.* 204. *f.* 3. Candela americana, foliis laurinis. *Cateſb. car.* 2. *p.* 63. *t.* 63. *Calyx* 4-*fidus. Petala* 4. *Stamina* 8.

cylindrica. 5. R. fruct. cylindricis obtuſis.

caſeolaris. 6. R. fol. ovatis obtuſis, flor. ſolitariis, fructib. orbiculatis depreſſis mucronatis.

. . APACTIS. *Cal.* o. *Cor.* 4-petala. *Thunb. Diſſ. n. gen. pl. p.* 66. M.

japonica. Apactis. *Thunb. l. c. Japon. mſpt. M.*

593. BLAKEA. *Cal.* inferus, 6-phyllus; ſuperus integer. *Petala* 6. *Capſula* 6-locularis, polyſperma.
635.

trinervia. 1. B. bicalyculata, foliis enerviis transverſim ſubtiliſſime ſtriatis. *Suppl. p.* 246. Blakea trinervia. *Syſt. ed.* 13. *p.* 368.

triplinervia. 2. B. ecalyculata, fol. triplinerviis. *Suppl. p.* 246.

1310. BEFARIA. *Cal.* 7-fidus. *Petala* 7. *Stamina* 14. *Bacca* 7-locularis, polyfperma.

aeftuans. 1. B. foliis lanceolatis, floribus racemofis. *Suppl. p.* 247. Befaria aeftuans *Syft. ed.* 13. *p.* 247. *Mant.* 242.

refinofa. 2. B. fol. ovatis, flor. congeftis. *Suppl. p.* 246.

1311. VATICA. *Cal.* 5-fidus. *Petala* 5. *Antherae* 15, feffiles, 4-loculares.

chinenfis. VATICA. *Mant.* 242.

594. GARCINIA. *Cal.* 4-phyllus, inferus. *Petala* 4.
635. *Bacca* 8-fperma, coronata *Stigmate* peltato.

Mangoftana. 1. G. foliis ovatis, pedunc. unifloris. — *Ellis Defcription of the Mangoftan and the Bread-fruit* 1775. *c. tab.* M.

celebica. 2. G. fol. lanceolatis, pedunc. trifloris.

cornea. 4. G. fol. lanceolatis aveniis, pedunculis unifloris cernuis. Lignum corneum. *Rumph. amb.* 2. *p.* 55. *t.* 30.

596. HALESIA. *Cal.* 4-dentatus, fuperus. *Cor.* 4-fida.
636. *Nux* 4-angularis, 2-fperma.

tetraptera. 1. H. foliis lanceolato-ovatis petiolis glandulofis.

diptera. 2. H. fol. ovatis petiolis laevibus.

597. DECUMARIA. *Cal.* 10-phyllus, fuperus. *Petala*
1663. 10. *Fructus* hodie ignotus.

barbara. 1. DECUMARIA. *Mant.* 391. *Sp. pl.* 1663. *Willich. obf.* 75. Clufia foliis venofis. *Fabr. helmft.* 2. *p.* 393. *An dioica?*

598. CANELLA. *Cal.* 3-lobus. *Pet.* 5. *Antherae* 16,
636. adnatae nectario urceolato. *Bacca* 3-locularis. *Sem.* 2.

alba. CANELLA. *Murr.* Winterania Canella. *Syft. ed.* 13. *p.* 369. *Suppl. p.* 247. — Arbor baccifera, laurifolia aromatica, fructu viridi calyculato racemofo. *Sloane Hift. Jam.* 2. *p.* 87. *t.* 191. *f.* 2. *Catefby carol.* 2. *p.* 50. *t.* 50.

Canella foliis oblongis obtusis nitidis, racemis terminalibus *Brown. jam. 275. t. 27. f. 3. Arbor Jamaicae aliarumque insularum Indiae occidentalis. Cortex hujus est Canella alba officinarum. – Utne ulterius confusio inter Canellam albam et corticem Winteranum arboresque, quae utrumque largiuntur, post Solandri, Fothergilli, Forsterorum, indaginem alatur, nolui ex Supplemento Winteraniae nomen huic plantae praefigere, sed Canellae albae nomen praetuli, utpote vetustum, simulque discrimini significando aptissimum.* M.

599. CRATAEVA. *Cor.* 3-petala. *Cal.* 4-fidus. *Bacca*
636. 1-locularis, polysperma.

gynandra. 1. C. inermis, foliis ovatis integerrimis, floribus gynandris.

Tapia. 2. C. inermis, foliolis integerrimis lateralibus basi antica brevioribus. *Calyx quadrifidus. Flos gynandrus.*

Marmelos. 3. C. spinosa, fol. serratis. *Calyx quinquefidus. Petala nulla. Stam. 60. An distincti generis?*

600. TRIUMFETTA. *Cor.* 5-petala. *Cal.* 5-phyllus.
637. *Caps.* hispida, in 4 dissiliens.

Lappula. 1. T. foliis basi emarginatis, floribus ecalyculatis. Triumfetta floribus calyce destitutis. *Jam. amer. 146. — Ed. 2. pict. p. 72.* M. (*Excluso synonymo Brownii*). *Singulare, quod calyx nullus sit.*

Bartramia. 2. T. fol. basi integris indivisis. *Orientalis differt foliis angulatis.*

semitriloba. 3. T. fol. semitrilobis, flor. completis. *Mant. 73.– Jacq. hort. v. 3. t. 76.* M.

annua. 4. T. fol. ovatis indivisis rariusve lobatis. *Mant. 73.*

. . EURYA. *Cor.* 5-petala. *Cal.* 5-phyllus, calyculatus *Caps.* 5-locularis. *Stam.* 13. *Thunb. Diss. n. gen. pl. p. 68.* M.

japonica. 1. Eurya. *Thunb. l. c. Japon. mspt.* Fisakaki *Kämpf. amoen. exot. p. 778.* M.

601. PEGANUM. *Cor.* 5-petala *Cal.* 5-phyllus, f. o.
638. *Capf.* 3-locularis, 3-valvis, polyfperma.

Harmala. 1. P. foliis multifidis.
dauricum. 2. P. fol. indivifis. Ruta foliis fimplicibus alternis. *Gmel. fibir. 4. p. 176. t. 68. f. 2.*

1263. HUDSONIA. *Cor.* nulla. *Cal.* 5-phyllus, tubulofus. *Stam.* 15. *Capf.* 1-locularis, 3-valvis, 3-fperma.

ericoides. 1. HUDSONIA. *Mant.* 74. Ericaeformis fuffrutex virginianus, floribus exiguis, vafculo feminali oblongo trifariam divifo. *Pluk. mant.* 88.

1392. DODECAS. *Cor.* 5-petala. *Cal.* femiquadrifidus, corollifer fuperus. *Capf.* 1-locularis, calyce connata. *Suppl. p.* 36.

furinamenfis. 1. DODECAS. *Suppl. p.* 245.

602. NITRARIA. *Cor.* 5-petala, petalis apice fornicatis. *Cal.* 5-fidus. *Stam.* 15. *Drupa* monofperma.
638.

Schoberi. 1. NITRARIA. *Act. nov. petrop. 7. p. 315. t. 10. Murr. Fl. gott. p. 191. t. 2.*

603. PORTULACA. *Cor.* 5-petala. *Cal.* 2-fidus. *Capf,* 1-locularis, circumfciffa, aut 3-valvis.
638.

oleracea. 1. P. foliis cuneiformibus, floribus feffilibus. *Capf. circumfciffa.*
pilofa. 2. P. fol. fubulatis alternis: axillis pilofis, flor. feffilibus terminalibus. *Capf. circumfciffa.*
quadrifida. 3. P. bracteis quaternis, flor. quadrifidis, caule geniculis pilofis. *Mant.* 73. *Capf. circumfciffa.*
halimoides. 4. P. fol. oblongis carnofis, caul. corymbofo, flor. feffilibus. *Capfula circumfciffa.*
triangularis. 5. P. fol. obovatis planiufculis, racemo fimplici triquetro. Portulaca triangularis. *Jacq. obf.* 35. *t.* 23. — *Ed. 2. pict. p.* 73. M. Chamaeciftus ameri-

americana, portulacae folio, flore albo. *Herm. parad.* 21. *Capsula trivalvis.*

crassifolia. 6. P. fol. lanceolatis planis, racemis triquetris, caule erecto. *Jacq in Litt. Hort. v.* 3. *t.* 52. M.

Anacampseros. 7. P. fol. ovatis gibbis, pedunc. multifloro, caule fruticoso. *Capsula trivalvis.*

patens. 8. P. fol. lanceolato-ovatis planis, panicula ramosa, cal. diphyllis. *Mant.* 242. Portulaca *paniculata*, floribus paniculatis. *Jacq. amer.* 22. — *Ed.* 2. *pict. p.* 73. *t.* 136. *Hort. v.* 2. *t.* 151. M. *Caps. trivalvis.*

meridiana. 9. P. fol. ellipticis carnosis planis, geniculis pilosis, flor. sessilibus terminalibus. *Suppl. p.* 248.

fruticosa. 10. P. fol. obovatis planiusculis, pedunc. racemosis, cal. pentaphyllis, caule fruticoso. *Cal.* 5-*phyllus. Capsula* 3-*valvis.*

604. LYTHRUM. *Cal.* 12-fidus. *Petala* 6, calyci inserta. *Caps.* 2-locularis, polysperma.
640.

Salicaria. 1. L. foliis oppositis cordato-lanceolatis, floribus spicatis dodecandris. — *Fl. dan. t.* 671. M.

virgatum. 2. L. fol. oppositis lanceolatis, panic. virgata, flor. dodecandris ternis. Lythrum *austriacum*, foliis oppositis lineari-lanceolatis subsessilibus nitidis. *Jacq. vind.* 243 — Lythrum virgatum M. *austr. t.* 7. Lysimachia rubra non siliquosa. *Bauh. pin.* 246. Lysimachia purpurea 2. f. minor. *Clus. hist.* 2. *p.* 51. *Variat rarius foliis alternis.*

fruticosum. 3. L. fol. oppositis subtus subtomentosis, flor. decandris, coroll. calyce, calyceque genitalibus brevioribus. *Flores solitarii, pedunculati, subterminales.*

verticillatum. 4. L. fol. oppositis subtus tomentosis subpetiolatis, flor. verticillatis lateralibus. *Pedunculi multiflori, brevissimi.*

petiolatum. 5. L. fol. oppositis linearibus petiolatis, flor. dodecandris.

lineare. 6. L. fol. oppositis linearibus, flor. oppositis hexandris.

Parsonsia. 7. L. fol. oppositis ovalibus, flor. alternis hexandris sessilibus, caule diffuso. *Folia trinervia. Flores solitarii.*

Mela-

Melanium. 8. L. fol. oppofitis ovatis, floribus alternis fubdecandris, caule proftrato.

Cuphea. 9. L. fol. oppofitis petiolatis ouato-oblongis fcabriufculis, floribus dodecandris. *Suppl. p. 249.* Cuphea vifcofiffima *Jacq. hort. v. 2. t. 177.*

triflorum. 10. L. glaberrimum, fol. oppofitis fubfeffilibus lanceolatis integris, pedunculis axillaribus oppofitis, capitulo trifloro. *Suppl. p. 249.*

Pemphis. 11. L. fruticofum hirfutum, fol. oppofitis oblongis integris, flor. axillaribus pedunculatis folitariis, capfula circumfciffa uniloculari. *Suppl. p. 249.*

racemofum. 12. L. diffufum, fol. oppofitis petiolatis ovatis, racemis terminalibus, floribus oppofitis. *Suppl. p. 250.*

dipetalum. 13. L. hifpido-vifcofum, fol. ternis f. oppofitis feffilibus ouatis, flor. axillaribus nutantibus dipetalis. *Suppl. p. 250.*

Hyffopifolia. 14. L. fol. alternis linearibus, flor. hexandris. *Mant. 394.* — *Jacq. Fl. auftr. v. 2. t. 133.* M.

Thymifolia. 15. L. fol. alternis linearibus, flor. tetrapetalis. *Flores folitarii, feffiles. Caulis erectus.*

605. GINORA. 642. *Cal.* 6-fidus. *Petala* 6. *Capf.* 1-locularis, 4-valvis, colorata, polyfperma.

americana. 1. *Jacq. amer. 148. t. 91.* — *Ed. 2. pict. p. 73. t. 137.* M.

D I G Y N I A.

606. HELIOCARPUS. 643. *Cal.* 4-phyllus. *Petala* 4. *Styli* fimplices. *Capf.* 2-locularis, compreffa, utrinque longitudinaliter radiata.

americana. 1. Heliocarpus.

607. AGRIMONIA. 643. *Cal.* 5-dentatus, altero obvallatus. *Petala* 5. *Sem.* 2, in fundo calycis.

Eupatoria. 1. A. foliis caulinis pinnatis: impari petiolato, fructibus hifpidis. *Fl. dan. t. 588.* — *Mill. illuftr. ic.* M.

repens. 2. A. fol. caulinis pinnatis: impari feffili, fruct. hifpidis.

decumbens. 3. A. fol. pinnatis hirfutis, caule procumbente, fructibus undique hifpido-uncinatis. *Suppl. p. 251.*

Agrimonioides. 4. A. fol. caulinis ternatis, fruct. glabris. Agrimonoides. *Barr. ic. 612.*

TRIGYNIA.

608. RESEDA. 643. *Cal.* 1-phyllus, partitus. *Petala* laciniata. *Capf.* ore dehifcens, 1-locularis.

Luteola. 1. R. foliis lanceolatis integris bafi utrinque unidentatis, calycibus quadrifidis. — *Fl. dan. t. 864.* M.

canefcens. 2. R. fol. lanceolatis undulatis pilofis. *Radix perennis. Caulis pedalis, erectiufculus, pilofus pilis albis. Rami ex alis fuperioribus feriores. Folia alterna, feffilia, lanceolata, carina pilofa, vix ciliata, integerrima absque dente, undulata. Racemus terminalis. Floribus albis. Antherae luteae 11. Germina 6, infidentia ftipiti communi.*

glauca. 3. R. fol. linearibus bafi dentatis, flor. tetragynis.

purpurafcens. 4. R. fol. linearibus obtufis, flor. pentagynis.

Sefamoides. 5. R. fol. lanceolatis integris, fruct. ftellatis.

fruticulofa. 6. R. fol. pinnatis apice recurvatis, flor. tetragynis, calyc. patentibus quinquepartitis, caule bafi fruticofo.

alba. 7. R. fol. pinnatis, flor. tetragynis, calyc. fexpartitis.

undata. 8. R. fol. pinnatis undulatis, flor. trigynis tetragynisve.

lutea. 9. R. fol. omnibus trifidis: inferioribus pinnatis. — *Jacq. Fl. auftr. v. 4. t. 353.* M. *Folia faepius undulata.*

Phyteuma. 10. R. fol. integris trilobisque, cal. maximis fexpartitis. — *Jacq. Fl. auftr. v. 2. t. 132.* M.

mediterranea. 11. R. fol. integris trilobisque, calycibus flore brevioribus. *Mant. 564.*

odo-

odorata. 12. R. fol. integris trilobisque, calyc. florem aequantibus.

609. EUPHORBIA. *Cor.* 4-f. 5-petala, calyci insidens. *Cal.* 1-phyllus, ventricosus. *Caps.* 3-cocca.
646.

* *Fruticosae, aculeatae.*

antiquorum. 1. E. aculeata subnuda triangularis articulata: ramis patentibus.

canariensis. 2. E. aculeata nuda subquadrangularis: aculeis geminatis. *Mant.* 394.

heptagona. 3. E. aculeata nuda septemangularis: spinis solitariis subulatis floriferis.

mammillaris. 4. E. aculeata nuda: angulis tuberosis spinis interstinctis.

cereiformis. 5. E. aculeata nuda multangularis: spinis solitariis subulatis.

officinarum. 6. E. aculeata nuda multangularis: aculeis geminatis.

neriifolia. 7. E. aculeata: angulis oblique tuberculatis.

** *Fruticosae, inermes.*

(*Caulis nec dichotomus, nec umbelliferus.*)

Caput medusae. 8. E. inermis imbricata tuberculis foliolo lineari instructis.

mauritanica. 9. E. inermis seminuda fruticosa filiformis flaccida, fol. alternis.

Tirucalli. 10. E. inermis seminuda fruticosa filiformis erecta, ram. patulis determinate confertis.

Tithymaloides. 11. E. inermis fruticosa, fol. distiche alternis ovatis. *Jacq. amer.* 149. *t.* 92. — *Ed.* 2. *pict. p.* 74. *t.* 138. M.

heterophylla. 12. E. inermis, fol. serratis petiolatis difformibus ovatis lanceolatis panduriformibus.

cotinifolia. 13. E. fol. oppositis subcordatis petiolatis emarginatis integerrimis, caule fruticoso. *An species duae simillimae?*

ocymoidea. 14. E. inermis herbacea ramosa, fol. subcordatis integerrimis petiolo brevioribus, flor. solitariis.

*** *Dichotomae* (*umbella bifida aut nulla*).

origanoides. 15. E. dichotoma, fol. serrulatis ovatis obtusis trinerviis, panicula terminali, caul. simplicibus.

hypericifolia. 16. E. dichotoma, fol. ferratis ovali-oblongis glabris, corymb. terminalibus, ramis divaricatis.

maculata. 17. E. dichotoma, fol. ferratis oblongis pilofis, flor. axillaribus folitariis, ramis patulis. — *Jacq. hort. v. 2. t. 186.* M. *Similis E. hypericifoliae.*

hirta. 18. E. dichotoma, fol. ferrulatis ovatis acuminatis, pedunc. capitatis axillaribus, caul. pilofis.

pilulifera. 19. E. dichotoma, fol. ferratis ovali-oblongis, pedunc. bicapitatis axillaribus, caule erecto.

hyffopifolia. 20. E. dichotoma, fol. fubcrenatis linearibus, flor. fafciculatis terminalibus, caul. erecto.

thymifolia. 21. E. dichotoma, fol. ferratis ovali-oblongis, capitulis axillaribus glomeratis fubfeffilibus, caul. procumbentibus.

parviflora. 22. E. fubdichotoma, fol. ferratis oblongis glabris, flor. folitariis, caul. erectiufculo alterne ramofo. *Folia faepe macula fufca. Calyces purpurei. Petala alba.*

canefcens. 23. E. dichotoma, fol. integris fubrotundis pilofis, flor. folitariis axillaribus, caul. procumbentibus.

Chamaefyce. 24. E. dichotoma, fol. crenulatis fubrotundis glabris. flor. folitariis axillaribus, caul. procumbentibus. *Mant. 393.*

Peplis. 25. E. dichotoma, fol. integerrimis femicordatis, flor. folitariis axillaribus, caul. procumbentibus.

polygonifolia. 26. E. fol. oppofitis integerrimis lanceolatis obtufis, flor. folitariis axillaribus, caul. procumbentibus.

graminea. 27. E. dichotoma, fol. lanceolato-ellipticis petiolatis integerrimis, caul. erecto, pedunc. dichotomis. *Jacq. amer. 151.* — *Ed. 2. pict. p. 74. t. 139.* M. *Obf. 1. p. 5. t. 31. Mant. 74.*

Ipecacuanhae. 28. E. dichotoma, fol. integerrimis lanceolatis, pedunc. axillaribus unifloris folia aequantibus, caule erecto.

portulacoides. 29. E. dichotoma, fol. integerrimis ovalibus retufis, pedunc. axillaribus unifloris folia aequantibus, caule erecto.

myrtifolia. 30. E. dichotoma, fol. integerrimis fubrotundis emarginatis fubtus incanis, flor. folitariis, caul. erecto.

**** *Umbella trifida.*

Peplus. 31. E. umbella trifida: dichotoma, involucellis ovatis, fol. integerrimis obovatis petiolatis. β. Peplis minor. *Bauh. hist. 3. p. 670. Petala lunata.*

falcata. 32. E. umbella trifida: dichotoma, involucell. subcordatis mucronatis, fol. lanceolatis obtusiusculis. — *Jacq. Fl. austr. v. 2. t. 121.* M. Tithymalus annuus supinus, folio rotundiore acuminato. *Tournef. inst. 87.* Pithyusa minor subrotundis et acutis foliis. *Barr. ic. 751.* Tithymalus Esula exigua chalepensis ramosior, foliis latioribus lintriformibus. *Moris. hist. 3. p. 339.*

exigua. 33. E. umbella trifida: dichotoma: involucell. lanceolatis, fol. linearibus. *Fl. dan. t. 592. Pet. lunata, Fr. laevis.*

tuberosa. 34. E. umbella trifida, involucro tetraphyllo, caule nudo, fol. oblongis emarginatis.

divaricata. 35. E. umbella trifida vel quadrifida, caule fruticoso trichotomo. *Jacq. in Litt. Misc. v. 3. Icon. rar.* M.

***** *Umbella quadrifida.*

Lathyris. 36. E. umbella quadrifida: dichotoma, foliis oppositis integerrimis. — *Mill. illustr. ic.* M.

terracina. 37. E. umbella quadrifida: dichotoma, fol. alternis lanceolatis retusis mucronatis. Euphorbia umbella quadrifida: bifida, foliolis cuneiformi linearibus tridentatis. *Allion. corsic. 209. t. 3.?* —

diffusa. 38. E. umbella quadrifida vel quinquefida dichotoma, caule diffusissimo, fol. cuneiformibus integerrimis alternis. *Jacq. in Litt. Misc. 2. p. 311. qui praecedentis speciei synonymon ad hanc refert.* M.

Apios. 39. E. umbella quadrifida: bifida, involucellis reniformibus: primis obcordatis. *Rami steriles, Foliis lineari-lanceolatis, obtusis; Floriferi vero Fol. subrotundo-ovatis. Umbella 4-fida, 2-fida, nec ultra. Involucrum universale 4-phyllum: foliolis subrotundis, vix acutis. Involucella priora foliolis obcordatis; posteriora reniformibus, vix mucronatis.*

****** *Umbella quinquefida.*

genistoides. 40. E. umbella quinquefida bifida, involucellis ovatis, fol. linearibus erectis, caule frutescente. *Mant. 564. Berg. cap. 146. Petala lunata. Capsulae glabrae.*

spinosa. 41. E. umbella subquinquefida: simplici, involucellis ovatis: primariis triphyllis, fol. oblongis integerrimis, caule fruticoso. *Mant. 393. Flores saepius solitarii. Capsulae verrucosae. Petala rotunda.*

epithymoides. 42. E. umbella qninquefida: bifida, involucellis ovatis, fol. lanceolatis obtusis subtus villosis. — *Jacq. Fl. austr. v. 5. t. 344* M.

dulcis. 43. E. umbella quinquefida: bifida, involucell. subovatis, fol. lanceolatis obtusis integerrimis. Tithymalus tuberosus germanicus. *Bauh. pin. 292. Juss. Involucella subtilissime serrata. Fructus ruber, muricatus. Pet. integra. Variat foliis villosis.*

carniolica. 44. E. umbella quinquefida, radiis nutantibus, involucris involucellis et foliis lanceolatis. *Jacq. in Litt. Fl. austr. v. 5. app. t. 14.* M.

Pithyusa. 45. E. umbella quinquefida: bifida, involucell. ovatis mucronatis, fol. lanceolatis: infimis involutis retrorsum imbricatis.

portlandica. 46. E. umbella quinquefida: dichotoma, involucell. subcordatis concavis, fol. lineari-lanceolatis glabris patentibus. *Caules hyeme rubri.*

saxatilis. 47. E. umbella quinquefida: bifida, involucris et involucellis cordatis, foliis oblongis glabris. *Jacq. in Litt. Fl. austr. v. 4. t. 345.* M.

Paralias. 48. E. umbella subquinquefida: bifida, involucell. cordato-reniformibus, fol. sursum imbricatis. — *Jacq. hort. v. 2. t. 188.* M. *Pet. integra. Planta glauca.*

aleppica. 49. E. umbella quinquefida: dichotoma, involucell. ovato-lanceolatis mucronatis, fol. inferioribus setaceis.

pinea. 50. E. umbella quinquefida: dichotoma, involucell. cordatis, fol. linearibus acuminatis confertis, caps. laeviusculis.

segetalis. 51. E. umbella quinquefida: dichotoma, involucell. cordatis acutis, fol. lineari-lanceolatis: superioribus latioribus. *Ger. prov. 538. (Exclude Bau-*

Bauhini ſynonymon).–Jacq. Fl.auſtr.t.450. M. *Petala lanata. Fructus laevis angulis ſcabris, umbella ſaepe longitudine totius plantae. Involucella fere ſemiorbiculata. Rami etiam floriferi infra umbellam.*

helioſcopia. 52. E. umbella quinquefida: trifida: dichotoma, involucell. obovatis, fol. cuneiformibus ſerratis. *Pet. integra. Fructus laevis.* — *Fl. dan. t. 725.* M.

ſerrata. 53. E. umbella quinquefida: trifida: dichotoma, involucell. diphyllis reniformibus, fol. amplexicaulibus cordatis ſerratis.

verrucoſa. 54. E. umbella quinquefida: ſubtrifida: bifida, involucell. ovatis, fol. lanceolatis ſerratis villoſis, capſ. verrucoſis. *Caules decumbentes. Petala integra.*

corollata. 55. E. umbella quinquefida: trifida: dichotoma, involucell. foliisque oblongis obtuſis, petal. membranaceis.

coralloides. 56. E. umbella quinquefida: triſida: dichotoma, involucell. ovatis, fol. lanceolatis, capſ. lanatis.

piloſa. 57. E. umbella quinquefida: trifida: bifida, involucell. ovatis, petal. integris, fol. lanceolatis ſubpiloſis apice ſerrulatis. *Similis E. paluſtri.*

orientalis. 58. E. umbella quinquefida: quadrifida: dichotoma, involucell. ſubrotundis acutis, fol. lanceolatis.

platyphyllos. 59. E. umbella quinquefida: trifida: dichotoma, involucell. carina piloſis, fol. ſerratis lanceolatis, capſ. verrucoſis. — *Jacq. Fl. auſtr. v. 4. t. 76.* M. *Petala integra. Tenellae adhuc foliis macula rubra e lineolis inſidet.*

******* *Umbella multifida.*

Eſula. 60. E. umbella multifida: bifida, involucell. ſubcordatis, petal. ſubbicornibus, ram. ſterilibus, fol. uniformibus. Euphorbia umbella multifida bifida involucellis triangulari-cordatis, fol. ſuperioribus latioribus. *Ger. prov. 540.* Tithymalus foliis pini, forte Dioſcoridis Pithyuſa. *Bauh. pin. 292.* Tithymalus amygdaloides anguſtifolius. *Tabern. ic. 541. Vaill. pariſ. 192.* Tithymalo maritimo affinis, linariae folio. *Bauh. pin. 291.* Eſula *Riv. tetr. 227.*

 gerar-

gerardiana. 61. E. umbella multifida dichotoma, involucellis subrotundis, petalis integerrimis, ramis nullis, fol. uniformibus. *Jacq. in Litt. Fl. austr. v. 5. t. 436. Synonymon Gerardi praecedenti speciei tributum huc refer.* M.

Cyparissias. 62. E. umbella multifida: dichotoma, involucell. subcordatis, ramis sterilibus, foliis setaceis: caulinis lanceolatis. *Mant. 394. Jacq. Fl. austr. v. 5. t 435.* M. *Pet. lunata. Fructus laevis.*

myrsinites. 63. E. umbella suboctofida: bifida, involucell. subovatis, fol. spatulatis patentibus carnosis mucronatis margine scabris.

palustris. 64. E. umbella multifida: subtrifida: bifida, involucell. ovatis, fol. lanceolatis, ramis sterilibus. – *Jacq. Misc. v. 2. p. 314. Fl. dan. t. 866.* M. Esula palustris. *Riv. tetr. 230. Petala integra. Fructus verrucosus.*

hyberna. 65. E. umbella sexfida: dichotoma, involucell. ovalibus, fol integerrimis, ramis nullis, caps. verrucosis.

dendroides. 66. E. umbella multifida: dichotoma, involucell. subcordatis: primariis triphyllis, caule arboreo.

amygdaloides. 67. E. umbella multifida: dichotoma, involucell. perfoliatis orbiculatis, fol. obtusis. *Mant. 394.* Esula caule crasso. *Riv. tetr. 227.*

sylvatica. 68. E. umbella quinquefida: bifida, involucell. perfoliatis subcordatis, fol. lanceolatis integerrimis. *Mant.* – *Jacq. Fl. austr. v. 4. t. 375.* M. *Petala lunata.*

Characias 69. E. umbella multifida: bifida, involucell. perfoliatis emarginatis, fol. integerrimis, caule frutescente. *Mant. 394.*

1393. VISNEA. *Cor.* 5-petala. *Cal.* 5-phyllus, inferus. *Stigmata* tria. Nux 2-s. 3-locularis semiinfera. *Suppl. p. 36.*

Mocanera. 1. VISNEA. *Suppl. p. 251.*

1394.

1394. TACCA. *Cor.* 6-petala, fornicata. *Cal.* 6-phyllus, ſuperus. *Bacca* ſicca, angulata, 3-locularis. *Suppl. p. 37.*

pinnatifida. 1. TACCA. *Suppl. p. 251.*

1395. PALLASIA. *Cor.* 5-petala. *Cal.* o. *Nux* 4-angularis: angulis membranaceis, bifidis. *Suppl. p. 37.*

caſpica. 1. PALLASIA. *Suppl. p. 252.* Pterococcus aphyllus. *Pall. ic. vol. 2. p. 738. t. 5.*

PENTAGYNIA.

610. GLINUS. *Cal.* 5-phyllus. *Cor.* nulla. *Nectaria* ſetis bifidis. *Capſ.* 5-angularis; 5-locularis, 5-valvis, polyſperma. 663.

lotoides. 1. G. caule piloſo, foliis obovatis.

dictamnoides. 2. G. caule rigoſo, fol. orbiculatis tomentoſis. *Burm. ind. 113.* †. Alſine lotoides, dictamni cretici facie, maderaſpatana. *Pluk. amalth. 10. t. 356. f. 6.*

DODECAGYNIA.

612. SEMPERVIVUM. *Cal.* 12-partitus. *Petala* 12. *Capſ.* 12, polyſpermae. 664.

arboreum. 1. S. caule arboreſcente laevi ramoſo. *Caulis ſaepe radicans.*

canarienſe. 2. S. caule foliorum ruderibus lacero, fol. retuſis. *Caulis brevis, ſimplex.*

tectorum. 3. S. fol. ciliatis, propaginibus patentibus. — *Mill. illuſtr. ic. Fl. dan. t. 601.* M.

globiferum. 4. S. fol. ciliatis, propaginibus globoſis. *Petala 6. Stamina 6. Piſtilla 6. Jacq. Mygind. Petala 12. flava hirſuta ciliata. Haller.* — *Calyx hemiſphaericus, in lacinias lineares aequales 12, 16, 18 imo 20, profunde ſectus. Petala a 12 ad 18, lineari-lanceolata, integra, calycem triplo excedentia, flava, patentiſſima, ſubtus villoſa, per oras villoſo-ciliata, baſi ſubrubentia: Jacq. auſtr. v. 5. app. p. 50. t. 40.* M.

arachnoideum. 5. S. fol. pilis intertextis, propaginibus globosis. *Petala 9 purpurea. Haller. Foliorum fasciculi contracti, obtecti pilis longis. Gerard. Varietas S. montani. Hall.* — *Jacq. austr. v. 5. app. p. 51. t. 42.* M.

hirtum. 6. S. fol. caule petalorumque apicibus hirtis. *Petala 6. Stamina 12. Pistilla 6. Mygind. Petala 9, rosea, subhirsuta: Hall.* — *Calyx foliolis senis oblongis, acutiusculis, erectis, villosis. Petala 6, calyce duplo longiora, lanceolato-oblonga, acuta, ochroleuca, marginibus et dorso acute protuberante ciliata, patula: Jacq. austr. v. 1. p. 10. t. 12.* M.


montanum. 7. S. fol. integerrimis, propaginibus patulis. *Foliorum fasciculi expansi, pilis destituti. Gerard.* — *Calyx in 12 et ultra dentes semisectus. Petala pallidissime rosea, patentissima, lineari-lanceolata, villosa a 12 ad 24. Propagines globosae, tum patentissimae: Jacq. austr. v. 5. app. p. 50. t. 41.* M.

sediforme. 8. S. fol. sparsis inferioribus teretibus; superioribus depressis. *Jacq. hort. t. 81.*



CLAS-





CLASSIS XII.

I C O S A N D R I A.

M O N O G Y N I A.

613. Cactus. *Cal.* ſuperus, 1-phyllus. *Cor.* multifida. *Bacca* 1-locularis, polyſperma.
616. Eugenia. *Cal.* ſuperus, 4-partitus. *Cor.* 4-petala. *Drupa* 1-locularis, 1-ſperma.
614. Philadelphus. *Cal.* ſuperus, 5-ſ. 4-partitus. *Cor.* 5-ſ. 4-petala. *Capſ.* 5-ſ. 4-locularis, polyſperma.
615. Psidium. *Cal.* ſuperus, 5-fidus. *Cor.* 5-petala. *Bacca* 1-locularis, polyſperma.
617. Myrtus. *Cal.* ſuperus, 5-fidus. *Cor.* ſub 5-petala. *Bacca* 3-locularis, 1-ſperma.
618. Punica. *Cal.* ſuperus, 5-fidus. *Cor.* 5-petala. *Pomum* 10-loculare, polyſpermum.
619. Amygdalus. *Cal.* inferus, 5-fidus. *Cor.* 5-petala. *Drupa* nucleo foraminuloſo.
620. Prunus. *Cal.* inferus, 5-fidus. *Cor.* 5-petala. *Drupa* nucleo integro.
621. Chrysobalanus. *Cal.* inferus, 5-fidus. *Cor.* 5-petala. *Drupa* nucleo ſulcato.
671. Plinia. *Cal.* inferus 4-ſ. 5-partitus. *Cor.* 4-ſ. 5-petala. *Drupa* ſulcata.
1396. Sonneratia. *Cal.* inferus, 6-fidus. *Cor.* 6-petala. *Capſ.* multilocularis.

D I G Y N I A.

622. Crataegus. *Cal.* ſuperus, 5-fidus. *Cor.* 5-petala. *Bacca* 2-ſperma.

T R I G Y N I A.

623. Sorbus. *Cal.* ſuperus, 5-fidus. *Cor.* 5-petala. *Bacca* 3-ſperma.
424. Sesuvium. *Cal.* inferus, 5-fidus. *Cor.* nulla. *Capſ.* 3-locularis, circumſciſſa.

PENTAGYNIA.

627. TETRAGONIA. *Cal.* ſuperus. 5-ſ. 4-fidus. *Cor.* o. *Peric.* nucleo 5-ſ 4-loculari.
625. MESPILUS. *Cal.* ſuperus, 5-fidus. *Cor.* 5-petala. *Bacca* 5-ſperma.
626. PYRUS. *Cal.* ſuperus, 5-fidus. *Cor.* 5-petala. *Pomum* 5-loculare, polyſpermum.
628. MESEMBRYANTHEMUM. *Cal.* ſuperus, 5-fidus. *Cor.* multifida. *Capſ.* carnoſa, locularis, polyſperma.
629. AIZOON. *Cal.* inferus, 5-fidus. *Cor.* o. *Capſ.* 5-locularis, polyſperma.
630. SPIRAEA. *Cal.* inferus, 5-fidus. *Cor.* 5-petala. *Capſ.* plures, congeſtae.

POLYGYNIA.

631. ROSA. *Cal.* 5-fidus. *Cor.* 5-petala. *Cal.* baccatus, polyſpermus.
632. RUBUS. *Cal.* 5-fidus. *Cor.* 5-petala. *Bacca* compoſita.
635. TORMENTILLA. *Cal.* 8-fidus. *Cor.* 4-petala. *Sem.* 8. mutica.
637. DRYAS. *Cal.* 5-10-fidus. *Cor.* 5-8-petala. *Sem.* plurima: ariſta lanata.
633. FRAGARIA. *Cal.* 10-fidus. *Cor.* 5-petala. *Sem.* plurima ſupra recept. baccatum, decidua.
634. POTENTILLA. *Cal.* 10-fidus. *Cor.* 5-petala. *Sem.* plurima; mutica.
636. GEUM. *Cal.* 10-fidus. *Cor.* 5-petala. *Sem.* plurima: ariſta geniculata.
638. COMARUM. *Cal.* 10-fidus. *Cor.* 5-petala. *Sem.* plurima ſupra recept. carnoſum perſiſtens.
639. CALYCANTHUS. *Cal.* ſquamoſus, corollinus. *Cor.* o. *Sem.* caudata calyce ſucculento.

* *Spiraea Filipendula, Ulmaria.*
* *Phytolacca icoſcandra.*

MONO-

MONOGYNIA.

613. CACTUS. *Cal.* 1-phyllus, ſuperus, imbricatus.
666. *Cor.* multiplex. *Bacca* 1-locularis, polyſperma.

* Echinomelocacti, *ſubrotundi.*

mammillaris. 1. C. ſubrotundus tectus tuberculis ovatis barbatis.

Melocactus. 2. C. ſubrotundus quatuordecimangularis.
β. Cactus ſubrotundus 14-angularis: ſpinis longis recurvis albidis. *Mill. dict.*
γ. Cactus ſubrotundus 15-angularis: ſpinis latis recurvis creberrimis. *Mill. dict.*
δ. Cactus ſubrotundus 15-angularis, ſpinis erectis, angulis in ſpiram contortis. *Mill. dict.*

** Cerei *erecti, ſtantes per ſe.*

Pitajaya. 3. C. erectus triangularis. *Jacq. amer. 151. — Ed. 2. p. 75.* M. *E Carthagena.*

heptagonus. 4. C. erectus oblongus ſeptemangularis.

tetragonus. 5. C. erectus quadrangularis longus: angulis compreſſis.

hexagonus. 6. C. erectus ſexangularis longus: angulis diſtantibus.

pentagonus. 7. C. erectus ſubquinquangularis longus articulatus.

repandus. 8. C. erectus longus octangularis: angulis compreſſis undatis, ſpinis lana longioribus.

lanuginoſus. 9. C. erectus longus ſubnovemangularis: angulis obſoletis, ſpinis lana brevioribus.

peruvianus. 10. C. erectus longus ſuboctangularis: angulis obtuſis. *Anguli ſuperne inermes. Mill.*

Royeni. 11. C. erectus articulatus novemangularis: articulis ſubovatis, ſpinis lanam aequantibus. Cereus erectus gracilis ſpinoſiſſimus: ſpinis flavis, polygonus, lanugine albo-palleſcente. *Boerh. lugdb. 1. p. 293.* Cereus erectus, fructu rubro non ſpinoſo, lanuginoſus. *Herm. par. 115.*

*** Cerei *repentes, radiculis lateralibus.*

grandiflorus. 12. C. repens ſubquinquangularis. *Herm. par. 120.*

flagelli-

flagelliformis. 13. C. repens decemangularis.

parasiticus. 14. C. repens teres striatus muticus.

triangularis. 15. C. repens triangularis. *Jacq. amer. 152.* — *Ed. 2. p. 75.* M. **Act. helv. 5. p. 268. t. 2.* Melocactus americanus repens trigonus, flore albo, fructu violaceo. *Plum. ic. 199, 200?*

**** Opuntiae, *compressae articulis proliferis.*

moniliformis. 16. C. articulato-prolifer, articulis globosis spinosis glomeratis. *Plum. ic. 198.*

Opuntia. 17. C. articulato-prolifer laxus, articulis ovatis, spinis setaceis.

Ficus indica. 18. C. articulato-prolifer, articulis ovato-oblongis, spinis setaceis.

Tuna. 19. C. articulato-prolifer, articulis ovato-oblongis: spinis subulatis. *Munimenta urbium in ins. Eustachii. Jacq. 92.*

cochenillifer. 20. C. articulato-prolifer, articulis ovato-oblongis subinermibus.

curassavicus. 21. C. articulato-prolifer, articulis cylindrico-ventricosis compressis.

Phyllanthus. 22. C. prolifer ensiformi-compressus serrato-repandus.

Pereskia. 23. C. caule arboreo tereti aculeis geminis recurvis, fol. lanceolato-ovatis.

portulacifolius. 24. C. caule tereti arboreo spinoso, fol. cuneiformibus retusis.

614. PHILADELPHUS. *Cal.* 4-s. 5-partitus, superus, 671. *Petala* 4-s. 5. *Caps.* 4-s. 5-locularis, polysperma.

coronarius. 1. P. foliis subdentatis.

inodorus. 2. P. fol. integerrimis.

615. PSIDIUM. *Cal.* 5-fidus, superus. *Petala* 5. *Bacca* 672. 1-locularis, polysperma.

pyriferum. 1. P. foliis lineatis obtusiusculis, pedunculis unifloris. *Jacq. obs. 2. p. 6. t. 31.* Psidium fruticosum, foliis ovatis venosis, fructu majore. *Brown. jam. 238.* Malo puniceo affinis pomifera, flore pentapetalo albo, fructu ex toto esculento majore albo. *Sloan. hist. 2. p. 163. Guajava* vulgo.

pomi-

pomiferum. 2. P. fol. lineatis acuminatis, pedunc. trifloris. *Jacq. obſ. 2. p. 7. t. 31.* *Cujavus* vulgo.

decaſpermum. 3. P. fol. ovatis acuminatis planis, pedunculis unifloris bracteatis. *Suppl. p. 252.*

616. EUGENIA. *Cal.* 4-partitus, ſuperus. *Petala* 4. 672. *Drupa* 1-ſperma, 4-angularis.

malaccenſis. 1. E. foliis integerrimis, pedunculis ramoſis lateralibus.

Jambos. 2. E. fol. integerrimis, pedunc. ramoſis terminalibus

Pſeudo-Pſidium. 3. E. fol. integerrimis, pedunc. unifloris pluribus lateralibus terminalibusque. *Jacq. amer.* 152. — *Ed. 2. pict. p. 75. t. 140.* M.

uniflora. 4. E. fol. integerrimis cordato-lanceolatis, pedunc. unifloris lateralibus.

cotinifolia. 5. E. fol. ovatis obtuſis integerrimis, pedunc. unifloris. *Mant. 243. Jacq. obſ. 3. p. 3. t. 53.* †

acutangula. 6. E. fol. crenatis, pedunc. terminalibus, pomis oblongis acutangulis.

racemoſa. 7. E. fol. crenatis, racem. longiſſimis, pomis ovatis quadrangulis. *Racemi ſimpliciſſimi, longiſſimi.*

617. MYRTUS. *Cal* 5-fidus, ſuperus. *Petala* 5. *Bacca* 673. 2-ſ. 3-ſperma.

communis. 1. M. floribus ſolitariis: involucro diphyllo.

braſiliana. 2. M. flor. ſolitariis, pedunc. nudis, petal. ſubciliatis.

biflora. 3. M. pedunc. bifloris, fol. lanceolatis.

anguſtifolia. 4. M. pedunc. umbellatis, fol. lineari-lanceolatis ſubſeſſilibus. *Mant. 74. Similis M. biflorae.*

laevis. 5. M. pedunculis umbellatis, fol. ovatis acuminatis. *Thunb. jap. mſpt.* M.

lucida. 6. M. pedunc. ſubtrifloris, fol. ſubſeſſilibus lanceolatis attenuatis.

cumini. 7. M. pedunc. multifloris, foliis lanceolato-ovatis.

dioica. 8. M. pedunc. trichotomo-paniculatis, fol. oblongis, flor. dioicis.

Chytraculia. 9. M. pedunc. dichotomis paniculatis tomentoſis, fol. terminalibus ſubovatis geminis.

Zuzygium. 10. M. pedunc. multifloris, ramis dichotomis, fol. geminis ſubovatis terminalibus.

zeyla-

zeylanica. 11. M. pedunc. multifloris, fol. ovatis ſubpetiolatis.
androſae-moides. 12. M. pedunc. trifido-multifloris, fol. ſubovalibus ſeſſilibus.
caryophyl-lata. 13. M. pedunc. trifido-multifloris, fol. obovatis. *Jacq. obſ. 2. p. 1. t. 25. — Ejusd. amer. Ed. pict. p. 76.* M
Pimenta. 14. M. foliis alternis. *Calyx fructus inferus quadridentatus; floris vero ſuperus quadripartitus. Bacca 2-ſperma.*

618. PUNICA. *Cal.* 5-fidus, ſuperus. *Petala* 5. *Pomum* 676. multiloculare, polyſpermum.

Granatum. 1. P. foliis lanceolatis, caule arboreo. — *Mill. illuſtr. ic.* M.
nana. 2. P. fol. linearibus, caule fruticoſo. *Altitudo ped.* 5. *Folia breviora, anguſtiora. Floret tota aeſtate.*

619. AMYGDALUS. *Cal.* 5-fidus, inferus. *Petala* 5. 676. *Drupa* nuce poris perforata.

Perſica. 1. A. foliorum ſerraturis omnibus acutis, floribus ſeſſilibus ſolitariis.
communis. 2. A. fol. ſerraturis infimis glanduloſis, flor. ſeſſilibus geminis. *Italis ignota Catonis aevo: Nuces graecae.*
pumila. 3. A. foliis venoſo-rugoſis. *Mant. 74. 514. Herm. lugdb. 487. t. 489. Variat flor. plenis.*
nana. 4. A. fol. baſi attenuatis. *Mant. 396. In Calmuckia copioſiſſima.*

620. PRUNUS. *Cal.* 5-fidus, inferus. *Petala* 5. *Drupae* 677. nux ſuturis prominulis.

Padus. 1. P. floribus racemoſis, foliis deciduis baſi ſubtus biglanduloſis. *Fl. dan. t. 205.*
virginiana. 2. P. flor. racemoſis, fol. deciduis baſi antice glanduloſis. *Pado ſimillima, baccis majoribus rubris.*
canadenſis. 3. P. flor. racemoſis, fol. deciduis eglanduloſis lato-lanceolatis rugoſis utrinque pubeſcentibus (*Excluſo ſynonymo du Hamelii.*).
luſitanica. 4. P. flor. racemoſis, fol. ſempervirentibus eglanduloſis.
Lauro-Ceraſus. 5. P. flor. racemoſis, fol. ſempervirentibus dorſo biglanduloſis.

ellip-

elliptica. 6. P. flor. racemoſis, fol. ellipticis ſerratis glabris. *Thunb. jap mſpt.* M.

paniculata. 7. P. flor. paniculatis patulis, fol. ovatis. *Thunb. l. c.* M.

Mahaleb. 8. P. flor. corymboſis terminalibus, fol. ovatis. — *Jacq. Fl. auſtr. v. 3. t. 227.* M.

Armeniaca. 9. P. flor. ſeſſilibus, fol. ſubcordatis.

ſibirica. 10. P. flor. ſeſſilibus, fol. ovato oblongis.

pumila. 11. P. flor. ſubumbellatis, fol. anguſto-lanceolatis. *Mant. 75.* Prunus ſylveſtris humilior, fructu rubro praecoci minore, radice reptatrice. *Gron. Virg. 2. p. 76. Radix repens. Ramis virgatis purpuraſcentibus frutex. Folia ſubtus glauca ſ. pallida.*

Ceraſus. 12. P. umbellis ſubpedunculatis, fol. ovato-lanceolatis glabris conduplicatis.

avium. 13. P. umbellis ſeſſilibus, fol. ovato-lanceolatis ſubtus pubeſcentibus conduplicatis. *Mant. 397.* Varietates BIGARELLA, Ceraſa ſativa majora, *Bauh. pin. 450.* Ceraſus major, fructu cordato magno. *Raj. hiſt. 1538.* DURACINA Ceraſus craſſa carne dura. *Bauh. pin. 450. Ex urbe Ponti Ceraſo in Italiam, Romam transportata per Lucullum, ex victoria Actica Mithridato victo, ab urbe condita 680. Varietas Ceraſi κ. λ. huc referatur.*

penſilvanica. 14. P. umbellis ſeſſilibus, fol. ovato-lanceolatis, ramulis pallide punctatis. *Suppl. p. 252.*

domeſtica. 15. P. pedunculis ſubſolitariis, fol. lanceolato-ovatis convolutis, ramis muticis. *Gemmae floriferae aphyllae.*

inſititia. 16. P. pedunc. geminis, fol. ovatis ſubvilloſis convolutis, ramis ſpineſcentibus.

ſpinoſa. 17. P. pedunc. ſolitariis, fol. lanceolatis glabris, ramis ſpinoſis.

aſpera. 18. P. flor. ſolitariis terminalibus, fol. ovatis ſerratis aſperis. *Thunb. jap. mſpt.* M.

japonica. 19. P. pedunculis ſolitariis, fol. ovatis acuminatis glabris, ramis inermibus. *Thunb. jap. mſpt.* M.

glanduloſa. 20. P. pedunc. ſolitariis, fol. oblongis glanduloſo-ſerratis, ramis inermibus. *Thunb. l. c.* M.

inciſa. 21. P. pedunc. ſolitariis, fol. ovatis inciſo-ſerratis villoſis, ramis inermibus. *Thunb. l. c.* M.

tomen-

tomentosa. 22. P. pedunc. solitariis, fol. ovatis subtus tomentosis. *Thunb. l. c.* M.

671. PLINIA. *Cal.* 5-s. 4-partitus. *Petala.* 5 s. 4. *Drupa* supera, sulcata.
735.

crocea. 1. P. floribus pentapetalis. Plinia pinnata. *Sp. pl.* 735.

pedunculata. 2. P. flor. pedunculatis polyandris. *Suppl. p.* 253. Plinia rubra. *Syst. ed.* 13. *p.* 386. *Mant.* 243. Ibipitanga. *Marcg. bras.* 187. *A D. Allamando.*

621. CHRYSOBALANUS. *Cal.* 5-fidus. *Petala* 5. *Drupae* Nux 5-sulcata. 5-valvis.
681.

Icaco. 1. Crysobalanus. *Jacq. amer. pict. p.* 76. *t.* 141. M. Frutex folio cotini crasso in summitate deliquium patiente, fructu ovali coeruleo, *Catesb. car.* 1. *p.* 25. *t.* 25? Guajera *Margr. bras. t.* 2. *c.* 4.

1396. SONNERATIA. *Cal.* 6-fidus. *Petala* 6, subulata. *Caps.* multilocularis, succulenta: loculis polyspermis *Suppl. p.* 38.

acida. 1. Sonneratia. *Suppl. p.* 252.

DIGYNIA.

622. CRATÆGUS. *Cal.* 5-fidus. *Petala* 5. *Bacca* infera, 2-sperma.
681.

Aria. 1. C. foliis ovatis incisis serratis subtus tomentosis. *Fl. dan. t.* 302. — *Mill. illustr. ic.* M. *Arbor magna.*

torminalis. 2. C. fol. cordatis septangulis: lobis infimis divaricatis. — *Jacq. Fl. austr. v.* 5. *t.* 443. *Fl. dan. t.* 798. M. *Arbor magna.*

coccinea. 3. C. fol. cordatis repando-angulatis serratis glabris. *Mant.* 397.

viridis. 4. C. fol. lanceolato-ovatis subtrilobis serratis glabris, caule inermi. *Varietas C. coccinea. Gron. virg.* 76.

punctata.

punctata. 5. C. fol. obovatis basi attenuatis serratis glabris, caule inermi. *Jacq. in Litt Hort. v. 1. t. 28.* M.

Crus galli. 6. C. fol. lanceolato-ovatis serratis glabris, ramis spinosis. *Folia ovalia basi cuneata, nitida.*

tomentosa. 7. C. fol cuneiformi-ovatis serratis subangulatis, subtus villosis, ram. spinosis. *Calyces foliacei; Flores solitarii Mill. aut 2. f. 3: Folia Grossulariae. Spinae longae, angustae. L. B. de Munchh.*

indica. 8. C. fol. lanceolatis serratis, caule inermi, corymb. squamosis. *Arbor magna.*

Oxyacantha. 9. C. fol. obtusis subtrifidis serratis. — *Jacq. Fl. austr. v. 3. t. 292. f. 2. Fl. dan. t. 634* M.

monogyna. 10. C. fol. subtrifidis acutis, floribus monogynis. *Jacq. in. Litt. Fl. austr. v. 3. t. 292. f. 1.* M.

Azarolus. 11. B. fol. obtusis subtrifidis subdentatis.

maura. 12. C. fol. oblongis apice dentatis. *Suppl. p. 253.*

villosa. 13. C. fol. oblongis acuminatis glabris serratis, flor. umbella composita. *Thunb. jap. mspt.* M.

laevis. 14. C. fol. ovatis acuminatis glabris serratis, florum umbella subsimplici. *Thunb. l. c* M.

glabra. 15. C. fol. oblongis acutis glabris serratis, florum panicula composita. *Thunb. l. c.* M.

TRIGYNIA.

623. SORBUS. *Cal.* 5-fidus. *Petala* 5. *Bacca* infera, 3-sperma.
683.

aucuparia. 1. S. fol. pinnatis utrinque glabris. — *Mill. illustr. ic.* M.

hybrida. 2. S. fol. semipinnatis subtus tomentosis. *Linn. Dec. t. 6. Fl. dan. t. 311. Flores, Corymbus et Pistilla 3 S. aucupariae; Statura et Foliatura aliquatenus Crat. Ariae.*

domestica. 3. S. fol. pinnatis subtus villosis. — *Jcaq. Fl. austr. v. 5. t. 447.* M. *Grandaeva primum fructificat.*

624. SESUVIUM. *Cal.* 5-partitus, coloratus. *Petala* nulla. *Caps.* ovata, trilocularis, circumscissa, polysperma.
684.

Portulacastrum. 1. Sesuvium. — *Jacq. amer. pict. p. 77. t. 142.* M.

PENTAGYNIA.

625. MESPILUS. *Cal.* 5-fidus. *Petala* 5. *Bacca* infera, 684. 5-sperma.

Pyracantha. 1. M. spinosa, fol. lanceolato-ovatis crenatis, calyc. fructus obtusis.

germanica. 2. M. inermis, fol. lanceolatis subtus tomentosis, flor. solitariis sessilibus.

arbutifolia. 3. M. inermis, fol. lanceolatis crenatis subtus tomentosis.

Amelanchier. 4. M. inermis, fol. ovalibus serratis subtus hirsutis — *Jacq. Fl. austr. v. 3. t. 300.* M Amelanchier galloprovinciae. *Barr. ic. 527. Tenella lanata; adultior nuda. Affinis maxime Canadensi, Chamaemespilo.*

Chamae-Mespilus. 5. M. inermis, fol. ovalibus acute serratis glabris, flor. corymboso-capitatis. *Mant. 398 Jacq. vind 243. — Jacq. Fl. austr. v. 3. t 231.* M. *Dentes calycis tubo suo breviores, in Amelanch. tubo longiores. Flos digynus visus Hallero, Jacquino.*

canadensis. 6. M. inermis, fol. ovato-oblongis glabris serratis acutiusculis. *Tenera lanata; adultior nuda. racemi elongati.*

japonica. 7. M. inermis, fol. oblongis obtusis apice serratis subtus tomentosis. *Thunb. jap. mspt.* M.

Cotoneaster. 8. M. inermis, fol. ovatis integerrimis: subtus tomentosis. *Fl dan. t. 112. Flores laterales, foliis breviores, cernui.*

626. PYRUS. *Cal.* 5-fidus. *Petala* 5. *Pomum* inferum, 686. 5-loculare, polyspermum.

communis. 1. P. foliis serratis laevibus, floribus corymbosis.

Pollveria. 2. P. fol. serratis subtus tomentosis, flor. corymbosis. *Mant. 244.* Pyrus pollvilleriana. *Bauh. hist. 1. p. 59.*

Malus. 3. P. fol. serratis, umbellis sessilibus. — *Mill. illustr. ic.* M.

baccata. 4. P. fol. serratis, pedunc. confertis, pomis baccatis. *Mant. 75. Baccae Vitis ideae loculis dispermis; acidae.*

coronaria. 5. P. fol. serrato-angulosis, umbellis pedunculatis.

Cydo-

Cydonia. 6. P. fol. integerrimis, flor. solitariis. — *Jacq. Fl. austr. v. 4. t. 342.* M. *Poma hesperidum antiquis.*

nivalis. 7. P. fol. integerrimis, flor. corymbosis. *Suppl. p. 255. Jacq. Fl. austr. v. 2. t. 107.*

salicifolia. 8. G. fol. lineari lanceolatis canis subtus albo-tomentosis, flor. axillaribus solitariis subsessilibus. *Suppl. p. 255* Pyrus salicifolia. *Pall. it. v. 3. p. 734. t. N. f. 3.*

japonica. 9. P. fol. cuneatis glabris, flor. solitariis. *Thunb. jap. mspt.* M.

627. TETRAGONIA. *Cal.* 4-s. 5-partitus. *Petala* o.
687. *Drupa* infera, 5-s. 4-gona. 5-s. 4-locularis.

fruticosa. 1. T. foliis linearibus. *Mant. 398. Mill. ic. t. 263. f. 2.*

herbacea. 2. T. fol. ovatis. *Mant. 398. Mill. ic. t. 263. f. 1.*

ivaefolia. 3. T. erecta glabra, fol. petiolatis ovato-lanceolatis serratis, petalis deciduis. *Suppl. p. 257.* — Cercodia erecta. *Murr. in comm. gott. 1780. p. 3. t. 1. Male sculptor proprio ausu ramum repraesentavit erectum, quem ego depingi curaveram horizontalem. Ego semper numeravi stamina tantum octo et petala quatuor caduca; hinc a Tetragonia removenda. Suffrutex novae Zeelandiae.* Haloragis alata. *Jacq. misc. austr. vol. 2. p 332. Icon. rar.* M.

hirsuta. 4. T. herbacea hirsuta procumbens, fol. ovatis villosis, flor. axillaribus ternis sessilibus. *Suppl. p. 258.*

spicata. 5. T. herbacea glabra erecta, fol. inferioribus ovatis, supremis lanceolatis glabris, flor. racemosis. *Suppl. p. 258.*

expansa. 6. T. herbacea, ramis expansis elongatis, foliis parabolicis, floribus plerumque solitariis, fructu cornuto. *Murr. in comm. gott. 1783. t. 5.* Tetragonia cornuta *Banks. in Litt.* Demidovia tetragonoides. *Pall. hort. Demidof. c. ic.* M.

japonica. 7. T. — — — fol. subcordatis ovatis punctatis, flor. axillaribus solitariis. *Thunb. japon. mspt.* M.

628. MESEMBRYANTHEMUM. *Cal.* 5-fidus. *Petala* numerosa, linearia. *Caps.* carnosa, infera, polysperma.
687.

* *Albis corollis.*

nodiflorum. 1. M. foliis alternis teretiusculis obtusis basi ciliatis.

crystallinum. 2. M. fol. alternis ovatis papulosis, floribus sessilibus, calycibus late ovatis acutis retusis. *Suppl. p.* 259. Mesembryanthemum crystallinum. *Syst. ed.* 13. *p.* 389.

copticum. 3. M. fol. semiteretibus papulosis distinctis, flor. sessilibus axillaribus, calyc. quinquefidis. — *Jacq. hort. v.* 3. *t.* 6. M.

geniculiflorum. 4. M. fol. semiteretibus papulosis distinctis, flor. sessilibus axillaribus, calyc. quadrifidis.

noctiflorum. 5. M. fol. semicylindricis impunctatis distinctis, flor. pedunculatis, calyc. quadrifidis. *Flores incarnato-albi, noctu fragrantes.*

splendens. 6. M. fol. subteretibus impunctatis recurvis distinctis congestis, cal. digitiformibus terminalibus.

umbellatum. 7. M. fol. subulatis scabrido-punctatis connatis apice patulo, caule erecto, corymbo trichotomo.

expansum. 8. M. fol. planiusculis lanceolatis impunctatis patentibus distinctis oppositis alternisque remotis.

Tripolium. 9. M. fol. alternis lanceolatis planis impunctatis, caul. laxis simplicibus, calyc. pentagonis.

calamiforme. 10. M. acaule, fol. subteretibus adscendentibus impunctatis connatis, flor. octogynis.

apetalum. 11. M. fol. lineari-sublanceolatis subtus muricatis, caulibus prostratis. *Suppl. p.* 258.

crinifloram. 12. M. fol. ovatis, scapis unifloris. *Suppl. p.* 259.

cordifolium. 13. M. fol. cordatis obtusis, caulibus prostratis. *Suppl. p.* 260. *Corolla forte alba. Ibid.*

** *Rubicundis corollis.*

bellidifolium. 14. M. acaule fol. triquetris linearibus impunctatis; apice trifariam dentatis.

deltoi-

Mesembryanthema *pleraque* Pentagyna *sunt*, *sed* Tetragyna *geniculiflorum noctiflorum*, Decagyna s. Polygyna *barbatum*, *lingueforme*, *acinaciforme*, *loreum*, *pugioniforme*.

deltoides. 15. M. fol. triquetris deltoidibus dentatis impunctatis distinctis.

barbatum. 16. M. fol. subovatis papulosis distinctis, apice barbatis.

hispidum. 17. M. fol. cylindricis papulosis distinctis: caul. hispido.

villosum. 18. M. fol. pubescentibus connatis impunctatis, caule piloso. (*Flos nobis non visus*).

scabrum. 19. M. fol. subulatis distinctis, subtus undique punctato-muricatis, calyc. muticis.

emarginatum. 20. M. fol. subulatis congestis subscabris, calyc. spinosis, petalis emarginatis.

uncinatum. 21. M. articulis caulinis terminatis foliis connatis acuminatis punctatis subtus dentatis.

spinosum. 22. M. fol. tereti-triquetris punctatis distinctis, spinis ramosis.

tuberosum. 23. M. fol. subulatis papulosis distinctis apice patulis, rad. capitata.

tenuifolium 24. M. fol. subfiliformibus glabris distinctis internodio longioribus, caul. procumbentibus. *Caules lignosi, procumbentes. Rami ex singulis alis alternis; sed oppositi in alis superioribus. Flores coccinei, speciosi multis petalis, medio die, sole illucente expansi, diutius durantes. Folia glaberrima.*

stipulaceum. 25. M. fol. subtriquetris compressis incurvis punctatis distinctis congestis, basi marginatis.

crassifolium. 26. M. fol. semicylindricis impunctatis connatis apice triquetris, caule repente semicylindrico.

glomeratum. 27. M. fol. teretiusculis compressis punctatis distinctis, caul. paniculato multifloro.

loreum. 28. M. fol. semicylindricis recurvis congestis basi interiore gibbis connatis, caul. pendulo.

filamentosum. 29. M. fol. aequilateri-triquetris acutis subpunctatis connatis: angulis scabris, ramis hexagonis.

falcatum. 30. M. fol. acinaciformibus impunctatis connatis: angulo carinali scabris, petal. lanceolatis.

forficatum. 31. M. fol. acinaciformibus obtusis impunctatis connatis; apice spinosis, caule ancipiti. *Jacq. hort. v. 1. t. 26.*

*** *Luteis corollis.*

edule. 32. M. fol. aequilateri-triquetris acutis strictis impunctatis connatis: carina subserratis, caul. ancipiti. *Habitat, uti M. umbellatum, in Maris arenosis*

 litto-

littoribus; reliquae ſpecies ad montium latera et radices.

bicolorum. 33. M. fol. ſubulatis punctatis laevibus diſtinctis, caule fruteſcente, coroll. bicoloribus. *Calyx tuberculatus.*

ſerratum. 34. M. fol. ſubulatis triquetris punctatis diſtinctis: angulo carinali retrorſum ſerratis.

micans. 35. M. fol. ſubcylidricis papuloſis diſtinctis, caule ſcabro.

glaucum. 36. M. fol. triquetris acutis punctatis diſtinctis, calycinis foliolis ovato cordatis.

corniculatum. 37. M. fol. triquetro-ſemicylindricis ſcabrido-punctatis: ſupra baſin linea elevata connatis.

tortuoſum. 38. M. fol. planiuſculis oblongo-ovatis ſubpapuloſis confertis connatis, calyc. triphyllis bicornibus.

pomeridianum. 39. M. fol. planiuſculis lato lanceolatis laevibus ſubciliatis diſtinctis, caule pedunculis germinibusque hirtis. *Linn. dec. 25 t. 13* Ficoides ſ. Ficus aizoides africana major, flore flavo, folio plano latiore. *Herm. lugdb. 25. Seb. muſ 1. p 29 t. 19. f. 5. Caulis ſubdichotomus. Folia prima terna; reliqua oppoſita.*

veruculatum. 40. M. fol. triquetro-cylindricis acutis connatis arcuatis impunctatis diſtinctis.

papuloſum. 41. M. fol. oppoſitis ſpathulato-oblongis papuloſis, flor. pedunculatis, calycibus linearibus. *Suppl. p. 259.* Meſembryanthemum Aitonis. *Jacq. hort. v. 3. p. 8. t. 7.*

pinnatifidum. 42. M. fol. pinnatifidis. *Suppl. p. 260.*

roſtratum. 43. M. acaule, fol. ſemicylindricis externe tuberculatis connatis.

ringens. 44. M. acaule, fol. ciliato-dentatis punctatis.

dolabriforme. 45. M. acaule, fol. dolabriformibus punctatis.

difforme. 46. M. acaule, fol. difformibus punctatis connatis.

albidum. 47. M. acaule, fol. triquetris integerrimis.

linguaeforme. 48. M. acaule, fol. linguiformibus altero margine craſſioribus impunctatis.

pugioniforme. 49. M. fol. alternis confertis ſubulatis triquetris longiſſimis impunctatis. *Mant. 398.*

---

capillare. 50. M. fol. connatis teretibus papuloſis, caule erecto, ramulis unifloris filiformibus glabris. *Suppl. p. 260.*

p. 260. Extra ordinem haec species hic comparet, quum corollae color non memoretur. M.

629. AIZOON. *Cal.* 5-partitus. *Petala* 0. *Caps.* supera, 700. 5-locularis, 5-valvis.

canariense. 1. A. foliis cuneiformi-ovatis, floribus sessilibus.
hispanicum. 2. A. fol. lanceolatis, flor. sessilibus.
lanceolatum. 3. A. fol. lanceolatis, flor. paniculatis.
sarmentosum. 4. A. fol. linearibus filiformibus, panicula dichotoma, flor. solitariis pedunculatis. *Suppl. p. 260.*
paniculatum. 5. A. hirsutum, fol. lanceolatis, flor. sessilibus, ramis erectis. *Suppl. p. 261.*
perfoliatum. 6. A. tomentosum, fol. obovatis connatis crystallino-punctatis, flor. pedunculatis. *Suppl. p. 261.*
Glinoides. 7. A. hirsutum herbaceum procumbens, fol. ovatis, flor. sessilibus distinctis. *Suppl. p. 261.*
secundum. 8. A. hirsuto-canum herbaceum procumbens, fol. ovatis, flor. sessilibus imbricatis secundis. *Suppl. p. 261.*
fruticosum. 9. A. fruticosum erectum glabrum, fol. lanceolatis, flor. sessilibus. *Suppl. p. 261.*
rigidum. 10. A. fruticosum procumbens tomentosum, fol. ovatis, flor. sessilibus remotis. *Suppl. p. 261.*

630. SPIRÆA. *Cal.* 5-fidus. *Petala* 5. *Caps.* polyspermae. 700.

* *Fruticosae.*

laevigata. 1. S. foliis lanceolatis integerrimis sessilibus, racemis compositis. *Mant.* 244. Spiraea altajensis *Laxm. in act. petrop. 1770. p. 555. t. 29. f. 3.*
salicifolia. 2. S. fol. lanceolatis obtusis serratis nudis, floribus duplicato-racemosis.
tomentosa. 3. S. fol. lanceolatis inaequaliter serratis subtus tomentosis, flor. duplicato-racemosis.
callosa. 4. S. fol. lanceolatis acutis serratis subvillosis, panicula decomposita subfastigiata. *Thunb. jap. mspt.* M. Anne Spiraea *japonica*, fruticosa caule pubescente, foliis lanceolatis acutis serratis nudis, corymbo terminali composito. *Suppl. p. 262.?*
hypericifolia. 5. S. fol. obovatis integerrimis, umbellis sessilibus.

chamaedrifolia. 6. S. fol. ovatis inciſo-ſerratis glabris, umbellis pedunculatis. — *Jacq. hort. v. 2. t. 140.* M.

inciſa. 7. S. fol. ovatis inciſo 5-partitis ſerratis, umbellis terminalibus. *Thunb. japon. mſpt.* M.

crenata. 8. S. fol. oblongiuſculis apice ſerratis, corymbis lateralibus.

argentea. 9. S. fol. cuneiformibus ſericeis lineatis apice ſerratis ſubplicatis, racemis compoſitis. *Suppl. p. 261.*

triloba. 10. S. fol. lobatis crenatis, umbellis terminalibus. *Mant. 244.*

opulifolia. 11. S. fol. lobatis ſerratis, corymbis terminalibus. *Trigyna, arborea.*

ſorbifolia. 12. S. fol. pinnatis foliolis uniformibus ſerratis, caule fruticoſo, flor. paniculatis.

** *Herbaceae.*

Aruncus. 13. S. fol. ſupradecompoſitis, ſpicis paniculatis, flor. dioicis. *Trigyna. Capſulae ſubdiſpermae.*

Filipendula. 14. S. fol. interrupte pinnatis: foliolis lineari-lanceolatis interrupte ſerratis glaberrimis, flor. cymoſis. *Suppl. p. 262.* Spiraea Filipendula. *Syſt. ed. 13. p.* 393. *Fl. dan. t.* 635. *β* Filipendula minor. *Bauh. pin 167. prodr. 85.*

Ulmaria. 15. S. fol. interrupte pinnatis: foliolis ovatis biſerratis ſubtus canis, flor. cymoſis. *Suppl. p 262.* Spiraea Ulmaria. *Syſt. ed.* 13. *p.* 393. *Fl. dan. t. 547.*

lobata. 16. S. — (M.) Spiraea *palmata,* fol. pinnatis: impari lateralibusque lobatis biſerratis, flor. cymoſis. *Suppl. p. 262.* Spiraea palmata. *Syſt. ed.* 13. *p.* 393. Spiraea lobata. *Jacq. hort. v. 1. p.* 38. *t.* 88. *Habitat in Sibiria.* ♃ *Similis* S. Vlmariae, *ſed Herba inodora, et Radix odorata.* Fructus *S. Filipendulae ſ. non contortus Ulmariae. Jacq.*

palmata. 17. S. fol. palmatis ſerratis, panicula ſupradecompoſita. *Thunb. jap. mſpt.* M.

trifoliata. 18. S. fol. ternatis ſerratis ſubaequalibus, flor. ſubpaniculatis. *Mill. ic. t. 256.*

POLY-

POLYGYNIA.

631. ROSA. *Petala* 5. *Cal.* urceolatus, 5-fidus, carnosus, collo coarctatus. *Sem.* plurima, hispida, calycis interiori lateri affixa.
703

* *Germinibus subglobosis.*

Eglanteria. 1. R. germinibus globosis pedunculisque glabris, caule aculeis sparsis rectis, petiolis scabris, foliolis acutis. *Flores flavi. Folia odoratissima* — Rosa lutea *J. Bauh. hist. T.* 2. *p.* 47. Rosa lutea *Mill. Dict. n.* 11. *Fructu non solum globoso sed simul depresso distinguitur haec Rosa, in hortis vulgatissima.* Rosa *bicolor*, petalis sursum miniatis deorsum sulphureis *Jacq. hort. v.* 1. *t.* 1. *mera ejus Varietas est, solo degenerans.* M.

rubiginosa. 2. R. germin. globosis petiolisque aculeatis: aculeis recurvis, fol. subtus rubiginosis. *Mant.* 564 — *Jacq. Fl. austr. v.* 1. *t.* 50. M. Rosa spinis aduncis, foliis subtus rubiginosis. *Hall. flor.* 1103. Rosa sylvestris odorata 10. *Dod. pempt.* 187. *Flores purpurei.*

cinnamomea. 3. R. germin. globosis pedunculisque glabris, caule aculeis stipularibus, petiol. subinermibus. Rosa saxatilis flore ruberrimo. *Cam. epit.* 99.

arvensis. 4. R. germin globosis pedunculisque glabris, caule petiolisque aculeatis, flor. cymosis. *Mant.* 245. *Fl. dan. t.* 398.

pimpinellifolia. 5. R. germin. globosis pedunculisque glabris, caule aculeis sparsis rectis, petiol. scabris, foliol. obtusis.

spinosissima. 6. R. germin. globosis glabris, pedunc. hispidis, caule petiolisque aculeatissimis. *Fl. dan. t.* 398. *Mant.* 399. Rosa campestris odora. *Clus hist.* 1. *p.* 116. *Varietas R. pimpinellifoliae secundum Hallerum. Petala alba basi flavescentia.*

rugosa. 7. R. germin. globosis glabris, pedunculis caule petiolisque aculeatis, fol. subtus tomentosis. *Thunb. jap. mspt.* M.

carolina. 8. R. germin. globosis hispidis, pedunc. subhispidis, caule aculeis stipularibus, petiol. aculeatis.

villosa. 9. R. germin. globosis pedunculisque hispidis, caule aculeis sparsis. petiol. aculeatis, fol. tomentosis. *Mant.* 399.

sinica. 10. R. germin. subglobosis glabris, pedunc. aculeatis hispidis, caule petiolisque aculeatis, calycinis foliolis lanceolatis subpetiolatis.

sempervirens. 11. R. germin. globosis pedunculisque hispidis, caule petiolisque aculeatis, florib. subumbellatis.

** *Germinibus ovatis.*

centifolia. 12. R. germin. ovatis pedunculisque hispidis, caule hispido aculeato, petiol. inermibus. *Flos quasi tornatus.*

gallica. 13. R. germin. ovatis pedunculisque hispidis, caule petiolisque hispido-aculeatis *Mant.* 399.

pumila. 14. R. germin. ovatis (hispidis *observ. Jacq.* M.) petiolis pedunculisque hispidis, caule superne aculeatissimo. *Suppl. p.* 262. — *Jacq. Fl. austr. v.* 2. *t.* 198. Rosa suavifolia *Fl. dan. t.* 870. ? M.

alpina. 15. R. germin. ovatis glabris, pedunculis petiolisque hispidis, caul. inermi. — *Jacq. Fl. austr. v.* 3. *p.* 279. M. Rosa *inermis*, germinibus ovatis, caule pedunculisque glabris inermibus, petiolis scabris. *Turr. diar. Act. p.* 128.

canina. 16. R. germin. ovatis pedunculisque glabris, caule petiolisque aculeatis. *Mant.* 399. *Petala biloba. Bracteae 2, oppositae, ciliatae. Petala incarnata.*

collina. 17. R. germinibus ovatis fere glabris, pedunculis petiolisque glandulose hirsutis, caule aculeato. *Jacq. in Litt. Fl. austr. v.* 2. *t.* 197. M.

indica. 18. R. germin. ovatis pedunculisque glabris, caule subinermi, petiol. aculeatis.

pendulina. 19. R. germin. ovatis glabris, pedunc. cauleque hispidis, petiol. inermibus, fructibus pendulis.

alba. 20. R. germin. ovatis glabris, pedunc. hispidis, caule petiolisque aculeatis. Rosa sativa 1. *Dod. pempt.* 186.

multiflora. 21. R. germin. ovatis pedunculisque inermibus villosis, caule petiolisque aculeatis. *Thunb. jap. mspt.* M.

632. RUBUS. *Cal.* 5-fidus. *Petala* 5. *Bacca* composita
706. acinis monospermis.

* *Frutescentes.*

idaeus. 1. R fol. quinato-pinnatis ternatisque, caule aculeato, petiol. canaliculatis. — *Fl. dan. t.788.* M.

occidentalis. 2. R. fol. ternis subtus tomentosis, caule aculeato, petiol. teretibus. Rubus caule suberecto leviter aculeato, foliis ternatis, fructu nigro. *Gron. virg. 2. p. 78.* *Fructus sapidissimus fere R. arctici. Caulis nebula coerulea.*

hispidus. 3. R. fol. ternatis nudis, caulib. petiolisque hispidissimis strigis rigidulis.

parvifolius. 4. R. fol. ternatis subtus tomentosis, caule hirto petiolisque aculeis recurvis. *Caulis tomentosus aculeis reflexis copiosis.*

jamaicensis. 5. R. fol. ternatis subtus tomentosis, caule petiolis foliisque pubescentibus recurvato-aculeatis. *Mant. 75.*

triphyllus. 6. R. fol. ternatis subtus tomentosis: foliolis ovatis incisis dentatis, ramis petiolis pedunculisque villosis aculeatisque. *Thunb. jap. mspt.* M.

caesius. 7. R. fol. ternatis subnudis: lateralibus bilobis, caule aculeato tereti. *Caulis inter strigositatem adspersus aculeis tenuissimis.*

fruticosus. 8. R. fol. quinato-digitatis ternatisque, caule petiolisque aculeatis. — *Mill. illustr. ic.* M.

canadensis. 9. R. fol. digitatis denis quinis ternatisque, caule inermi.

odoratus. 10. R. fol. simplicibus palmatis, caule inermi multifolio multifloro.

moluccanus. 11. R. fol. simplicibus cordatis sublobatis, caule aculeato decumbente. *Flores paniculati. Petala calyce breviora. Germina hirsuta. Styli staminibus longiores. Folia subtus tomentosa.*

palmatus. 12. R. fol. cordatis palmato-trilobis glabris, caule petiolisque aculeatis. *Thunb. jap. mspt. Anne* Rubus *microphyllus*, foliis simplicibus cordatis ovatis obtusis sublovatis, pedunculis solitariis unifloris, caule aculeato glabro. *Suppl. p. 263?*

villosus. 13. R. fol. simplicibus cordatis acutis aculeatis, caule erecto petiolisque aculeatis. *Thunb. jap. mspt.* M. *Anne* Rubus *corchorifolius*, foliis simplici-

plicibus oblongis cordatis ſerratis, pedunculis ſolitariis unifloris, aculeatis, caule aculeato tomentoſo. *Suppl. p. 263?* M.

inciſus. 14. R. fol. ſimplicibus cordatis inciſis glabris, caule erecto aculeato. *Thunb. jap. mſpt.* M.

japonicus. 15. R. fol. ſimplicibus cordatis oblongis acuminatis duplicato-ſerratis, pedunculis ſolitariis unifloris, caule inermi glaberrimo. *Suppl. p. 263.* Rubus japonicus. *Syſt. ed. 13. p. 395. Mant. 245.*

trifidus. 16. R. fol. ſimplicibus inciſo-trifidis glabris, caule inermi. *Thunb. jap. mſpt.* M.

** *Herbacei.*

ſaxatilis. 17. R. fol. ternatis nudis, flagellis reptantibus herbaceis. *Jacq. vind. 245. – Fl. dan. t. 134.*

arcticus. 18. R. fol. ternatis, caule inermi unifloro. *Fl. dan. t. 468.*

Chamaemorus. 19. R. fol. ſimplicibus lobatis, caule inermi unifloro. *Fl. dan. t. 1. Herba dioica, vel Radix Maris et Feminae unita ſub terra in monoicam, obſervante D. C. Solandro.*

Dalibarda. 20. R. fol. ſimplicibus cordatis indiviſis crenatis, ſcapo aphyllo unifloro. *Folia ſubtus nuda.*

633. FRAGARIA. 708. *Cal.* 10-fidus, *Petala* 5. *Receptaculum* ſeminum ovatum, baccatum, deciduum.

veſca. 1. F. flagellis reptantibus. *β.* Fragaria muricata. *Varietas. Haller.*

monophylla. 2. F. fol. ſimplicibus. *Miſit D. Anton. Nic. Ducheſne. An varietas F. veſcae; Folium enim primum ternatum eſt, ſed Scapus longior, Petala minora, Calyces inciſi. Vide Ducheſne Monogr. Fragariae.*

ſterilis. 3. F. caule decumbente, ramis floriferis laxis. *Surculi craſſi, depreſſi, tecti Stipulis lanceolatis, ferrugineis. Folia ternata, obovata, ſerrata, retuſa, laxiora, piloſa, ſericea, ſubtus albida: petiolis valde piloſis. Caules floriferi, filiformes, decumbentes, laxi, foliis raris minoribus. Flores ſolitarii, pedunculati, albi. Flagella nulla.*

634.

634. POTENTILLA. *Cal.* 10-fidus. *Petala* 5. *Sem.* subrotunda, nuda, receptaculo paruo exſucco affixa.
709.

* *Foliis pinnatis.*

fruticoſa. 1. P. foliis pinnatis, caule fruticoſo.

Anſerina. 2. P. fol. pinnatis ſerratis, caule repente, pedunc. unifloris. *Fl. dan. t. 544.*

ſericea. 3. P. fol. bipinnatis utrinque tomentoſis: ſegmentis parallelis approximatis, caul. decumbentibus.

multifida. 4. P. fol. bipinnatis: ſegmentis integerrimis diſtantibus ſubtus tomentoſis, caule decumbente.

fragarioides. 5. P. fol. pinnatis ternatisque: extimis majoribus, flagellis reptantibus.

rupeſtris. 6. P. fol. pinnatis ternatisque, caule erecto, flagellis nullis. *Murr. Jacq. Fl. auſtr. v. 2. t. 114.* M. Potentilla rupeſtris, foliis pinnatis alternis: foliolis quinis ovatis crenatis, caule erecto. *Linn. Syſt. ed. 13. p. 396.*

bifurca. 7. P. fol. pinnatis ſubaequalibus: foliolis oblongis ſubbifidis: extimis confluentibus. *Gmel. it. 1. p. 149. t. 27. f. 1.*

pimpinelloides. 8. P. fol. pinnatis: foliolis ſubrotundis dentatis aequalibus, caule erecto.

penſylvanica. 9. P. fol. inferioribus pinnatis, ſuperioribus ternatis: foliolis inciſo-ſerratis, caule erecto pubeſcente. *Mant. 76.* -- *Jacq. hort. v. 2. t. 189.* M.

ſupina. 10. P. fol. pinnatis, caule dichotomo decumbente. *Gmel. itin. 1. p. 149. t. 27. f. 2.* — *Jacq. Fl. auſtr. v. 5. t. 406.* M.

** *Foliis digitatis.*

recta. 11. P. fol. ſeptenatis lanceolatis ſerratis utrinque ſubpiloſis, caule erecto. — *Jacq. Fl. auſtr. v. 4. t. 383.* M.

argentea. 12. P. fol. quinatis cuneiformibus inciſis ſubtus tomentoſis, caule erecto. — *Fl. dan. t. 865.* M.

intermedia. 13. P. fol. radicalibus quinatis, caulinis ternatis, caul. erectiuſculo ramoſiſſimo. *Mant. 76.*

hirta. 14. P. fol. ſeptenatis, quinatisque cuneiformibus inciſis piloſis, caule erecto hirto. Quinquefolium rectum minus, anguſtioribus foliis, monſpe-

ſpelienſe. *Raj. eur. 213.* Quinquefolium montanum erectum hirſutum luteum. *Magn. monſp. 216. (non CB.) Folia radicalia = ſ. 7; Caulina 5, omnia alterna, ſublinearia, dentibus 3. ſ. 5. Caulis, pedunculi et Calyces valde piloſi.*

ſtipularis. 15. P. fol. ſeptenatis ſeſſilibus, ſtipulae dilatatae inſidentibus. *Gmel. ſib. 3. p. 185. t. 37. f. 2.*

opaca. 16. P. fol. radicalibus quinatis cuneiformibus ſerratis, caulinis ſuboppoſitis, ramis filiformibus decumbentibus.

verna. 17. P. fol. radicalibus quinatis acute ſerratis retuſis, caule ternatis, caule declinato. *Fl. dan. t. 114. Variat macula ad baſin petalorum fulva et nulla tali.*

aurea. 18. P. fol. radicalibus quinatis ſerratis acuminatis, caulinis ternatis, caule declinato. *Jacq. vind. 245. Fl. dan. t. 114* Pontentilla foliis margine ſericeis acute ſerratis, radicalibus quinatis, caulinis ternatis, caule declinato. *Ger. prov. 468.* Quinquefolium 3, aureo floro. *Cluſ. hiſt. 2. p. 105. Varietas P. vernae. Scopol. ann. 2. p. 53.*

aſtracanica. 19. P. fol. radicalibus et caulinis infimis quinatis, caulibus villoſis baſi procumbentibus, dichotomis. *Jacq. in Litt. Icon. rar.* M.

canadenſis. 20. P. fol. quinatis villoſis, caule adſcendente hirſuto.

alba. 21. P. fol. quinatis apice conniventi-ſerratis, caul. filiformibus procumbentibus, receptaculis hirſutis. — *Jacq. Fl. auſtr. v. 2. t. 115.* M. Quinquefolium album minus. *Bauh. pin. 325.*

cauleſcens. 22. P. fol. quinatis apice conniventi-ſerratis, caul. multifloris decumbentibus, receptaculis hirſutis, (*addo* M. *in diſtinctionem a ſubſequente*) petalis oblongis. *Jacq. auſtr. v. 3. t. 220.* M. *Jacq. vind. 246. Calyces hirſuti, purpurei.*

cluſiana. 23. P. fol. quinatis apice conniventi-ſerratis, caulibus multifloris decumbentibus, receptaculis hirſutis, petalis ſubrotundis. *Jacq. in Litt. Fl. auſtr. v. 2. t. 116.* M.

nitida. 24. P. fol. ſubternatis tomentoſis conniventi-tridentatis, caul. unifloris, receptaculis lanatis. — *Jacq. Fl. auſtr. v. 5. app. t. 25.* M. *Folia hujus*

hujus ternata esse monet D. Turra; habeo unum alterumve exemplar siccum foliis infimis tantum quinatis. Cultura determinabit folia radicalia.

valderia. 25. P. fol. septenatis obovatis serratis tomentosis, caule erecto, petalis calyce brevioribus, receptaculis lanatis.

reptans. 26. P. fol. quinatis, caule repente, pedunc. unifloris.

*** *Foliis ternatis.*

monspeliensis. 27. P. fol. ternatis, caule ramoso erecto, pedunc. supra genicula enatis.

norvegica. 28. P. fol. ternatis, caule dichotomo, pedunc. axillaribus. *Fl. dan. t. 171.*

nivea. 29. P. fol. ternatis incisis subtus tomentosis, caule adscendente. *Gmel. sib. 3. p. 183. t. 36. f. 1.*

grandiflora. 30. P. fol. ternatis dentatis utrinque subpilosis, caule decumbente foliis longiore. Potentilla foliis ternatis dentatis, caule superne dichotomo, petalis calyce duplo longioribus. *Ger. prov. 409. Gmel. sibir. 3. p. 185. t. 35. f. 1, 2. Flores lutei.*

subacaulis. 31. P. foliis ternatis dentatis utrinque tomentosis, scapo decumbente. Potentilla foliis radicalibus ternatis dentatis, utrinque tomentosis, caul. subfoliosis. *Ger. prov. 469. Garid. prov. 190. t. 37.* Fragaria sterilis molli lanugine pubescens. *Amm. ruth. 84. 110. Gmel. sibir. 3. p. 183. t. 36. f. 2.*

635. TORMENTILLA. *Cal.* 8-fidus. *Petala* 4. *Sem.* rotunda, nuda, receptaculo parvo exsucco affixa.
716.

erecta. 1. T. caule erectiusculo, foliis sessilibus. *Fl. dan. t. 598.*

reptans. 2. T. caule repente, fol. petiolatis.

636. GEUM. *Cal.* 10-fidus. *Petala* 5. *Sem.* arista geniculata.
716.

virginianum. 1. G. floribus nutantibus, petalis calyce minoribus, fructibus globosis: aristis uncinatis nudis, foliis ternatis. *Syst. ed. 13. p. 399.* Geum *laciniatum*

niatum. Murr. comm. gott. 1774. p. 30. t. 2. cujus character ita concinnari potest: G. floribus nutantibus, feminibus omnino nudis uncinatis, foliis superioribus ternatis, inferioribus pinnatis laciniatis. Caryophyllata virginiana albo flore minore, radice inodora. *Herm. hort. lugd. bat. p. 121. Petala luteo-alba, calyce breviora, angusta. Laciniae foliorum infimorum lineares. Stipulae exiguae incisae. Pedunculi supra incrassati.* M.

urbanum. 2. G. flor. erectis, fruct. globosis villosis: aristis uncinatis nudis, foliis lyratis. — *Fl. dan. t. 672.* M.

canadense. 3. G. flor. erectis, feminibus hirsutis: aristis nudis, fol. omnibus pinnatis: pinnis cuneiformibus incisis. *Murr. in comm. gott. 1774. p. 33. t. 4.* B. Caryophyllata canadensis, foliis acutioribus flore luteo majori. *Jussieu. Hall. hort. gott. p. 104. Zinn. hort. gott. p. 135. Differt a* Geo canadensi *Jacq. Hort. v. 3. t. 175. quod petala alba, semina corpore suo et ad uncinum aristae pilosa habet.* M.

japonicum. 4. G. flor. erectis, fruct. hirsutis: aristis nudis, fol. subtrilobis. *Thunb. jap. mspt.* M.

rivale. 5. G. flor. nutantibus, fruct. oblongo: aristis plumosis tortis. — *Fl. dan. t. 722.* M.

hybridum. 6. G. flore nutante, calyce folioso, corollam polypetalam excedente. *Jacq Misc. v. 2. p. 33. Icon. rar. t. 6.* Caryophyllata montana tertia *Clus rar. pl. p. 104. Videtur hybrida a patre Geo montano, matre Geo rivali* M.

montanum. 7. G. flore inclinato solitario, fruct. oblongo: aristis villosis erectis. — *Jacq. Fl. austr. v. 4. t. 373.* M. *Petala emarginata lutea.*

reptans. 8. G. fol. uniformibus incisis: alternis minoribus, flagellis reptantibus. — *Jacq. Fl. austr. v. 5. app. t. 22.* M. *Caules uniflori, vix foliis longiores.*

637. DRYAS. *Cal.* 5-10-fidus. *Petala* 5-8. *Sem.* caudata, pilosa.
717.

anemonoides. 1. D. pentapetala, foliis pinnatis pinnis omnibus distinctis. *Murr.* Dryas pentapetala, foliis pinnatis. *Syst. ed.* 13. *p.* 399. Dryas anemonoi-

noides. *Pall. ic. v. 3. p. 733. tab. Ec. f. 4.* Anemone pusilla. *Gärtner in n. comm. petropol. v. 14. P. I. p. 543. t. 19. f. 2. 3.* M.

geoides. 2. D. pentapetala, fol. pinnatis pinnis extimis confluentibus. *Murr.* Dryas geoides. *Pall. it. v. 3. p. 732. tab. T. f. 1. Jacq. hort. v. 4. t. 68.* M.

octopetala. 3. D. octopetala, fol. simplicibus. *Fl. dan. t. 31. — Pall. it. v. 3. p. 733.* M.

638. COMARUM. *Cal.* 10-fidus. *Petala* 5, calyce minora. *Recept.* seminum ovatum, spongiosum, persistens.
718.

palustre. 1. COMARUM. — *Fl. dan. t. 686.* M.

639. CALYCANTHUS. *Cal.* 1-phyllus, urceolatus, squarrosus foliolis coloratis. *Cor.* calycina. *Styli* plurimi stigmate glanduloso. *Sem.* plurima, caudata, intra calycem succulentum.
718.

floridus. 1. C. petalis interioribus longioribus. *A Catesbaeo in Europam introductus.*

praecox. 2. C. petal. interioribus minutis.





CLASSIS XIII.

POLYANDRIA.

MONOGYNIA.

* *Monopetali.*

640. MARCGRAVIA. *Cal.* 6-phyllus, imbricatus. *Cor.* 1-petala, clausa. *Bacca* multilocularis, multivalvis.

1397. TERNSTRÖMIA. *Cal.* 1-phyllus, 5-partitus. *Cor.* 1-petala, globosa, campanulata. *Bacca* exsucca, bilocularis, evalvis.

1398. ALSTONIA. *Cal.* imbricatus. *Cor.* 1-petala, 8-s. 10-fida, laciniis alternatis.

* *Tripetali.*

1313. TRILIX. *Cal.* 3-phyllus. *Bacca* 5-locularis, polysperma.

* *Tetrapetali.*

641. RHEEDIA. *Cal.* nullus. *Bacca* 3-sperma.

656. MAMMEA. *Cal.* 2-phyllus. *Bacca* 1-locularis, *Sem.* callosa.

648. PAPAVER. *Cal.* 2-phyllus. *Capsula* 1-locularis, coronata.

647. CHELIDONIUM. *Cal.* 2-phyllus. *Siliqua.*

643. CAPPARIS. *Cal.* 4-phyllus. *Bacca* pedicellata, corticosa.

644. ACTAEA. *Cal.* 4-phyllus. *Bacca* 1-locularis. *Sem.* gemino ordine.

650. CAMBOGIA. *Cal.* 4-phyllus. *Bacca* 8-sperma, 8-angularis.

658. CALOPHYLLUM. *Cal.* 4-phyllus. *Drupa* globosa. *Nucleus* subglobosus.

1400. SPARRMANIA. *Cal.* 4-phyllus. *Caps.* angulata, 5-locularis, echinata.

1401. VALLEA. *Cal.* 4-s. 5-phyllus. *Cor.* 4-s. 5-petala. *Caps.* 2-locularis.

659.	GRIAS.	*Cal.* 4-fidus. *Drupa* 1-ſperma. *Nucleus* 8-ſulcatus.
669.	CARYOPHYLLUS.	*Cal.* ſuperus. *Bacca* 1-ſperma, coronata.

* *Pentapetali.*

1286.	LOOSA.	*Capſ.* ſemi-infera, 1-locularis, ſemitrivalvis, polyſperma.
670.	MENZELIA.	*Capſ.* infera, 1-locularis, 3-valvis, polyſperma.
666.	VATERIA.	*Capſ.* 1-locularis, 3-valvis, 1-ſperma.
655.	SLOANEA.	*Capſ.* echinata, intus baccata. *Stam.* exteriora ſterilia, foliacea.
673.	CISTUS.	*Capſ.* ſubrotunda. *Cal.* 5-phylli foliola 2 minora.
675.	CORCHORUS.	*Capſ.* ſub 5-locularis. *Cal.* 5-phyllus, longitudine corollae, deciduus.
652.	SARRACENIA.	*Capſ.* 5-locularis. *Stigma* clypeatum. *Cal.* infer. 3-phyll., ſuper. 5-phyllus.
660.	TILIA.	*Capſ.* 5-locularis, coriacea, 1-ſperma. *Cal.* deciduus.
. .	CLEYERA.	*Capſ.* 2-locularis. *Cor.* 5-petala.
1399.	MYRISTICA.	*Bacca* carnoſa, monoſperma. *Membrana* reticularis, ſicca, inter baccam et ſemen.
657.	OCHNA.	*Baccae* 5 in receptaculo carnoſo. *Petala* unguibus elongatis.
651.	MUNTINGIA.	*Bacca* 5-locularis, umbilicata. *Cal.* 5-partitus.
663.	ELAEOCARPUS.	nucleo criſpo. *Petala* lacera.

* *Delphinium Conſolida, Ajacis, Aconiti.*

* *Hexapetali.*

649.	ARGEMONE.	*Cal.* 3-phyllus. *Capſ.* 1-locularis, ſemivalvis.
667.	LAGERSTROEMIA.	*Cal.* 6-fidus. *Stam.* 6 exteriora majora. *Cor.* criſpa.
668.	THEA.	*Cal.* 5 ſ. 6-phyllus. *Petala* 6-ſ. 9. *Capſ.* 3-locularis. *Sem.* ſolitaria.
664.	LECYTHIS.	*Cal.* 6-phyllus. *Stam.* nectario lingulato connata. *Capſ.* circumſciſſa.

* *Octopetali.*

645.	SANGUINARIA.	*Cal.* 2-phyllus. *Capſ.* 2-valvis, polyſperma.

* *Enneapetali.*

646. PODOPHYLLUM. *Cal.* 3-phyllus. *Bacca* 1-locularis, coronata.

* *Thea.*

* *Decapetali.*

654. BIXA. *Cal.* 5-dentatus. *Cor.* 5-petala, duplex. *Capſ.* 2-valvis.

* *Polypetali.*

653. NYMPHAEA. *Bacca* multiloc. corticoſa. *Cal.* magnus.

* *Apetali.*

1239. TREWIA. *Cal.* 3-phyllus. *Peric.* 3-coccum.
674. PROCKIA. *Cal.* 3-phyllus. *Peric.* 5-loculare.
661. LAETIA. *Cal.* 5-phyllus. *Peric.* 1-loculare, 3-valve, polyſpermum.
676. SEGUIERIA. *Cal.* 5-phyllus. *Peric.* 1-ſpermum, alatum.
672. DELIMA. *Cal.* 5-phyllus. *Peric.* 2-valve, 2-ſpermum.

DIGYNIA.

680. CALLIGONUM. *Cal.* 5-phyllus. *Cor.* nulla. *Peric.* echinato-uncinatum.
1346. FOTHERGILLA. *Cal.* integerrimus. *Cor.* nulla. *Capſ.* 2-locularis. *Sem.* bina.
679. CURATELLA. *Cal.* 5-phyllus. *Cor.* 4-petala. *Capſ.* 2-partita, 2-ſperma.
678. PAEONIA. *Cal.* 5-phyllus. *Cor.* 5-petala. *Capſ.* polyſperma. *Sem.* colorata.

TRIGYNIA.

681. DELPHINIUM. *Cal.* nullus. *Cor.* 5-petala: ſupremo cornuto. *Nectar.* 2-fidum, ſeſſile.
682. ACONITUM. *Cal.* nullus. *Cor.* 5-petala: ſupremo galeato. *Nectar.* 2, pedicellata.

* *Reſeda Luteola.* * *Corchorus.*

TETRA-

TETRAGYNIA.

1282. Cimicifuga. *Cal.* 4-phyllus. *Cor.* nectariis 4, urceolatis. *Capf.* 4. *Sem.* squamosa.

683. Tetracera. *Cal.* 6-phyllus. *Capf.* 4, monospermae.

1314. Caryocar. *Cal.* 5-partitus. *Cor.* 5-petala. *Drupa* Nucleis 4.

PENTAGYNIA.

684. Aquilegia. *Cal.* nullus. *Cor.* 5-petala. *Nectaria* 5, inferne cornuta.

685. Nigella. *Cal.* nullus. *Cor.* 5-petala. *Nectaria* 8, superne 2-labiata.

686. Reaumuria. *Cal.* 5-phyllus. *Cor* 5-petala: nectariis 10, adnatis, ciliatis. *Capf.* 5-locularis, polysperma.

1402. Brathys. *Cal.* 5-phyllus. *Cor.* 5-petala. *Nectarium* o. *Capf.* 1-locularis, polysperma.

* *Aconitum Anthora, variegatum.*

HEXAGYNIA.

687. Stratiotes. *Cal.* 3-partitus. *Cor.* 3-petala. *Bacca* 6-locularis intra spatham.

POLYGYNIA.

. . Houttuynia. *Cal.* 4-phyllus. *Cor.* o. *Stamina* mixta pistillis.

704. Hydrastis. *Cal.* nullus. *Cor.* 3-petala. *Bacca* composita acinis 1-spermis.

695. Atragene. *Cal.* nullus. *Cor.* 4-petala major: interius polypetala. *Sem.* plurima, aristata.

696. Clematis. *Cal.* nullus. *Cor.* 4-petala. *Sem.* plurima, aristata.

697. Thalictrum. *Cal.* nullus. *Cor.* 4-s. 5-petala. *Sem.* plurima, submutica, nuda.

701. Isopyrum. *Cal.* nullus. *Cor.* 5-petala, decidua. *Nectaria* 5. *Capf.* polyspermae.

702.	HELLEBORUS.	*Cal.* nullus. *Cor.* 5-petala, perſiſtens. *Nectaria* plura. *Capſ.* polyſpermae.
703.	CALTHA.	*Cal.* nullus *Cor.* 5-petala. *Capſ.* plurimae. *Nectaria* nulla.
694.	ANEMONE.	*Cal.* nullus. *Cor.* 6-petala. *Sem.* plurima.
691.	MICHELIA.	*Cal.* truncatus. *Cor.* 8-petala. *Baccae* 4-ſpermae, glomeratae.
700.	TROLLIUS.	*Cal.* nullus. *Cor.* 14-petala. *Nectaria* linearia. *Capſulae* polyſpermae.
1403.	WINTERA.	*Cal.* 3-lobus. *Cor.* 6-ſ. 12-petala. *Germina* clavata. *Bacca* obovata.
1404.	VNONA.	*Cal.* 3-phyllus. *Cor.* 6-petala. *Baccae* plures, pedicellatae, diſpermae.
692.	UVARIA.	*Cal.* 3-phyllus. *Cor.* 6-petala. *Baccae* polyſpermae. *Recept.* longo affixae.
693.	ANNONA.	*Cal.* 3-phyllus. *Cor.* 6-petala. *Bacca* cortice imbricato polyſperma.
689.	LIRIODENDRUM.	*Cal.* 3-phyllus. *Cor.* 6-petala. *Sem.* plurima, lanceolata, imbricata.
690.	MAGNOLIA.	*Cal.* 3-phyllus. *Cor.* 9-petala. *Capſ.* glomeratae, 2-valv. *Sem.* pendula.
688.	DILLENIA.	*Cal.* 5-phyllus. *Cor.* 5-petala. *Capſ.* plures connatae; *Recept.* carnoſo.
699.	RANUNCULUS.	*Cal.* 5-phyllus. *Cor.* 5-petala. *Sem.* plurim. *Petala* ungue nectarifero.
611.	ILLICIUM.	*Cal.* 6-phyllus. *Pet.* 27. *Capſ.* 1-ſpermae in orbem.
698.	ADONIS.	*Cal.* 5-phyllus. *Cor.* 5-ſ. 10-petala. *Sem.* plurima, angulata, corticata.

* *Phytolacca icoſandra.*

* *Nigellae nonnullae.*

MONO-

MONOGYNIA.

640. MARCGRAVIA. *Cor.* 1-petala, calyptriformis.
719. *Cal.* 6-phyllus, imbricatus. *Bacca* multilocularis, polyſperma.

umbellata. 1. MARCGRAVIA. — *Jacq. amer. pict. p. 77. t. 143.* M. *Planta paraſitica repens.*

1397. TERNSTRöMIA. *Cor.* 1-petala, 5-ſ. 6-partita, globoſa, campanulata. *Cal.* 1-phyllus, 5-partitus. *Bacca* exſucca, 2-locularis, evalvis. *Suppl. p. 39.*

meridionalis. 1. TERNSTRÖMIA. *Suppl. p. 264.*

1398. ALSTONIA. *Cor.* 1-petala, 8-ſ. 10-fida: laciniis alternatis. *Suppl. p. 39.*

theaeformis. 1. ALSTONIA. *Suppl. p. 264.*

1313. TRILIX. *Cor.* 3-petala. *Cal.* 3-phyllus. *Bacca* 5-locularis, polyſperma.

lutea. 1. TRILIX. *Mant. 247.*

641. RHEEDIA. *Cor.* 4-petala. *Cal.* nullus. *Bacca* 3-
719. ſperma.

lateriflora. 1. RHEEDIA. *Arbor ramis articulatis, compreſſis, laevibus, pubeſcentibus. Folia oppoſita, petiolata, lanceolata, integerrima, glabra: Petiolis brevibus, pubeſcentibus. Pedunculi axillares, ſubterni, trifidi ſ. triflori.*

643. CAPPARIS. *Cal.* 4-phyllus, coriaceus. *Petala* 4.
720. *Stam.* longa. *Bacca* corticoſa, unilocularis, pedunculata.

ſpinoſa. 1. C. pedunculis unifloris ſolitariis, ſtipulis ſpinoſis, foliis annuis, capſ. ovalibus.
zeylanica. 2. C. pedunc. unifloris ſolitariis, ſtipulis ſpinoſis, fol. ovatis utrinque acutis.

horrida. 3. C. pedunc. axillaribus binis, ftipulis aculeatis, ramis flexuofis, fol. ovato lanceolatis mucronatis glabris. *Suppl. p. 264.*

fepiaria. 4. C. pedunc. umbellatis, ftipulis fpinofis, fol. annuis ovatis emarginatis.

frondofa. 5. C. pedunc. umbellatis, fol. paffim confertis. *Sp. pl. 1674. — Jacq. amer. pict. p. 79. t. 153.* M.

ferruginea. 6. C. pedunc. umbellatis, fol. perfiftentibus lanceolatis fubtus tomentofis, flor. octandris.

Baducca. 7. C. pedunc. unifloris, fol. perennantibus ovato-oblongis determinate confertis nudis.

cynophallophora. 8. C. pedunc. multifloris terminalibus, fol. ovalibus obtufis perennantibus, glandulis axillaribus. Capparis peduncul. multifloris, axillis glandulofis, fol. oblongis utrinque nitidis. *Jacq. amer. 158. t. 98. — Ed. 2. pict. p. 77. t. 145.* M. *Fructus filiquofus, bivalvis.*

pulcherrima. 9. C. pedunc. racemofis, fol. oblongis obtufis, fruct. baccatis. *Sp. pl. 1674.. — Jacq. amer. pict. p. 80. t. 155.* M.

linearis. 10. C. pedunc. fubracemofis, fol. linearibus. *Sp. pl. 1674. — Jacq. amer. pict. p. 79. t. 151.* M.

Breynia. 11. C. pedunc racemofis, fol. perfiftentibus oblongis, calycibus pedunculisque tomentofis, flor. octandris. — *Jacq. amer pict. p 79. t. 152.* M.

haftata. 12. C. pedunc. multifloris, fol. haftato lanceolatis nitidis. — *Jacq. amer. pict. p. 78. t. 147.* M. *Fructus filiquofus bivalvis.*

flexuofa. 13. C. pedunc. congeftis terminalibus, fol. perfiftentibus oblongis obtufis glabris, ramis flexuofis.

filiquofa. 14. C. pedunc. multifloris compreffis, fol. perfiftentibus lanceolato - oblongis acuminatis fubtus punctatis.

grandis. 15. C. corymbis terminalibus, fol. ovatis acutis glabris, fructu globofo. *Suppl. p. 263.*

644. ACTAEA. *Cor.* 4-petala. *Cal.* 4-phyllus. *Bacca*
722. 1-locularis. *Sem.* femiorbiculata.

fpicata. 1. A. racemo ovato, fructibus baccatis. *Fl. dan. t. 498.*

racemofa. 2. A. racemis longiffimis, fruct. ficcis.

japonica. 3. A. fpicis longiffimis, foliolis incifis palmatis indivifis. *Thunb. japon. mfpt.* M.

645.

645. SANGVINARIA. *Cor.* 8-petala. *Cal.* 2-phyllus.
723. *Siliqua* ovata, 1-locularis.

canadensis. 1. SANGVINARIA. *Folium radicale tenerrime in sinu fovet et amplectitur infantiam floris, more Osmundae Lunariae, et est Folium unicum cucullatum et Scapus uniflorus e singula gemma radicis bivalvi. Stamina meae vix habuere Antheras polliniferas; an dioica? Lactescens succo fulvo Chelidonii.*

646. PODOPHYLLUM. *Cor.* 9-petala. *Cal.* 3-phyllus.
723. *Bacca* unilocularis, coronata stigmate.

peltatum. 1. P. foliis peltatis lobatis.
diphyllum. 2. P. fol. binatis semicordatis. *An Sanguinariae species? cum Folium unicum binatum et Scapus aphyllus radicalis et Capsula oblonga. Flores non vidi; sub Podophylli specie missum.*

647. CHELIDONIUM. *Cor.* 4-petala. *Cal.* 2-phyllus.
723. *Siliqua* 1-locularis, linearis.

majus. 1. C. pedunculis umbellatis. *Fl. dan. t. 542.* – β foliis quernis. *Fl. dan. t. 676.* M.
Glaucium. 2. C. pedunc. unifloris, fol. amplexicaulibus sinuatis, caule glabro. *Fl. dan. t. 585.*
corniculatum. 3. C. pedunc unifloris, fol. sessilibus pinnatifidis, caule hispido.
hybridum. 4. C. pedunc. unifloris, fol. pinnatifidis linearibus, caule laevi, siliquis trivalvibus.
japonicum. 5. C. pedunc. unifloris, fol. petiolatis pinnatis ovatis. *Thunb. jap. mspt.* M.

648. PAPAVER. *Cor.* 4-petala. *Cal.* 2-phyllus. *Capsula*
725. 1-locularis, sub stigmate persistente poris dehiscens.

* *Capsulis hispidis.*

hybridum. 1. P. capsulis subglobosis torosis hispidis, caule folioso multifloro.
Argemone. 2. P. caps. clavatis hispidis, caule folioso multifloro. — *Fl. dan. 867.* M.

alpinum. 3. P. capſ. hiſpida, ſcapo unifloro nudo hiſpido, fol. bipinnatis. — *Jacq. Fl. auſtr. v. 1. t. 83.* M. Papaver argemone fl. flavo, perpuſillum. *Pluk. alm. 179. t. 247. f. 3. Cipp. 2. t. 6. f. 4. Cal. hirſutus. Pet. alba baſi flava. Capſ. ovata ſtigmatibus 5.*

nudicaule. 4. P. capſ. hiſpidis, ſcapo unifloro nudo hiſpido, fol. ſimplicibus pinnato-ſinuatis. *Fl. dan. t. 41. Nimis affine P. alpino et variat corolla alba et lutea; an Cultura ſola diverſum?*

** *Capſulis glabris.*

Rhoeas. 5. P. capſ. glabris globoſis, caule piloſo multifloro, fol. pinnatifidis inciſis.

dubium. 6. P. capſ. oblongis glabris, caule multifloro ſetis adpreſſis, fol. pinnatifidis inciſis. *Jacq. auſtr. t. 25.*

ſomniferum. 7. P. calyc. capſuliſque glabris, fol. amplexicaulibus inciſis.

cambricum. 8. P. capſ. glabris oblongis, caule multifloro laevi, fol. pinnatis inciſis.

orientale. 9. P. capſ. glabris, caulibus unifloris ſcabris folioſis, fol. pinnatis ſerratis.

649. ARGEMONE. *Cor.* 6-petala. *Cal.* 3-phyllus. *Capſ.* 727. ſemi-valvis.

mexicana. 1. A. capſulis ſexvalvibus, foliis ſpinoſis.

armeniaca. 2. A. capſ. trivalvibus.

pyrenaica. 3. A. capſ. quadrivalvibus, caule nudo.

650. CAMBOGIA. *Cor.* 4-petala. *Cal.* 4-phyllus. *Pomum* 8-loculare. *Sem.* ſolitaria. 728.

Gutta. 1. CAMBOGIA.

651. MUNTINGIA. *Cor.* 5-petala *Cal.* 5-partitus. *Bacca* 1-locularis, 1-polyſperma. 728.

Calabura. 1. MUNTINGIA. *Jacq. amer. pict. p. 81. t. 158.* M. Malam-toddali. *Rheed. mal. 4. t. 40. Flores axillares, bini, albi.*

652. SARRACENIA. *Cor.* 5-petala. *Cal.* duplex, 3-
728. phyllus et 5-phyllus. *Capsula* 5-locularis, stylo stigmate clypeato.

flava. 1. S. foliis strictis. — *Mill. illustr. syst. sex. ic.* M.
purpurea. 2. S. fol. gibbis. *Mill. ic. 161. t. 241. P. Collinson. Folia sessilia cucullata: tubo ventricoso, sensim ampliato: fauce contractiuscula, margine antice dilatata. Limbus reniformis, patulus, emarginatus. Venter antice carina membranacea, semielliptica, binervi. Sic metamorphosis folii Nymphaeae in folium Sarraceniae, ut ipsa aquam pluvialem excipiens et retinens extra aquas crescat; mira naturae providentia!*

653. NYMPHÆA. *Cor.* polypetala. *Cal* 4-s. 5-phyl-
729. lus. *Bacca* multilocularis, truncata.

lutea. 1. N. foliis cordatis integerrimis, calyce pentaphyllo majore. — *Fl. dan. t. 603.* M.
alba. 2. N. fol. cordatis integerrimis, calyce quadrifido. — *Fl. dan. t. 602.* M.
Lotus. 3. N. fol. cordatis dentatis.
Nelumbo. 4. N. fol. petalis undique integris. *Capsula dehiscit stigmate variis poris perforato pro totidem seminibus; natura his tinnitat. Semina continent aliquot folia, antequam germinent, intra se perfecta.*

655. BIXA. *Cor.* 10-petala. *Cal.* 5-dentatus. *Capf.* hi-
730. spida, 2-valvis.

Orellana. 1. Bixa.

655. SLOANEA. *Cor.* 5-petala. *Cal.* 5-phyllus, deci-
730. duus. *Stigma* perforatum. *Bacca* corticosa, echinata, polysperma, dehiscens.

dentata. 1. S. foliis cordato-ovatis denticulatis, stipulis serratis. *Descriptio Loeflingii quadrat.*
emarginata. 2. S. fol. oblongis integerrimis emarginatis.

1239. TREWIA. *Cor.* o. *Cal.* 3-phyllus, ſuperus. *Capſ.*
1661. 3-cocca.

nudiflora. 1. TREWIA.

656. MAMMEA. *Cor.* 4-petala. *Cal.* 2-phyllus. *Bacca*
831. maxima, 4-ſperma.

americana. 1. L. ſtaminibus flore brevioribus. *Jacq. amer.* 268. — *Ed. 2. pict. p. 130. t. 248.* M. *Folia oppoſita. Fructus gratiſſimus, ſed cortex et pulpa ſeminum propria amariſſima. Jacq.*

657. OCHNA. *Cor.* 5-petala. *Cal.* 5-phyllus. *Baccae*
731. monoſpermae, receptaculo ſubrotundo magno affixae.

ſquarroſa. 1. O. racemis lateralibus.
Jabotapita. 2. O. racem. terminalibus.

659. GRIAS. *Cor.* 4-petala. *Cal.* 4-fidus. *Stigma* ſeſ-
732. ſile, cruciatum. *Drupa* nucleo octoſulcato.

cauliflora. 1. GRIAS. *Folia maxima.*

658. CALOPHYLLUM. *Cor.* 4-petala. *Cal.* 4-phyllus,
732. coloratus. *Drupa* globoſa.

Inophyllum. 1. C. foliis ovalibus. Arbor indica, mali medicae amplioribus foliis. *Pluk. alm. 41. t. 147. f.* 3.
Calaba. 2. C. fol. ovatis obtuſis. — *Iacq. amer. pict.* p. 131. *t.* 249. M.

1400. SPARRMANIA. *Cor.* 4-petala, reflexa. *Nectaria* plura, toruloſa. *Cal.* 4-phyllus. *Capſ.* angulata, 5-locularis, echinata. *Suppl. p.* 41.

africana. 1. SPARRMANIA. *Suppl. p.* 265.

1401. VALLEA. *Cor.* 4-ſ. 5-petala, petalis 3-fidis. *Cal.* 4-ſ. 5-phyllus. *Stigma* 4-ſ. 5-fidum. *Capſ.* 2-locularis. *Suppl. p.* 42.

ſtipularis. 1. VALLEA. *Suppl. p.* 266.

660.

660. TILIA. *Cor.* 5-petala. *Cal.* 5-partitus. *Bacca* ſicca
733. globoſa, 5-locularis, 5-valvis, baſi dehiſcens.

europaea. 1. T. floribus nectario deſtitutis. *Fl. dan. t.* 553.
americana. 2. T. flor. nectario inſtructis.

. . CLEYERA. *Cor.* 5-petala. *Capſ.* 2-locularis. *Thunb. Diſſ. n. gen. pl. p.* 69. M.

japonica. 1. CLEYERA. *Thunb. l. c. Japon. mſpt.* Mokokf vel Mukokf. *Kämpf. am. ex. p* 873. *fig. p.* 774. M.

1399. MYRISTICA. *Cor.* 5-petala. *Cal.* 5-fidus, campanulatus. *Bacca* carnoſa, 1-ſperma. *Membrana* reticularis, ſicca, inter baccam et ſemen. *Suppl. p.* 40.

officinalis. 1. MYRISTICA. *Suppl. p.* 265. Le Muſcadier *Sonnerat Voyag. t.* 116. 117. 118. Nux Myriſtica mas. *Rumph. amb. v.* 2. *p.* 24. *t.* 5. *Nucem myriſticam erogat.*

ANIMADV. *Secundum obſervationes Thunbergii (Act. Stockholm.* 1782. *p.* 46. *tab.* 1. *ad Monoeciam potius genus pertinet, calyce trifido, corolla nulla,* Maris *ſtamine unico, quod anthera ſuperius cingit;* Foeminae *piſtillo uno, germine ſupero, ſtylo breviſſimo, ſtigmate duplici acuto. Ab eo quoque ſpecies duae recenſentur ſcilicet:*

Myriſtica moſchata, foliis lanceolatis, fructu glabro. *Rumph. amb. t.* 2. *tab.* 4.
Myriſtica tomentoſa, fol. ovatis, fructu tomentoſo. *Rumph. amb. t.* 2. *tab.* 5. M.

661. LAETIA. *Cor.* 5-petala ſ. o. *Cal.* 5-phyllus. *Fru-*
733. *ctus* 1-locularis, trigonus. *Semina* arillo pulpoſo.

apetala. 1. L. floribus apetalis. — *Jacq. amer. pict. p.* 82. *t.* 159. M.
completa. 2. L. flor. petaloideis completis. — *Jacq. amer. p.* 81. *t.* 261. *f.* 42. *quoad folium.* M.

663.

663. ELÆOCARPUS. *Cor.* 5-petala, lacera. *Anth.* apice
734. 2-valvi. *Cal.* 5-phyllus. *Drupa* nucleo crifpo.

monogynus. 1. E. foliis alternis oblongis ferratis, racemis axillaribus. *Suppl. p. 266.* Elaeocarpus ferrata. *Syft. ed.* 13. *p. 411. Mant. 401.*

Dicera. 2. E. tetragynus, fol. oppofitis ovatis duplicato-ferratis, racemis lateralibus oppofitis. *Suppl. p. 266.*

664. LECYTHIS. *Cor.* 6-petala. *Cal.* 6-phyllus. *Nectarium*
734. ligulatum, ftaminiferum. *Pericarp.* circumfciffum, polyfpermum.

Ollaria. 1. L. foliis feffilibus cordato-ovatis fubintegerrimis. Jacapucaya. *Marg. braf. 128. Pif. braf. 135. Natura fructu ollas producit, ut in Cucurbita et Crefcentia lagenas.*

minor. 2. L. fol. petiolatis lanceolatis ferratis. *Jacq amer.* 168. *t. 109.* — *Ed. 2. pict. p.* 82. *t.* 160. M. *E Carthagena Americes.*

672. DELIMA. *Cor.* 0. *Cal.* 5-phyllus. *Bacca* 2-fper-
736. ma.

farmentofa. 1. Delima. Peripu. *Rheed. mal. 7. t. 34. Burm. ind. t. 35. f. 1. Obf. Rheede fuam 5-andram facit, adeoque dubia.*

666. VATERIA. *Cor.* 5-petala, *Cal.* 5-fidus, *Capf.* 3-
734. valvis, 1-locularis, 3-fperma.

indica. 1. Vateria.

670. MENTZELIA. *Cor.* 5-petala. *Cal.* 5-phyllus. *Capf.*
735. infera, cylindrica, polyfperma.

afpera. 1. Mentzelia. — *Jacq. amer. pict. p. 80.* M.

1286. LOOSA. *Auctore Cl.* Jacquinio.

Cal. *Perianthium* pentaphyllum, fuperum, perfiftens: foliolis lanceolatis, patentiffimis: lateribus reflexis.

Cor.

Cor. *Petala* quinque, obovata, cucullata, magna, patentissima, in ungues basi attenuata.

Nectarium foliolis quinque, cum petalis alternantibus, conniventibus in conum acutum, corolla paulo brevioribus, lanceolatis, rugosis, aristatis duplici filamento.

Stam. *Filamenta* numerosa, capillaria, nectario longiora, ad quodlibet petalum 15-17. *Antherae* incumbentes, subrotundae.

Pist. *Germen* subovatum, semi-inferum. *Stylus* filiformis, erectus, longitudine staminum. *Stigma* simplex, obtusum.

Per. *Capsula* turbinata, unilocularis, apice trivalvis: valvulis semiovatis, acutis, patulis.

Sem. plurima, ovata, parva. *Receptacula* tria, linearia, capsulae longitudinales.

hispida. 1. Loosa. *Jacq. obs.* 3. *p.* 15. *t.* 38. Ortiga chilensis urens, acanthi folio. *Fewill. peruv.* 2. *p.* 757. *t.* 43? *Habitat in* Peru ⊙. *Petala flava. Nectaria alba punctis rubris viridibusque. Filamenta in quinque fasciculos, interstitia nectariorum occupantia. Stamina primum erecta, demum reflexa. Affinitate Menzeliae accedit. Jacq.*

667. LAGERSTROEMIA. *Cor.* 6-petala, crispa. *Cal.* 6-fidus, campanulatus. *Stam.* multa: horum 6 exteriora crassiora, petalis longiora.
734.

indica. 1. Lagerstroemia. *Mant.* 402. Sibi. *Kaempf. amoen.* 855.

668. THEA. *Cor.* 6-s. 9-petala. *Cal.* 5-s. 6-phyllus. *Caps.* 3-cocca.
734.

Bohea. 1. T. floribus hexapetalis. *Amoen. acad.* 7. *p.* 239. *t.* 4. *Folia alterna, elliptica, consistentia, laevia, obtusiuscula, obtuse serrata: Petiolis brevibus, subtus teretibus, gibbis. Stipulae nullae. Nobis attulit vivam primus Car. Gust. Ekeberg, navis ad chinenses gubernator, d.* 3. *Octob.*

Octob. 1763. *Obtinetur, si semina ad navis recessum e China, in nave terrae mandentur, ut in itinere serius germinent.*

viridis. 2. T. flor. enneapetalis. *Florum libram integram aliquando accepi; esse T. viridem ex Hillio didici. Stylos 3 conglutinatos esse, nec simplicem. Jo. Coakly Letsom.*

669. CARYOPHYLLUS. *Cor.* 4-petala. *Cal.* 4-phyllus, duplicatus. *Bacca* 1-sperma, infera.
735.

aromaticus. 1. CARYOPHYLLUS. — *Natuurlyke Historie Vol. 2. p. 3. p. 44. t. 12. f. 1. Sonnerat Voyage à la nouvelle Guinée p. 196. t. 119.* M.

673. CISTUS. *Cor.* 5-petala. *Cal.* 5-phyllus: foliolis duobus minoribus. *Capsula.*
736.

* *Exstipulati fruticosi.*

capensis. 1. C. arborescens exstipulatus, foliis ovato-lanceolatis petiolatis trinerviis denticulatis utrinque nudis.

villosus. 2. C. arborescens exstipulatus, fol. ovatis petiolatis hirtis. *Folia petiolata rugosa, utrinque viridia et pubescentia. Pedunculi uniflori cum geniculo.*

populifolius. 3. C. arborescens exstipulatus, foliis cordatis laevibus acuminatis petiolatis. *Adultior ramis et foliis nudus est. Petala alba, absque macula margine purpurascentia Stamina lutea. Calyces ante explicationem triquetri.*

laurifolius. 4. C. arborescens exstipulatus, foliis oblongo-ovatis petiolatis trinerviis supra glabris: petiolis basi connatis. *Caulis arborescens ramis pilosis. Folia lanceolota, trinervia, acuta, rugosa, utrinque viridia, vix manifeste pilosa. Petioli basi purpurascentes, saepe distincti. Flores albi.*

lada-

Cistus *Flore albo* 3, 4, 5, 6, 10.
flore purpureo 7, 11, 8. 9.
flore luteo 12, 28. — etc. M.

ladaniferus. 5. C. arboreſcens exſtipulatus, fol. lanceolatis ſupra laevibus, petiolis baſi coalitis vaginantibus. *Corolla alba, magnitudine Papaveris ſomniferi. Germen torulis 10. Stigma ſeſſile absque omni ſtylo.*

monſpelienſis. 6. C. arboreſcens exſtipulatus. fol. lineari-lanceolatis ſeſſilibus utrinque villoſis trinerviis. *Flores albi.*

ſalvifolius. 7. C. arboreſcens exſtipulatus, fol. ovatis petiolatis utrinque hirſutis. *Folia ovata, obtuſa, avenia, minus mollia. Pedunculi laterales, ſolitarii, uniflori, foliis longiores. Flores albi.*

incanus. 8. C. arboreſcens exſtipulatus, fol. ſpatulatis tomentoſis rugoſis: inferioribus baſi connatis vaginantibus. *Flores purpurei.*

creticus. 9. C. arboreſcens exſtipulatus, fol. ſpatulato-ovatis petiolatis enerviis ſcabris, calyc. lanceolatis. *Tournef. cor. 19. it. 1. p. 30. Corollae purpureae.*

albidus. 10. C. arboreſcens exſtipulatus, fol. ovato-lanceolatis tomentoſis incanis ſeſſilibus ſubtrinerviis. *Folia ſeſſilia, mollia, horizontalia. Pedunculi ex apice ramorum plures, foliis vix longiores.*

criſpus. 11. C. arboreſcens exſtipulatus, fol. lanceolatis pubeſcentibus trinerviis undulatis.

halimifolius. 12. C. arboreſcens exſtipulatus, foliolis duobus calycinis linearibus. γ. Ciſtus fruticoſus erectus, fol. oppoſitis ſeſſilibus utrinque incanis. *Mill. ic. t. 290. Flores lutei.*

libanotis. 13. C. arboreſcens exſtipulatus, fol. linearibus revolutis, flor. umbellatis. *Flores lutei.*

** *Exſtipulati ſuffruticoſi.*

umbellatus. 14. C. ſuffruticoſus exſtipulatus procumbens, fol. oppoſitis, flor. umbellatis.

laevipes. 15. C. ſuffruticoſus exſtipulatus adſcendens, fol. alternis faſciculatis filiformibus glabris, pedunc. racemoſis. — *Jacq. hort. v. 2. t. 158.* M. Ciſtus ſuffruticoſus procumbens, fol. alternis confertis inaequalibus ſetaceis. *Ger. prov 394. t. 14.* Ciſtus humilis maſſiliotica, camphoratae tenuiſſimis foliis glabris. *Pluk. alm. 107. t. 84. f. 6.* (*Excluſis prioribus ſynonymis.*)

Ex ſingulis foliorum alis faſciculus foliorum minor. Flores lutei.

calycinus. 16. C. ſuffruticoſus exſtipulatus erectus, fol. linearibus, pedunc. unifloris, cal. triphyllis. *Mant. 565.* Ciſtus humilis ſ. Chamae-Ciſtus ericae folio luteus et elatior. *Bauh. pin. 466. Pluk. alm. 107. t. 83. f. 6. Similis C. Fumanae.*

ſyriacus. 17. C. ſuffruticoſus exſtipulatus erectus, fol. lanceolatis, floribus racemoſis. *Jacq. in Litt. Miſc. 3. Icon. rar.* M.

Fumana. 18. C. ſuffruticoſus exſtipulatus procumbens, fol. alternis linearibus margine ſcabris, pedunc. unifloris. — *Jacq. Fl. auſtr. v. 3. t. 252.* M. *β.* Chamae-Ciſtus, ericae folio, luteus humilior. *Bauh. pin. 466.* Helianthemum tenuifolium glabrum humi ſparſum, luteo flore. *Bauh. hiſt. 2. p. 18. Stamina circiter 16, antherifera et totidem exteriora caſtrata. Folia laevia, margine ſcabra ſpinulis aliquot minutiſſimis.*

canus. 19. C. ſuffruticoſus exſtipulatus procumbens, fol. oppoſitis obovatis villoſis ſubtus tomentoſis, flor. ſubumbellatis. — *Jacq. Fl. auſtr. v. 3. t. 277.* M. *Scop. ann. 2. p. 53. Mant. 403.*

italicus. 20. C. ſuffruticoſus exſtipulatus, fol. oppoſitis hiſpidis: inferioribus ovatis; ſuperioribus lanceolatis, ramis patentibus. *An varietas C. cani?*

marifolius. 21. C. ſuffruticoſus exſtipulatus, fol. oppoſitis oblongis petiolatis, planis ſubtus incanis.

roſeus. 22. C. ſuffruticoſus exſtipulatus procumbens, fol. oppoſitis oblongis, ad oras revolutis, utrinque ſubincanis. *Jacq. in Litt. Hort. v. 3. t. 65.* M.

anglicus. 23. C. ſuffruticoſus exſtipulatus procumbens, fol. oppoſitis oblongis revolutis piloſis, flor. racemoſis. *Hudſ. angl. 206. Mant. 245.* Helianthemum alpinum, folio piloſellae minoris Fuchſii. *Bauh. hiſt. 2. p. 18.*

oelandicus. 24. C. ſuffruticoſus exſtipulatus procumbens, fol. oppoſitis oblongis utrinque glabris, petiolis ciliatis, petalis emarginatis. — *Jacq. Fl. auſtr. v. 4. t. 399.* M. Ciſtus ſuffruticoſus procumbens, foliis nudis oppoſitis viridibus, floribus ſubumbellatis, calycibus hirſutis. *Ger. prov.*

prov. 396. Ciftus helianthemos, flore parvo luteo. *Bauh. hift. 2. p. 17. Calyx lineatus pubefcens.*

*** *Exftipulati herbacei.*

Tuberaria. 25. C. perennis exftipulatus, fol. radicalibus ovatis trinerviis tomentofis; caulinis glabris lanceolatis: fummis alternis.

guttatus. 26. C. herbaceus exftipulatus, fol. oppofitis lanceolatis trinerviis, racemis ebracteatis. *Mant. 403.*

canadenfis. 27. C. herbaceus exftipulatus, fol. omnibus alternis lanceolatis, caule adfcendente.

**** *Stipulati herbacei.*

ledifolius. 28. C. herbaceus ftipulatus erectus glaber, florib. folitariis fubfeffilibus, folio ternato oppofitis. *Capfulae longitudine calycis.*

falicifolius. 29. C. herbaceus ftipulatus patulus villofus, flor. racemofis erectis, pedicellis horizontalibus. *Capfulae calyce longiores.*

niloticus. 30. C. herbaceus ftipulatus erectus fubtomentofus, flor. racemofis folitariis feffilibus oppofitifoliis. *Mant. 246. Folia elliptica, fubtomentofa.*

aegyptiacus. 31. C. herbaceus ftipulatus erectus, fol. lineari-lanceolatis petiolatis, calyc. inflatis corolla majoribus. *Mant. 404. Jacq. obf. 3. p. 17. t. 68.*

***** *Stipulati fuffruticofi.*

fquamatus. 32. C. fuffruticofus ftipulatus, fol. obtectis fquamis orbiculatis.

Lippii. 33. C. fuffruticofus ftipulatus erectus, fol. alternis oppofitisque lanceolatis fcabris, fpicis fecundis. *Mant. 245.*

furrejanus. 34. C. fuffruticofus ftipulatus, procumbens, fol. ovato-oblongis fubpilofis, petalis lanceolatis.

nummularius. 35. C. fuffruticofus ftipulatus, fol. inferioribus orbiculatis; fuperioribus ovatis.

canarienfis. 36. C. fuffruticofus ftipulatus procumbens, fol. fubovatis alternis et oppofitis, racemis erectis. *Jacq. in Litt. Mifc. v. 2. p. 339. Icon. rar. t. 16.* M.

foetidus. 37. C. fuffruticofus ftipulatus procumbens, ftipulis lanceolatis, fol. oblongis fcabris. *Jacq. in Litt. Mifc. v. 2. p. 341. Icon. rar. t. 18.* M.

ſerpyllifolius. 38. C. ſuffruticoſus ſtipulatus, foliis oblongis, calycibus laevibus.

glutinoſus. 39. C. ſuffruticoſus ſtipulatus, fol. linearibus oppoſitis alternisque, pedunculis villoſis glutinoſis. *Ger. prov. 394. Mant. 246.* Chamae-Ciſtus incanus, tragorigani folio, hiſpanicus. *Barr. rar. 512. t. 415.* Helianthemum thymi folio incano. *Bauh. hiſt. 2. p. 19. Flores lutei.*

thymifolius. 40. C. ſuffruticoſus ſtipulatus procumbens, fol. ovali-linearibus oppoſitis breviſſimis congeſtis.

piloſus. 41. C. ſuffruticoſus ſtipulatus erectiuſculus, fol. linearibus ſubtus biſulcatis incanis, calyc. laevibus. *Flores albi Omnes facile Ciſtos parvo flore albo, etiam appenninum, ad hanc ſpeciem refert Gerard.*

racemoſus. 42. C. ſuffruticoſus ſtipulatus, fol. lanceolato-linearibus ſubtus tomentoſis. *Mant. 76.*

anguſtifolius. 43. C. ſuffruticoſus ſtipulatus diffuſus, fol. lanceolatis, calycibus hirſutis. *Jacq. in Litt. Hort. vol. 3. t. 53.* M.

Helianthemum. 44. C. ſuffruticoſus procumbens, ſtipul. lanceolatis, foliis oblongis revolutis ſubpiloſis. *Fl. dan. t. 101.*

mutabilis. 45. C. ſuffruticoſus ſtipulatus procumbens, ſtipulis lanceolatis, fol. oblongis glabris planis. *Jacq. in Litt. Miſc. v. 2. p. 340. Icon. rar. t. 17. Ludit floribus ochroleucis, qui frequentiores ſunt et roſeis in eadem planta.* M.

hirtus. 46. C. ſuffruticoſus ſtipulatus, foliis ovatis, calycibus hiſpidis.

apenninus. 47. C. ſuffruticoſus ſtipulatus patulus, foliis lanceolatis hirtis. *Flores albi. Frutex pedalis ramoſo-patulus.*

polifolius. 48. C. ſuffruticoſus ſtipulatus procumbens, fol. oblongo-ovatis incanis, calyc. laevibus, petal. ſerratis. *Flores albi.*

arabicus. 49. C. ſuffruticoſus ſtipulatus, fol. alternis lanceolatis planis laevibus. *Cent. 39.*

674. PROCKIA. *Cal.* 3-phyllus praeter foliola 2 baſeos.
745. *Cor.* 0. *Bacca* quinquangularis. polyſperma.

Crucis. 1. PROCKIA.

675. CORCHORUS. *Cor.* 5-petala. *Cal.* 5-phyllus, de-
745. ciduus. *Capf.* plurivalvis, loculamentofa.

olitorius. 1. C. capfulis oblongis ventricofis, fol. ferraturis infimis fetaceis. *Mant.* 565.

trilocularis. 2. C. capf. trilocularibus trivalvibus triquetris: angulis bifidis fcabris, fol. oblongis: ferraturis infimis fetaceis. *Mant.* 77. *et* 566. — *Jacq. hort. v.* 2. *t.* 173. M. *Capfulae apex fimplex eft.*

tridens. 3. C. capf. linearibus teretiufculis fcabris, fol. ferraturis infimis fetaceis. *Mant.* 566. Corchorus americanus, angufto barbato folio. *Pluk. phyt. t.* 127. *f* 4. *Burm. ind.* 123. *t.* 37. *f.* 2. *Styli* 3, *divaricatiffimi, bifidi.*

aeftuans. 4. C. capf. oblongis trilocularibus trivalvis fexfulcatis fexcufpidatis, fol. cordatis: ferraturis infimis fetaceis. *Mant.* 565. *Pluk. phyt.* 127. *f.* 3. — *Jacq. hort. v.* 1. *t.* 85. M. *Styli* 3, *bifidi.*

capfularis. 5. C. capf. fubrotundis depreffis rugofis, fol ferraturis infimis fetaceis. Ganja fativa. *Rumph. amb.* 5. *p.* 212. *t.* 78. *f.* 1. *Calyx foliolis concavis, incurvatis, extus punctatis, corolla brevioribus. Petala emarginata.*

hirfutus. 6. C. capf. fubrotundis lanatis, fol. ovatis obtufis tomentofis aequaliter ferratis. — *Jacq. hort. v.* 3. *t.* 57. *Ejusd. amer. pict. p.* 81. *t.* 157. M.

japonicus. 7. C. capf. rotundis glabris, fol. duplicato - ferratis. *Thunb. japon. mfpt.* M.

hirtus. 8. C. capf. oblongis cauleque pilofis; fol. oblongis aequaliter ferratis. — *Jacq. hort. v.* 3. *t.* 58. M.

filiquofus. 9. C. capf. linearibus compreffis bivalvibus, fol. lanceolatis aequaliter ferratis. — *Jacq. hort. v.* 3. *t.* 59. M. *Flores vernales apetali tetrandri, calyce* 4-*phyllo; autumnales* 5-*petali, polyandri, calyce* 5-*phyllo.*

676. SEGUIERIA. *Cal.* 5-phyllus. *Cor.* 0. *Capf.* mo-
747. nofperma: ala magna terminata alulisque lateralibus.

americana. 1. SEGUIERIA. *Jacq. amer.* 170. — *Ed.* 2. *pict. p.* 82. M. *Folia alterna, petiolata, elliptica, emar-*

emarginata. Aculei, juxta folium, recurvi. Flores racemosi, albi, foetidi.

DIGYNIA.

678. PÆONIA. *Cal.* 5-phyllus. *Petala* 5. *Styli* 0. *Caps.* 747. polyspermae.

officinalis. 1. P. foliolis oblongis. — *Mill. illustr. ic.* M.

anomala. 2. P. calyce folioso, capsulis glabris depressis. *Mant.* 247.

tenuifolia. 3. P. foliolis linearibus multipartitis. *Linn. dec.* 9. *t.* 5. *Folia in caule plurima, nec 3 tantum, ut prioris. Germina pilis purpureis.*

679. CURATELLA. *Cal.* 5-phyllus. *Petala* 4. *Styli* 2. 748. *Caps.* 2-partita: loculis dispermis.

americana. 1. CURATELLA. *Statura Coccolabae.*

1346. FOTHERGILLA. *Cal.* truncatus integerrimus. *Cor.* 0. *Germen* bifidum. *Caps.* 2-locularis. *Sem.* solitaria, ossea. Cfr. *Suppl. p.* 43.

alnifolia. 1. FOTHERGILLA. *Suppl. p.* 267. Fothergilla Gardeni. *Syst. ed.* 13. *p.* 418. — *Flos amentum. Icon. in Jo. Mill. op. nov. tab.* 1. M. *Habitat in Carolina. Arbuscula Foliis Fructuque Hamameli similis, Flore diversissima. D. Garden.*

680. CALLIGONUM. *Cal.* 5-phyllus. *Petala* 0. *Styli* 0. 748. *Fructus* hispidus, 1-spermus.

Polygonoides. 1. CALLIGONUM. *Plantam habui a p. m. Gronovio, qui asseverabat esse* Polygonoiden T.; *figura minus quadrat; videant autoptae, utrum sit eadem, nec ne.* Conf. *Mant.* 404.

TRI-

TRIGYNIA.

681. DELPHINIUM. *Cal.* o. *Petala* 5. *Nectarium* bifidum, postice cornutum. *Siliquae* 3. s. 1.
748.

* *Unicapsulares.*

Consolida. 1. D. nectariis monophyllis, caule subdiviso. — *Fl. dan. t. 683.* M.

Ajacis. 2. D. nectariis monophyllis, caule simplici. *Dic quibus in terris inscripti nomina Regum nascantur flores, et phyllida solus habeto. Virg. eclog. Ecce suos gemitus foliis inscripsit et AIA.*

aconiti. 3. D. nectariis monophyllis antice quadridentatis, caps. solitariis, ramulis unifloris. *Mant. 77.*

** *Tricapsulares.*

ambiguum. 4. D. nectariis monophyllis, corollis hexapetalis, fol. multipartitis.

peregrinum. 5. D. nectariis diphyllis, corollis enneapetalis, fol. multipartitis obtusis. Delphinium nectariis diphyllis, floribus solitariis, foliis multipartitis: foliolis linearibus acuminatis. *Allion. nic. 200. taur. 71.*

grandiflorum. 6. D. nectariis diphyllis: labellis integris, flor. subsolitariis, fol. compositis lineari-multipartitis. *Mill. ic. t. 250. f. 1. Gmel. sib. 4. t. 78.*

elatum. 7. D. nectariis diphyllis: labellis bifidis apice barbatis, fol. incisis, caule erecto. *Mill. ic. t. 250. f. 2. Gmel. sib. 4. p. 187. t. 75–80.*

puniceum. 8. D. labellis bipartitis pilosis, nectarii cornu recto, fol. multipartitis; bracteis calycinis nullis. *Suppl. p. 267.* Delphinium puniceum. *Pall. it. v. 3. p. 96.*

Staphisagria. 9. D. nectariis tetraphyllis petalo brevioribus, fol. palmatis lobis obtusis. *Varietas foliis albo venosis differt Foliis incisis, 7-partitis. laciniis acuminatis; Corollae calcare non obsoleto, sed longitudine pedicelli.*

682. ACONITUM. *Cal.* 0. *Petala* 5: supremo fornicato.
770. *Nectaria* 2, pedunculata, recurva. *Siliquae* 3. s. 5.

* *Tricapsulares.*

Lycoctonum. 1. A. foliis palmatis multifidis villosis. — *Jacq. Fl. austr. v. 4. t. 380.* M.

japonicum. 2. A. fol. trifido-palmatis: laciniis incisis obtusis. *Thunb. jap. mspt.* M.

Napellus. 3. A. foliorum laciniis linearibus superne latioribus linea exaratis. — *Jacq. Fl. austr. v. 4. t. 381. Mill. illustr. ic.* M.

pyrenaicum. 4. A. fol. multipartitis: laciniis linearibus incumbentibus squarrosis.

** *Quinquecapsulares.*

Anthora. 5. A. flor. pentagynis, foliorum laciniis linearibus. — *Jacq. Fl. austr. v. 4. t. 382.* M.

variegatum. 6. A. flor. pentagynis, fol. laciniis semipartitis superne latioribus.

Cammarum. 7. A. flor. subpentagynis, foliorum laciniis cuneiformibus incisis acutis. — *Jacq. Fl. austr. v. 5. t. 424* M. *Corollae galea mucrone elongato.* — Addo: *Flores dilutius coerulei, galea multo longior, racemus brevior, quam in A. Napello.* M.

uncinatum. 8. A. flor. subpentagynis, foliis multilobis, corollarum galea longius extensa. *Haec americana flore fere A. Cammari, sed foliis propior Napello.*

TETRAGYNIA.

683. TETRACERA. *Cal.* 6-phyllus. *Capsulae* 4.
751.

volubilis. 1. TETRACERA.

1314. CARYOCAR. *Cal.* 5-partitus. *Petala* 5. *Styli* saepius 4. *Drupa* Nucleis 4 sulcis reticulatis.

nuciferum. 1. CARYOCAR. *Mant. 247. Drupa magnitudine capitis. Allamand.*

1282. CIMICIFUGA.

CAL. foliolis 5, ſubrotundis, concavis, caducis.

COR. *Nectaria* 4, petaliformia, urceolata, cartilaginea.

STAM. *Filamenta* 20, filiformia. *Antherae* didymae.

PIST. *Germina* 4-2. *Styli* recurvati. *Stigmata* ſtylo longitudinalia.

PER. *Capſulae* oblongae, ſutura laterali dehiſcentes.

SEM. plurima, obtecta ſquamis patentibus.

foetida. 1. CIMICIFUGA. Actaea cimicifuga *Sp. pl. 722. Amoen. acad. 7. t. 6. f. 2. Gmel. ſib. 4. p. 181. t. 70. Simillima Actaeae racemoſae. Variat omnium maxime numero Calycis, Corollae, Piſtillorum, ut neque ſexus conſtans ſit, nec proportio.*

PENTAGYNIA.

684. AQUILEGIA. *Cal.* 0. *Petala* 5. *Nectaria* 5, corniculata, inter petala. *Capſ.* 5. diſtinctae.
752.

viſcoſa. 1. A. nectariis . . . caul. ſubnudo ſubunifloro viſcoſo-piloſo, fol. ſubtrilobis. *Mant. 77. Nectaria qualia?*

vulgaris. 2. A. nectariis incurvis. — *Fl. dan. t. 695. Mill. illuſtr. ic.* M. *Sibirica varietas conſtans, humilior, coerulea nectariorum oris albidis.* Viſcoſa *monſpelienſis e ſeminibus Gouani enatis nil ab A. vulgari differebat.*

alpina. 3. A. nectariis rectis, petalo lanceolato brevioribus. *Nectaria curva eſſe, ut in A. vulgari, et Foliorum lacinias lineares, nec rotundas. Haller. Habitare in Helvetiae ditione Aquilegienſi; biennis.*

canadenſis. 4. A. nectariis rectis, ſtaminibus corolla longioribus.

viridiflora. 5. A. nectariis rectis conniventibus, petalo lanceolato aequalibus. *Murr. in comm. gott. 1780. p. 8. t. 2.* Aquilegia *viridiflora*, nectariis rectis et ſtaminibus petalorum longitudine. *Jacq. in Litt. Miſc. v. 2. Icon. rar.* M.

685. NIGELLA. *Cal.* o. *Petala* 5. *Nectaria* 5, trifida,
753. intra corollam. *Capsulae* 5, connexae.

* *Pentagynae.*

damascena. 1. N. floribus involucro folioso cinctis. *Mant.* 405.
sativa. 2. N. pistillis quinis, capsulis muricatis subrotundis, foliis subpilosis.
arvensis. 3. N. pistillis quinis, pet. integris, caps. turbinatis.

** *Decagynae.*

hispanica. 4. N. pistillis denis corollam aequantibus.
orientalis. 5. N. pistillis denis corolla longioribus.

686. REAUMURIA. *Cal.* 6-phyllus. *Petala* 5. *Caps.*
754. 1-locularis, 5-valvis, polysperma.

vermiculata. 1. REAUMURIA. *Folia sparsa, linearia, carnosa, subtus convexa, acuta, sessilia, patentia.*

1402. BRATHYS. *Cal.* 5-phyllus. *Petala* 5. *Nectarium* o. *Caps.* 1-locularis, polysperma. *Suppl. p.* 43.

juniperina. 1. BRATHYS. *Suppl. p.* 268.

HEXAGYNIA.

687. STRATIOTES. *Spatha* diphylla. *Perianth.* 3-fidum.
754. *Petala* 3. *Bacca* 6-locularis, infera.

Aloides. 1. S. foliis ensiformi-triangulis ciliato-aculeatis. *Fl. dan. t.* 337. — *Mill. illustr. ic. M. Flores nobis visi omnes fuere hermaphroditi, at dioicos vidit in Germania Bergen, Zinn, Fabricius; inde etiam masculum florem misit Schreber, qui in hermaphrodito antheras steriles observavit.*
Acoroides. 2. S. fol. ensiformibus planis glaberrimis, spatha apice barbata. *Suppl. p.* 268.
Alismoides. 3. S. fol. cordatis. *Mant.* 405.

POLY-

POLYGYNIA.

1403. WINTERA. *Cal.* 3-lobus. *Petala* 6. s. 12. *Germina* clavata. *Stylus* o. *Bacca* clavata. *Suppl. p.* 43. Drimys *Forst. gen. n.* 42. *)

aromatica. 1. W. pedunculis aggregatis terminalibus, pistillis quatuor. *Suppl. p.* 269. Drimys Winteri. *Linn. jun. ibid. Forst. in nov. act. Upsal. v. 3. p.* 181. Winterana aromatica. *Soland. in. med. Obs. and Jnquir. vol 5. p. 46. t. 1. Ex hac cortex Winteranus offic. verus, a Canella alba diversissimus.*

granadensis. 2. W. pedunculis axillaribus elongatis trifidis, pistillis octo. *Suppl. p. 269. ubi* Drimys granadensis *dicitur.*

688. DILLENIA. *Cal.* 5-phyllus. *Petala* 5. *Capsulae* polyspermae, connatae, pulpa repletae.
754.

indica. 1. Dillenia. *Obs. an hujus generis Sangius. Rumph. amb. 2. t. 46?*

611. ILLICIUM. (*Mant.* 167.) *Cal.* 6-phyllus. *Petala* 27. *Caps.* plures in orbem digestae, bivalves, monospermae.
664.

anisatum. 1. I. (floribus flavescentibus) *Sp. plant.* 664. Somo vulgo Skimmi *Kaempf. amoen.* 880. *t.* 881. Anisum stellatum. *Mat. med.* 510.

floridanum. 2. I. (floribus rubris) . . *Mant. p.* 395. *Ellis. act. angl.* 1770. (v. 60.) *p.* 524. *t.* 12. *Flores rubri. Fructus odoratissimi.*

689. LIRIODENDRON. *Cal.* 3-phyllus. *Petala* 9. *Sem.* imbricata in strobilum.
755.

Tulipifera. 1. L. foliis lobatis. *Büttn. cun.* 229.
Liliifera. 2. L. fol. lanceolatis.

690.

---

*) *Genus hocce, nobilitatum cortice Winterano, malui praefixo nomine insignire, quam Drimydis, quo posteriori quidem et in Supplemento comparet. Concinnius quoque dici putavi Winteram, quam Winteranam.* M.

690. MAGNOLIA. *Cal.* 3-phyllus. *Petala* 9. *Capſ.* 2-
755. valves, imbricatae. *Sem.* baccata, pendula.

grandiflora. 1. M. foliis lanceolatis perennantibus. *Corolla omnium arborum facile maxima. Folia coriacea, antiquiora purpuraſcenti pubeſcentia. Münchhauſ.*

glauca. 2. M. fol. ovato-oblongis ſubtus glaucis. *Folia ſubtus albido-coeruleſcentia.*

acuminata. 3. M. fol. ovato oblongis acuminatis. *Folia utrinque viridia dimidio anguſtiora. Lignum flavum. Münchhauſ.*

tripetala. 4. M. fol. lanceolatis, petalis exterioribus dependentibus. *Trew. ehret 30. t. 32. 33. Flores magnitudine M. grandiflorae, fragrantiſſimi; Folia umbellatim poſita,* 30 *pollices longa. Münchhauſ.*

691. MICHELIA. *Cal.* 3-phyllus. *Petala* 15. *Baccae*
756. multae, 4-ſpermae.

Champaca. 1. M. foliis lanceolatis. *Flores lutei ſuaveolentiſſimi.*

Tſiampaca. 2. M. fol. lanceolato-ovatis. *Mant. 78.* Michelia evonymoides. *Burm. ind. 124.*

692. UVARIA. *Cal.* 3-phyllus. *Petala* 6. *Baccae* nu-
756. meroſae, pendulae, 4-ſpermae.

zeylanica. 1. U. foliis integerrimis.

javanica. 2. U. fol. ſerratis.

693. ANNONA. *Cal.* 3-phyllus. *Petala* 6. *Bacca* poly-
756. ſperma, ſubrotunda, cortice ſquamato.

muricata. 1. A. foliis ovali-lanceolatis glabris nitidis planis, pomis muricatis. *Jacq. obſ. 10. t. 5.* – *Ejusd. amer. pict. p. 83. t. 161.* M. Araticu Ponhe. *Marcg. braſ. 93. Mant. 405. Cor. 3-petala, extus ſcabra: Nectarii petala 3, minora, extus alba, laevia, intus rubra. Fructus cordatus, muricatus.*

ſquamoſa. 2. A. fol. oblongis ſubundulatis, fruct. obtuſe ſubſquamatis. *Jacq. obſ. 13. t. 6.* – *Ejusd. amer. pict. p. 84. t. 162.* M. Anona indica, fructu ex viridi luteo, cortice ſquamato aſpero, nucleis

cleis nigricantibus parvis. *Pluk. alm. 31. t. 134. f. 3.* Guanabanus foliis odoratis, fructu subrotundo squamoso. *Plum. gen. 43. Mant. 405.*

reticulata. 3. A. fol. lanceolatis, fruct. ovatis reticulato-areolatis. *Jacq. obs. 14. – Ejusd. amer. pict. p. 85. t. 264. f. 93. quoad fructum* M. Anona-maram. *Rheed. mal. 3. p. 23. t. 30. 31.* (*non Catesbaei*). Guanabanus fructu aureo et molliter aculeato. *Plum. gen. 43.*

palustris. 4. A. fol. oblongis obtusiusculis glabris, fruct. areolatis. Guanabanus palustris, fructu laevi viridi. *Plum. mss.*

glabra. 5. A. fol. lanceolato ovatis, fruct. conoidibus glabris.

triloba. 6. A. fol. lanceolatis, fruct. trifidis.

asiatica. 7. A. fol. lanceolatis glabris nitidis lineatis.

africana. 8. A. fol. lanceolatis pubescentibus.

hexapetala. 9. A. floribus hexapetalis. *Suppl. p. 270.* (*Mancus character.* M.)

1404. UNONA. *Cal.* 3-phyllus. *Petala* 6. *Baccae* plures pedicellatae, dispermae. *Suppl. p. 46.*

discreta. 1. Unona. *Suppl. p 270.*

694. ANEMONE. *Cal.* 0. *Petala* 6-9. *Sem.* plura. 758.

* Hepaticae, *flore subcalyculato.*

Hepatica. 1. A. foliis trilobis integerrimis. – *Fl. dan. t. 610.* M.

** Pulsatillae, *pedunculo involucrato, seminibus caudatis.*

patens. 2. A. pedunculo involucrato, fol. digitatis multifidis.

sulphurea. 3. A. pedunc. involucrato, fol. triplicato-pinnatis pilosis planis acute incisis, sem. caudatis. *Mant. 78. Petala supra lutea.*

baldensis. 4. A. fol. biternatis hirsutis. *Mant. 77.*

vernalis. 5. A. pedunc. involucrato, fol. pinnatis, flore erecto. *Fl. dan. t. 29.* Anemone tubis caudatis, involucris multifidis, foliis pinnatis, pinnis latis lobatis. *Hall. flor. 1147. t. 21.* (*Exclusa hortensi. CB.*).

cer-

cernua. 6. A. pedunc. involucrato, fol. pinnatis, flore cernuo. *Thunb. jap. mſpt.* M.

Pulſatilla. 7. A. pedunc. involucrato, pet. rectis, fol. bipinnatis. *Fl. dan. t. 153.*

pratenſis. 8. A. pedunc. involucrato, pet. apice reflexis, foliis bipinnatis. — *Fl. dan. t. 611.* M. *Diſtincta ſpecies a praecedenti.*

alpina. 9. A. fol. caulinis ternis connatis ſupradecompoſitis multifidis, ſeminibus hirſutis caudatis. *Mant. 406.* — *Jacq. Fl. auſtr. v. 1. t. 85.* M.

apiifolia. 10. A. fol. caulinis ternis connatis ſupradecompoſitis multifidis tenuiſſimis, ſubtus pilloſiſſimis. *Jacq. in Litt. Miſc. v. 2. p. 47. t. 4.* M.

*** Anemones, *caule folioſo, ſeminibus caudatis.*

coronaria. 11. A. fol. radicalibus ternato-decompoſitis, involucro folioſo.

hortenſis. 12. A. fol. digitatis, ſeminibus lanatis. Anemone foliis digitatis: lobis inciſis, petalis lanceolatis numeroſis. *Ger. prov. 380.*

palmata. 13. A. fol. cordatis ſublobatis, calyce hexaphyllo colorato.

**** Anemonoideae, *flore nudo, ſeminibus ecaudatis.*

ſibirica. 14. A. caule unifloro, involucro folioſo obtuſo. *Folia ſuborbiculata, ternata: foliola inciſo-palmata, ciliata, petiolis hirtis.*

ſylveſtris. 15. A. pedunculo nudo, ſem. ſubrotundis hirſutis muticis.

fragifera. 16. A. pedunc. nudo, ſeminibus ſubrotundis lanatis muticis, foliorum laciniis acutis lanceolatis. *Jacq. in Litt. Miſc. v. 2. p. 55. Icon. rar.* M.

virginiana. 17. A. pedunc. alternis longiſſimis, fruct. cylindricis, ſem. hirſutis muticis.

decapetala. 18. A. caule unifloro, flor. decapetalo, fol. ternatis lobatis radicalibus. *Mant. 79.*

penſylvanica. 19. A. caule dichotomo, fol. ſeſſilibus amplexicaulibus: infimis ternis trifidis inciſis. *Syſt. nat. 3. p. 231.* Anemone penſylvanica. *Mant. 247. Similis dichotomae, at folia terna ad caulis primam dichotomam.*

dicho-

dichotoma. 20. A. caule dichotomo, fol. fessilibus omnibus oppositis amplexicaulibus trifidis incisis. *Linn. dec. 29. t. 15. Mant. 406.*

trifolia. 21. A. fol. ternatis ovatis integris serratis, caule unifloro.

quinquefolia. 22. A. fol. quinatis ovalibus serratis, caule unifloro.

nemorosa. 23. A. sem. acutis, foliol. incisis, caule unifloro. *Fl. dan. t. 549.*

apennina. 24. A. sem. acutis, foliol. incisis, petalis lanceolatis numerosis.

ranunculoides. 25. A. sem. acutis, foliol. incisis, pet. subrotundis, caule sub-bifloro. *Fl. dan. t. 140.*

narcissiflora. 26. A. flor. umbellatis, sem. depresso-ovalibus nudis. *Mant. 406.* — *Jacq. Fl. austr. v. 2. t. 159.* Anemone seminibus nudis rotundis planis, foliis septifidis imbricatis hirsutis. *Hall. flor. 1155.* Ranunculus montanus hirsutus albus altior. *Bauh. pinn. 183. Hall. Corollae hypocrateriformes.*

fasciculata. 27. A. flor. umbellatis congestis, fol. multifidis. *Varietatem A. narcissiflorae credit. Haller.*

Thalictroides. 28. A. flor. umbellatis, fol. caulinis simplicibus verticillatis, radicalibus biternatis. *Involucrum foliolis petiolatis.*

695. ATRAGENE. *Cal.* 4-phyllus. *Petala* 12. *Sem.* 764. caudata.

japonica. 1. A. erecta foliis oppositis triternatis: foliolis ovatis incisis. *Thunb. jap. mspt.*

alpina. 2. A. fol. duplicato-ternatis serratis, petalis exterioribus quaternis. — *Jacq. Fl. austr. v. 3. t 241.* M. Clematis fol. compositis et decompositis: foliolis ternatis serratis. *Mill. ic t. 284. Plantam alpinam ab austriaca distinguendam monet Jacq. vind. 249.*

capensis. 3. A. fol. ternatis: foliolis incisis dentatis, petalis exterioribus quinis. *Mant. 406. Berg. cap. 148.*

tenuifolia. 4. A. fol. duplicato-pinnatis: pinnulis linearibus integris. *Suppl. p. 270.*

zeylanica. 5. A. cirrhis diphyllis. *Caulescens et scandens.*

696. CLEMATIS. *Cal.* 0. *Petala* 4. rarius 5 — vel 6 (M.)
765. *Sem.* caudata.

* *Scandentes.*

cirrhosa. 1. C. fol. ſimplicibus, caule cirrhis oppoſitis ſcandente, pedunc. unifloris lateralibus.

Viticella. 2. C. fol. compoſitis decompoſitisque: foliolis ovatis ſublobatis integerrimis. *Folia floralia ovata. Petala deltoidea.*

Viorna. 3. C. fol. compoſitis decompoſitisque: foliolis quibusdam trifidis.

criſpa. 4. C. fol. ſimplicibus ternatisque: foliolis integris trilobisve.

orientalis. 5. C. fol. compoſitis: foliolis inciſis angulatis lobatis cuneiformibus, petalis interne villoſis.

hexapetala. 6. C. fol. compoſitis: foliolis ovatis ſerratis, pedunculis diphyllis, corolla patente hexapetala. *Suppl. p. 271.*

virginiana. 7. C. fol. ternatis: foliolis cordatis ſublobato-angulatis ſcandentibus, flor. dioicis.

florida. 8. C. fol. decompoſitis: foliolis binatis ternatisque, petalis ovatis. *Thunb. jap. mſpt.* M.

japonica. 9. C. fol. ternatis: foliolis elliptico-ovatis ſerratis, flor. cylindricis. *Thunb. jap. mſpt.* M.

dioica. 10. C. fol. ternatis integerrimis, flor. dioicis.

Vitalba. 11. C. fol. pinnatis: foliolis cordatis ſcandentibus. — *Jacq. Fl. auſtr. t. 308.* M. *Variat Foliolis integris et inciſis. (Excluſa) americana.)*

Flammula. 12. C. fol. inferioribus pinnatis laciniatis: ſummis ſimplicibus integerrimis lanceolatis. Clematis foliis pinnatis: foliolis alternis; caulinis flexuoſis ſcandentibus. *Ger. prov. 382.*

** *Erectae.*

maritima. 13. C. fol. pinnatis linearibus, caul. ſimplicibus hexagonis.

erecta. 14. C. fol. pinnatis: foliolis ovato-lanceolatis integerrimis, caule erecto, flor. pentapetalis tetrapetalisque. — *Jacq. Fl. auſtr. v. 3. t. 291.* M.

integrifolia. 15. C. fol. ſimplicibus ovato-lanceolatis, flor. cernuis. *Jacq. Fl. auſtr. v. 4. t. 363.* M. *Petala coriacea.*

697.

697. THALICTRUM *Cal.* o. *Petala* 4 ſ. 5. *Sem.* ecaudata.
767.

alpinum. 1. T. caule ſimpliciſſimo ſubnudo, racemo ſimplici terminali. *Fl. dan. t.* 11.

foetidum. 2. T. caule paniculato filiformi ramoſiſſimo folioſo. *Odor hircoſus.*

tuberoſum. 3. T. floribus pentapetalis, radice tuberoſa. *Mill. ic. t.* 265. *f.* 2.

Cornuti. 4. T. flor. pentapetalis, radice fibroſa.

dioicum. 5. T. flor. dioicis.

minus. 6. T. fol. ſexpartitis, flor. cernuis. Thalictrum alpinum minus ſaxatile, rutae folio, ſtaminibus luteis. *Segu ver.* 476. *t.* 11. *Jacq. Fl. auſtr. v.* 5. *t.* 419. *Fl. dan. t.* 732. M.

majus. 7. T. fol. multipartitis, flor. cernuis, ramis floriferis ex iisdem axillis binis vel ternis. *Jacq. in Litt. Fl. auſtr. v.* 5. *t.* 420. M.

medium. 8. T. fol. multipartitis: foliolis lanceolatis inciſis, floribus erectis. *Jacq. in Litt. Hort. v.* 3 *t.* 96. M.

elatum. 9. T. fol. multipartitis: foliolis cordatis vel ovatis, obtuſis inciſis, caule tereti paniculato. *Jacq. in Litt. Hort. v.* 3 *t.* 90. M.

ſibiricum. 10. T. fol. tripartitis: foliolis ſubreflexis argute inciſis, flor. cernuis.

purpuraſcens. 11. T. fol. tripartitis, caule foliis duplo altiore, floribus cernuis.

anguſtifolium. 12. T. foliolis lanceolato-linearibus integerrimis. *Affine T. flavo.* — *Jacq. hort. v.* 3 *t.* 43 M.

nigricans. 13. T. caule folioſo ſulcato, panicula multiplici erecta, foliolis acute trilobis. *Jacq. in Litt. Fl. auſtr. v.* 5. *t.* 421 M.

flavum. 14. T. caule folioſo ſulcato, panic. multiplici erecta.

ſimplex. 15. T. caule folioſo ſimpliciſſimo angulato. *Mant* 78. *Fl. dan. t.* 244.

lucidum. 16. T. caule folioſo ſulcato, fol. linearibus carnoſis.

aquilegifolium. 17. T. fruct. pendulis triangularibus rectis, caule tereti. — *Jacq. Fl. auſtr. v.* 4. *t* 318. M.

atropurpureum. 18. T. fructibus pendulis triangularibus rectis, caule tereti ſtricto pluries ramoſo nebuloſo. *Jacq. in Litt. Hort. v.* 5 *t.* 61. M.

contortum. 19. T. fruct. pendulis triangularibus contortis, caule ſubancipiti. *Diſtinctum a T. aquilegifolio.*

ſtamineum. 20. T. ſtaminum filamentis petaliformibus lanceolatis. *Suppl. p. 271.*

ſtyloideum. 21. T. fol. tripartito-pinnatis, ſtylis baſi alatis. *Suppl. p. 271.*

698. ADONIS. 771. *Cal.* 5-phyllus. *Petala* quinis plura absque nectario. *Sem.* nuda.

aeſtivalis. 1. A. floribus pentapetalis, fructibus ovatis. *Flores rubri.*

autumnalis. 2. A. flor. octopetalis, fructibus ſubcylindricis. *Flores atro-purpurei.* — *An* Adonis *miniata,* flor. octopetalis, fructibus ſubcylindricis, corollis miniatis. *Jacq. in Litt. Fl. auſtr. vol. 4. t. 354. ab hac ſatis diſtincta? quae quidem et apud nos inter ſegetes ineunte aeſtate petalis pallidius rubris et oblongis creberrima. Hortenſis pl. petalis rotundioribus profundioris coloris inſtruitur. An A. autumnalis Linn. revera autumno floret? Elegans exſtat hujus* Varietas *β, flore citrino.* M.

flammea. 3. A. flor. octopetalis, calycibus hirſutis, fructibus cylindricis. *Jacq. in Litt. Fl. auſtr. v. 4. t. 355. Floret aeſtate, corolla phoenicea.* M.

vernalis. 4. A. flore dodecapetalo: fructu ovato. *Jacq. auſtr. t. 44. Planta uniflora, ramis ſterilibus.*

apennina. 5. A. floribus pentdecapetalis. — *Jacq. Fl. auſtr. v. 1. t. 44.* M. *Planta multiflora, ramis ſcilicet etiam floriferis.*

capenſis. 6. A. flor. decapetalis, fructibus depreſſis, foliis duplicato-ternatis: foliolis ſerratis cordatis. Adonis *capenſis,* foliis biternatis: foliolis ſubcordatis. *Suppl. p. 272. Folia biternata, radicalia: foliolis ſubcordatis, ſerratis, rigidis: Petiolis hirtis. Scapi aphylli, teretes, piloſi, terminati Umbella compoſita. Involucra et involucella hexaphylla, lanceolata. Pedunculi partiales tres exteriores; tres interiores et unicus centralis uniflorus; reliqui quadriflori. Calyx 5-phyllus, ovato-oblongus, concavus, albidus. Petala 10, lanceolata, alba, calyce duplo longiora. Filamenta multa, linearia, petalis ½ breviora. Antherae binae ovatae, parvae. Piſtilla multa, in capitulum congeſta. Styli extrorſum flexi, longitudine ſtaminum. Stigmata obtuſa. Foliatio involu-*

luta. Conferatur Imperatoria ranunculoides, fphondylii hirfuto folio.minor. *Pluk. Mant.* 108. *Si aliter, quam foliis hirtis diverfa, poffet diftinctum genus conftituere.*

veficatoria. 7. A. flor. decapetalis, fol. biternatis: foliolis ferratis glabris. *Suppl. p.* 272.

699. RANUNCULUS. *Cal.* 5-phyllus. *Petala* 5 intra
772. ungues poro mellifero. *Sem.* nuda.

* *Foliis fimplicibus.*

Flammula. 1. R. foliis ovato-lanceolatis petiolatis, caule declinato. *Fl. dan. t.* 572.

reptans. 2. R. fol. linearibus, caule repente. *Fl. dan. t.* 108.

Lingua. 3. R. fol. lanceolatis, caule erecto. *Mant.* 407. — *Fl. dan. t.* 754. M.

nodiflorus. 4. R. fol. ovatis petiolatis: flor. feffilibus.

gramineus. 5. R. fol. lanceolato-linearibus indivifis, caul. erecto laeviffimo paucifloro. Ranunculus foliis lanceolato-linearibus feffilibus, caule erecto, radice fafciculata. *Ger. prov.* 384. Ranunculus gramineo folio, bulbofus. *Bauh. pin. t.* 81. *Diftinguendus flor. luteis radice tuberofa a R. pyrenaeo flor. albis radice bulbofa.*

pyrenaeus. 6. R. fol. linearibus indivifis, caul. erecto ftriato fubbifloro. *Mant.* 248. Ranunculus foliis linearibus, caule fubnudo, radice bulbofa. *Ger. prov.* 384. Ranunculus alpinus pumilus gramineo folio, flore albo. *Tournefort. inft.* 292. Ranunculus pumilus, gramineis foliis. *Bauh. hift.* 3. *p.* 850. *Synonyma a R. gramineo feparanda.*

parnaffifolius. 7. R. fol. fubovatis nervofis lineatis integerrimis petiolatis, flor umbellatis.

amplexicaulis. 8. R. fol. ovatis acuminatis amplexicaulibus, caule multifloro, radice fafciculata. Ranunculus pyrenaeus flore albo. *Cluf. cur. app. alt.*

bullatus. 9. R. fol. ovatis ferratis, fcapo nudo unifloro.

Ficaria. 10. R. fol. cordatis angulatis petiolatis, caul. unifloro. *Fl. dan. t.* 499.

plantaginifolius. 11. R. fol. cordato ovatis, apice vel integris vel tridentatis, flagellis reptantibus. *Murr. in comm. gott.* 1777. *p.* 39. *t.* 2. Ranunculus *ruthenicus,* foliis ovatis ad apicem paucidentatis,

 caule

caule repente. *Jacq. in Litt. Hort. t. 3. p. 19. t. 31.* M.

Thora. 12. R. fol. reniformibus ſubtrilobis crenatis: caulino ſeſſili, floribus lanceolatis, caule ſubbifloro. *Jacq. obſ. 25. t. 13. — Fl. auſtr. v. 5. t.* 442. M. *Calyx coloratus, reflexus.*

** *Foliis diſſectis et diviſis.*

creticus. 13. R. fol. radicalibus reniformibus crenatis ſubloba-tis: caulinis tripartitis lanceolatis integerrimis, caule multifloro.

caſſubicus. 14. R. fol. radicalibus ſubrotundo cordatis crenatis, caulinis digitatis dentatis, caule multifloro.

auricomus. 15. R. fol. radicalibus reniformibus crenatis inciſis; caulinis digitatis linearibus, caule multifloro — *Fl. dan. t. 665.* M. Ranunculus rotundifolius vernus ſylvaticus. *Bauh. hiſt. 3. p.* 341. *Folium radicale cordatum.*

abortivus. 16. R. fol. radicalibus cordatis crenatis; caulinis ternatis angulatis, caule ſubtrifloro.

ſceleratus. 17. R. fol. inferioribus palmatis: ſummis digitatis, fructibus oblongis. *Fl. dan. t.* 570.

aconitifolius. 28. R. fol. omnibus quinatis lanceolatis inciſo-ſerratis. Ranunculus albus, folio denſo. *Bauh. hiſt.* 3. *p.* 844. *Similis* R. *platanifolio, ſed folia quinquepartita ad petiolum usque, et caulis dimidio brevior. I. B.*

platanifolius. 19. R. fol. palmatis laevibus inciſis, caule erecto, bracteis linearibus. *Mant. 79. Fl. dan. t. 111. Bauh. hiſt. 3. p. 843.*

illyricus. 20. R. fol. ternatis integerrimis lanceolatis. — *Jacq. Fl. auſtr. v. 3. t. 222.* M.

penſylvanicus. 21. R. fol. ternatis trifidis inciſis ſubtus piloſis, caule erecto, calycibus reflexis. *Suppl. p. 272.* — Ranunculus canadenſis. *Jacq. miſc. auſtr. vol. 2. p. 343. Linn. jun. annuam vocat: in horto bot. vindobonenſi autem pariter ac gottingenſi perennat, niſi vi frigoris ſubinde pereat.* M.

ternatus. 22. R. fol. omnibus ternatis: foliolis trifidis, caule multifloro, calycibus reflexis. *Thunb. japon. mſpt.* M.

aſiaticus. 23. R. fol. ternatis biternatisque: foliolis trifidis inciſis, caule inferne ramoſo. *Caulis erectus ramoſus pubeſcens, teres, ut Pedunculi. Folia*

lia infima simplicia lobata incisa acuta, subtus pubescentia ut petioli; superiora tripartita et biternata. Calyx non reflexus. Flos coronarius.

rutaefolius. 24. R. fol. supradecompositis, caule simplicissimo unifolio unifloro, radice tuberosa. Ranunculus caule unifloro, foliis imbricatis pinnatis: pinnis lobatis: lobis obtuse palmatis. *Hall. flor. 1165. Flos albus.*

glacialis. 25. R. calyc. hirsutis, caule bifloro, fol. multifidis. *Fl. dan. t. 19.*

nivalis. 26. R. calyc. hirsuto, caule unifloro, fol. radicalibus palmatis: caulinis multipartis sessilibus. — *Jacq. Fl. austr. v. 2. t. 325. 326.* M.

alpestris. 27. R. fol. radicalibus subcordatis obtusis tripartitis: lobis trilobatis: caulino lanceolato integerrimo, caule subunifloro. — *Jacq. Fl. austr. v. 2. t. 110.* M. Ranunculus uniflorus, foliis laevibus semitrilobis rotundis serratis, caulinis lingulatis. *Hall. flor. 1167. Folia similia R. aquatilis natantibus. Calyx reflexus, glaber. Petala alba, biloba.*

lapponicus. 28. R. fol. tripartitis lobatis obtusis, caule subnudo unifloro. *Fl. dan. t. 144. 331.*

monspeliacus. 29. R. fol. tripartitis crenatis, caule simplici villoso subnudo unifloro.

bulbosus. 30. R. calyc. retroflexis, pedunc. sulcatis, caule erecto multifloro, fol. compositis. *Fl. dan. t. 551.* — *Mill. illustr. ic. ubi omnes partes sueto majores compareut.* M.

repens. 31. R. calyc. patulis, pedunc. sulcatis, stolonibus repentibus, fol. compositis. — *Fl. dan. t. 795.* M. *An Varietas prioris?*

polyanthemos. 32. R. calyc. patulis, pedunc. sulcatis, caule erecto, fol. multipartitis.

acris. 33. R. calyc. patulis, pedunc. teretibus, fol. tripartito-multifidis: summis linearibus. *Hujus Varietates esse R. auricomum et R. nivalem suspicatur Haller.*

lanuginosus. 34. R. calyc. patulis, pedunc. teretibus, caule petiolisque hirsutis, fol. trifidis lobatis crenatis holosericeis. *Fl. dan. t. 397.*

chaerophyllus. 35. R. calyc. retroflexis, pedunc. sulcatis, caule erecto unifloro: fol. compositis linear. multifidis.

 par-

parvulus. 36. R. hirtus, fol. trilobis incisis, caul. erecto subunifloro. *Mant.* 79.

arvensis. 37. R. sem. aculeatis, fol. superioribus decompositis linearibus. *Fl. dan. t.* 219.

muricatus. 38. R. sem. aculeatis, fol. simplicibus lobatis obtusis glabris, caule diffuso. *Bauh. hist.* 3. *p.* 842.

parviflorus. 39. R. sem. muricatis, fol. simplicibus laciniatis acutis hirtis, caule diffuso.

orientalis. 40. R. sem. spinoso-subulatis recurvis, calyc. reflexis, fol. multifidis.

grandiflorus. 43. R. caule erecto bifolio, fol. multifidis: caulinis alternis sessilibus.

falcatus. 44. R. fol. filiformi-ramosis, scapo nudo unifloro, sem. falcatis. — *Jacq. Fl. austr. v.* 1. *t.* 48. M. *Bocc. sic. adde t.* 14. *f.* 3.

hederaceus. 43. R. fol subrotundis trilobis integerrimis, caule repente. *Fl. dan. t.* 321.

aquatilis. 44. R. fol. submersis capillaceis: emersis peltatis. *Fl. dan. t.* 376.

700. TROLLIUS. 782. *Cal.* o. *Petala* circiter 14. *Caps.* plurimae, ovatae, polyspermae.

europaeus. 1. T. corollis conniventibus, nectariis longitudine staminum. *Fl. dan. t.* 133. *Corollis clausis flavis; nectariis flavis, ipsis staminibus non longioribus. Germina s. Pistilla erecta.*

asiaticus. 2. T. corolla patula, nectariis stamine longioribus. *Parum a praecedenti distinctus nectariis fulvis stamine longioribus. Corollis saturate luteis hiantibus. Germina s. Pistilla extorsum flexa, quasi procumbentia.*

701. ISOPYRUM. 783. *Cal.* o. *Petala* 5. *Nectaria* 3-fida, tubulata. *Caps.* recurvae, polyspermae.

fumarioides. 1. I. stipulis subulatis, petalis acutis. *Flores lutei.*

thalictroides. 2. I. stipulis ovatis, petalis obtusis. — *Jacq. v.* 2. *t.* 105. M. *Flores albi.*

aquilegioides. 3. I. stipulis obsoletis.

702. HELLEBORUS. *Cal.* o. *Petala* 5. f. plura. *Nectaria* bilabiata, tubulata. *Capf.* polyfpermae, erectiufculae,
783.

hyemalis. 1. H. flore folio infidente. *Mant.* 408. — *Jacq. Fl. auftr. v.* 3. *t.* 202. M.

niger. 2. H. fcapo fubbifloro fubnudo, fol. pedatis. *Mant.* 408. — *Jacq. Fl. auftr. v.* 3. *t.* 201. M. *Folia coriacea.*

viridis. 3. H. caule bifido, ramis foliofis bifloris, fol. digitatis. *Mant.* 408. — *Jacq. Fl. auftr. v.* 2. *t.* 106. M.

foetidus. 4. H. caule multifloro foliofo, fol. pedatis. *Folia omnia in caule, verfus radicem nulla.*

trifolius. 5. H. fcapo unifloro, fol. ternatis. *Fl. dan. t.* 566. *Etiam in Iflandia.*

703. CALTHA. *Cal.* o. *Petala* 5. *Nectaria* o. *Capf.* plures, polyfpermae.
784.

paluftris. 1. CALTHA. — *Fl. dan. t.* 668. M.

. . HOUTUYNIA. *Cal.* 4-phyllus. *Cor.* o. *Stamina* mixta piftillis. *Thunb. jap. mfpt.* M.


cordata. 1. HOUTUYNIA. *Thunb. l. c. Act. ftockh.* 1783. *p.* 149. *tab.* 5. M.

704. HYDRASTIS. *Cal.* o. *Petala* 3. *Nectaria* o. *Bacca* compofita acinis monofpermis. *Ellif.*
784.

canadenfis. 1. HYDRASTIS. Warneria. *Mill. ic.* 290. *t.* 285.





CLASSIS XIV.

DIDYNAMIA.

GYMNOSPERMIA.

* *Calyces ſubquinquefidi.*

1236. PERILLA. *Styli* duo! *Stam.* diſtantia.
722. LEONURUS. *Antherae* punctis oſſeis adſperſae.
714. GLECOMA. *Antherarum.* paria cruciata!
709. HYSSOPUS. *Filamenta* diſtantia, recta! *Cor.* ringens.
713. MENTHA. *Filamenta* diſtantia, recta. *Cor.* ſubaequalis.
712. SIDERITIS. *Stigma* alterum vaginans alterum!
711. LAVANDULA. *Corolla* reſupinata!
706. TEUCRIUM. *Corollae* lab. ſuperius nullum, ſed bipartitum!
705. AJUGA. *Corollae* lab. ſuperius ſtaminibus brevius!
723. PHLOMIS. *Corollae* lab. ſuperius hirtum!
718. BETONICA. *Corollae* lab. ſuperius planum, adſcendens, tubo cylindrico. *Stam.* longitudine faucis.
716. LAMIUM. *Corollae* lab. inferius utrinque dente ſetaceo!
717. GALEOPSIS. *Corollae* lab. inferius ſupra bidentatum!
719. STACHYS. *Corollae* lab. inferius lateribus reflexum. *Stam.* deflorata ad latera deflexa.
710. NEPETA. *Corollae* lab. inferius crenatum. *Faux* margine reflexo.
707. SATUREJA. *Corolla* laciniis ſubaequalibus. *Stamina* remota.
720. BALLOTA. *Calyx* 10-ſtriatus. *Corollae* lab. ſuperius fornicatum.
721. MARRUBIUM. *Cal.* 10 ſtriatus. *Corollae* lab. ſuperius rectum.
724. MOLUCCELLA. *Calyx* campanulatus, corolla amplior, dentibus ſpinoſis.

* *Verbenae ſpecies aliquot.*

** *Caly-*

** *Calyces bilabiati.*

734. SCUTELLARIA.	*Calyx* fructiferus operculatus!
727. THYMUS.	*Calyx* fauce villis clausus.
732. OCYMUM.	*Corolla* resupinata! *Filamenta* bina basi processu!
735. PRUNELLA.	*Filamenta* omnia apice bifurca!
736. CLEONIA.	*Stigmata* 4!
733. TRICHOSTEMA.	*Filamenta* longissima!
729. DRACOCEPHALUM.	*Corollae* faux inflato - dilatata!
726. ORIGANUM.	*Strobilus* calyces colligens!
725. CLINOPODIUM.	*Involucrum* calyces colligens.
708. THYMBRA.	*Calyx* utrinque linea ciliata carinatus. *Stylus* semibifidus. *Cor.* labia plana.
731. MELITTIS.	*Cal.* tubo corolla amplior. *Corollae* lab. superius planum, integrum. *Antherae* cruciatae.
728. MELISSA.	*Cal.* angulatus, scariosus, labio superiore adscendente.
730. HORMINUM.	*Corollae* quatuor laciniae subaequales: quinta majore emarginata.
737. PRASIUM.	*Semina* baccata!
738. PHRYMA.	*Semen* unicum!

ANGIOSPERMIA.

* *Calyces hiantes* (M.)

1408. CASTILLEJA.	*Caps.* 2 - locularis. *Cor.* ringens: *Labium* inferius glandulis tubulosis. *Cal.* 1 - phyllus, tubulosus, longitudinaliter hians.

** *Calyces bifidi.*

778. OBOLARIA.	*Caps.* 1 - locularis. *Cor.* campanulata, 4-fida. *Filamenta* ex divisuris corollae.
779. OROBANCHE.	*Caps.* 1 - locularis. *Cor.* subaequalis, 4-fida. *Glandula* sub basi germinis.
770. HEBENSTRETIA.	*Caps.* 2 - sperma. *Cor.* 1 - labiata, 4-fida. *Stam.* margini laterali corollae inserta.
754. TORENIA.	*Caps.* 2 - locularis. *Cor.* personata. *Filamenta* duo, bifida.

793. ACANTHUS.	*Capſ.* 2-locularis. *Cor.* 1-labiata, 3-fida. *Antherae* villoſae.
1316. PREMNA.	*Bacca* tetraſperma. *Cor.* quadrifida, inaequalis.
762. CRESCENTIA.	*Bacca* 1-locularis. *Cor.* tubo campanulata. *Germen* pedicellatum. *Sem.* 2-locul.

* * * *Calyces trifidi.*

761. HALLERIA.	*Bacca* 2-locul. *Cor.* 4-fida: labio ſuperiore longiore.

* * * * *Calyces quadrifidi.*

769. SELAGO.	*Semen* 1, involutum corolla inaequali.
781. LIPPIA.	*Semen* 1, biloculare. *Cor.* hypocraterif. *Cal.* compreſſus.
743. LATHRAEA.	*Capſ.* 1-locularis. *Cor.* perſonata. *Glandula* ſub germine.
739. BARTSIA.	*Capſ.* 2-locularis. *Cor.* perſonata. *Cal.* coloratior.
741. EUPHRASIA.	*Capſ.* 2-locularis. *Cor.* perſonata. *Antherae* inferiores hinc ſpinoſae.
740. RHINANTHUS.	*Capſ.* 2-locularis. *Cor.* perſonata. *Capſ.* compreſſa.
742. MELAMPYRUM.	*Capſ.* 2-locularis. *Cor.* perſonata. *Sem.* bina, gibboſa.
749. SCHWALBEA.	*Capſ.* 2-locularis? *Cor.* perſonata. *Cal.* lacin. ſuperiores ſenſim minores.
785. BARLERIA.	*Capſ.* 2-locularis. *Cor.* infundibuliformis. *Sem.* bina. *Capſ.* elaſtica.
767. LOESELIA.	*Capſ.* 3-locularis. *Cor.* laciniis ſecundis. *Stam.* petalo adverſa.
763. GMELINA.	*Drupa* nucleo 2-locul. *Cor.* bilabiata. *Anth.* binae craſſiores bipartitae.
765. LANTANA.	*Drupa* nucleo 2-locul. *Cor.* hypocraterif. *Stigma* uncinatum.

* * * * * *Calyces quinquefidi.*

1237. AVICENNIA.	*Capſ.* 1-locularis, coriacea. *Cor.* labio ſuperiore quadrato. *Sem.* unicum.
745. TOZZIA.	*Capſ.* 1-locularis. *Cor.* hypocrateriformis. *Sem.* unicum.

776. LIMOSELLA. *Capſ.* 1-locularis. *Cor.* campan. regular. *Sem.* plurima.

773. BROVALLIA. *Capſ.* 1-locularis. *Cor.* hypocrateriformis. *Sem.* numeroſa.

1315. LINDERNIA. *Capſ.* 1-locularis. *Cor.* ringens. *Stam.* inferiora dente terminali.

1265. VANDELLIA. *Capſ.* 1-locularis. *Cor.* ringens. *Stam.* inferiora e diſco labii enata.

749. GESNERIA. *Capſ.* 2-locularis. *Cor.* ſupera.

756. SCROPHULARIA. *Capſ.* 2-locularis. *Cor.* reſupinata. *Lab.* ſegmento intermedio interno.

777. STEMODIA. *Capſ.* 2-locularis. *Cor.* inaequalis. *Stam.* bifida. *Anth.* geminae.

757. CELSIA. *Capſ.* 2-locularis. *Cor.* rotata. *Filamenta* lanata.

1405. HEMIMERIS. *Capſ.* 2-locularis: loculo altero gibboſiore. *Cor.* rotata: *lacinia una* major, obcordata. *Foſſula* laciniarum nectarifera.

775. SIBTHORPIA. *Capſ.* 2-locularis. *Cor.* rotata. *Stam.* 2. et 2. approximata.

768. CAPRARIA. *Capſ.* 2-locularis. *Cor.* campanulata. *Stigma* cordatum bivalve.

758. DIGITALIS. *Capſ* 2-locularis. *Cor.* campan. ſubtus ventricoſa. *Stam.* declinata.

759. BIGNONIA. *Capſ.* 2-locularis. *Cor.* campanulata. *Sem.* alata, imbricata.

784. RUELLIA. *Capſ.* 2-locularis. *Cor.* campanulata. *Stam.* per paria approximata.

772. BUCHNERIA. *Capſ.* 2-locularis. *Cor.* hyprocrateriformis. *Limbi* laciniis obcordatis aequalibus.

771. ERINUS. *Capſ.* 2-locularis. *Cor.* bilabiata: labio ſuperiore breviſſimo reflexo.

764. PETRAEA. *Capſ.* 2-locularis. *Cor.* rotata, calyce colorato minor. *Sem.* ſolitaria.

1264. MANULEA. *Capſ.* 2-locularis. *Cor.* limbus 5-partitus: lacinia infima profundiore reflexa.

750. ANTIRRHINUM. *Capſ.* 2-locularis. *Cor.* perſonata ſubtus Nectario prominente.

792. COLUMNEA. *Capſ.* 2-locularis. *Cor.* ringens ſupra baſin gibba. *Anth.* connexae.

747.	Gerardia.	*Capſ.* 2-locularis. *Cor.* hypocrat. inaequal. *Capſ.* baſi dehiſcens. *Sem.* 1.
746.	Pedicularis.	*Capſ.* 2 locularis. *Cor.* perſonata. *Sem.* tunicata.
783.	Mimulus.	*Capſ.* 2-locularis. *Cor.* perſonata. *Cal.* priſmaticus.
780.	Dodartia.	*Capſ.* 2-locularis. *Cor.* perſonata: lab. ſuperiore brevi, adſcendente.
748.	Chelone.	*Capſ.* 2-locularis. *Cor.* perſonata, inflata, clauſa. *Rudim.* filamenti 5:ti.
782.	Sesamum.	*Capſ.* 2-locularis. *Cor.* campanulata inaequalis. *Rudim.* filamenti 5: ti.
753.	Martynia.	*Capſ.* 5-locularis. *Cor.* campanulata. *Rudim.* filamenti 5: ti.
752.	Craniolaria.	*Capſ.* 5-locularis, *Cor.* hypocraterif. *Tubo* filiformi longiſſimo.
794.	Pedalium.	*Nux* bilocularis.
1409.	Amasonia.	*Nux* ovata, 1-locularis.
774.	Linnaea.	*Bacca* 3-locul. ſicca. *Cor.* campanul. *Cal.* ſuperus!
791.	Bontia.	*Bacca* 1-ſperma. *Cor.* lab. inf. revolutum. *Sem.* plicatum.
766.	Cornutia.	*Bacca* 1-ſperma. *Cor.* ringens. *Stylus* longiſſimus.
789.	Clerodendron.	*Bacca* 1-ſperma. *Cor.* ringens: tub. anguſto. Stam. longiſſima.
788.	Volkameria.	*Bacca* 2-ſperma. *Cor.* laciniis ſecundis. *Sem.* bilocularia.
760.	Citharexylon.	*Bacca* 2-ſperma. *Cor.* ſubaequalis. *Sem.* 2-locularia.
787.	Ovieda.	*Bacca* 2-ſperma. *Cor.* longiſſima: limbo 3 fido. *Cal.* fructificus campanulatus.
1406.	Millingtonia.	*Siliqua*? *Cor.* longiſſima: *Limbo* 4-fido. *Calycis* margo reflexus. *Antherae* bipartitae, vaginantes.
790.	Vitex.	*Bacca* 4-ſperma. *Cor.* ringens: lab. ſuperiore trifido.
786.	Duranta.	*Bacca* 4-ſperma. *Cor.* ſubringens tubo curvo. *Sem.* bilocularia.
755.	Besleria.	*Bacca* polyſperma. *Cor.* inaequalis. *Bacca* 1-locularis,

* * * * * * *Calyces multifidi.*

1317.	Hyobanche.	*Capſ.* 2-locularis. *Cor.* unilabiata. *Cal.* heptaphyllus.

751. CYMBARIA. *Capſ.* 2-locularis. *Cor.* ringens. *Cal.* 10-dentatus.

1407. THUNBERGIA. *Capſ.* 2-locularis. *Cor.* campanulata. *Cal.* duplex: *exterior* diphyllus; *interior* multipartitus.

******** *Polypetali.*

795. MELIANTHUS. *Capſ.* 4-locular. 4-loba. *Cor.* 4-petala, labium inferius conſtituens.

GYMNOSPERMIA.

705. AJUGA. 785. *Corollae* labium ſuperius minimum. *Stamina* labio ſuperiore longiora.

orientalis. 1. A. floribus reſupinatis.

pyramidalis. 2. A. tetragono-pyramidalis villoſa, foliis radicalibus maximis. *Fl. dan. t. 185.*

alpina. 3. A. caule ſimplici, fol. caulinis radicalia aequantibus. *Mant. 80. Diſtinctiſſima ab A. pyramidali.*

genevenſis. 4. A. fol. tomentoſis lineatis, calycibus hirſutis. *Creditur Varietas A. pyramidalis Gerardo, A. reptantis Hallero.*

reptans. 5. A. glabra, ſtolonibus reptantibus.

decumbens. 6. A. decumbens villoſa, fol. obovatis dentatis. *Thunb. jap. mſpt.* M.

706. TEUCRIUM. 786. *Corollae* labium ſuperius (nullum) ultra baſin 2-partitum, divaricatum ubi ſtamina.

campanulatum. 1. T. foliis multifidis, floribus lateralibus ſolitariis.

orientale. 2. T. fol. multifidis, flor. racemoſis. *An ſatis diſtincta ſpecies a praecedenti? β* T. campanulatum. *Sp. plant. 786. videtur mera varietas.*

Botrys. 3. T. fol. multifidis, flor. lateralibus ternis pedunculatis.

Chamaepitys. 4. T. fol. trifidis linearibus integerrimis, flor. ſeſſilibus lateralibus ſolitariis, caule diffuſo. — *Fl. dan. t. 733.* M.

niſſo-

Melianthus *tetrapetalus, reliqui omnes hujus claſſis monopetali.*

nissolianum. 5. T. fol. trifidis quinquefidisque filiformibus, flor. pedunculatis solitariis oppositis, caul. decumbente.

pseudo chamaepitys. 6. T. fol. tripartitis trifidis linearibus, flor. racemosis, caul. hirto. *Ger. prov. 276. Calyces aristati.*

Iva. 7. T. fol. subtricuspidatis linearibus, flor. sessilibus lateralibus solitariis.

mauritanum. 8. T. fol. pinnato-multifidis, caule simplicissimo erecto, bracteis subulato-palmatis.

fruticans. 9. T. fol. integerrimis ellipticis subtus tomentosis, flor. lateralibus solitariis pedunculatis. Teucrium fruticans boeticum. *Dill. elth. t. 284. f. 366-368.*

latifolium. 10. T. fol. integerrimis rhombeis acutis villosis: subtus tomentosis.

creticum. 11. T. fol. lanceolato-linearibus integerrimis, flor. racemosis ternis. Teucrium pedunculis axillaribus solitariis trifloris, calycibus tomentosis, foliis linearibus integerrimis, subtus incanis. *Gouan. monsp. 272. Calyces spinosi.*

Marum. 12. T. fol. integerrimis ovatis, acutis petiolatis: subtus tomentosis, flor. racemosis secundis. *Mant. 409.*

multiflorum. 13. T. fol. ovatis: superne glabris serrato dentatis, flor. racemosis: verticillis sexfloris. Teucrium floribus verticillatis pedunculatis senis, calycibus inferne ventricosis, foliis ovatis glabris apice serratis. *Gouan. monsp. 272.* Teucrium foliis ovatis acutis denticulatis, floribus solitariis. *Zinn. goett. 291.* Marum hispanicum nigrum, flore purpureo. *Hall. goett. 314.* Marum hispanicum nigrum. *Bocc. mus. t. 117.*

Laxmanni. 14. T. foliis ovato-oblongis integerrimis sessilibus, floribus solitariis sessilibus. *Habitat in Sibiria. D. Laxman. Caulis semipedalis, villosus. Folia trinervia. Flores solitarii, laterales, secundi.*

sibiricum. 15. T. fol. serratis ovatis, pedunculis solitariis trifloris: intermedio sessili, bracteis lineari-lanceolatis. *Folia utrinque nuda, ovata, serrata.*

salicifolium. 16. T. fol. lanceolato-ellipticis obtusiusculis integerrimis, calyc. quadrifidis solitaris. *Mant. 80.*

asia-

asiaticum. 33. T. fol. lanceolatis repando-serratis basi rectangulis, flor. solitariis. *Mant. 80. — Jacq. hort. v. 3. t. 41.* M. Chamaedrys fruticosa lusitanica, melissae folio minore, flore purpureo. *Tournef. inst. 205?*

cubense. 18. T. fol. cuneatis serrato-incisis glabris in petiolum attenuatis, flor. solitariis pedunculatis. *Jacq. obs. 2. t. 29. — Ejusd. amer. pict. p. 85. t. 164.* M.

Arduini. 19. T. fol. ovatis serratis, racemo spicato tereti sessili terminali. *Mant. 81.*

canadensis. 20. T. fol. ovato-lanceolatis serratis, caule erecto, racemo tereti terminali, verticillis hexaphyllis.

virginicum. 21. T. fol. ovatis inaequaliter serratis, racemis terminalibus. *Caulis rubens, pubescens.*

hircanicum. 22. T. fol. cordato-oblongis obtusis, caule brachiato dichotomo, spicis longissimis terminalibus sessilibus spiralibus.

Scorodonia. 23. T. fol. cordatis serratis petiolatis, racemis lateralibus secundis, caule erecto. *Fl. dan. t. 485. Corollae albae, filamenta purpurascentia.*

massiliense. 24. T. fol. ovatis rugosis inciso-crenatis incanis, caulibus erectis, racemis rectis secundis. *Jacq. hort. t. 94.* Teucrium foliis ovatis crenatis, floribus racemosis staminibus corolla brevioribus. *Ger. prov. 277. t. 11.*

Scordium. 25. T. fol. oblongis sessilibus dentato-serratis, floribus geminis axillaribus pedunculatis, caule diffuso. *Fl. dan. t. 593.*

Chamaedrys. 26. T. fol. cuneiformi-ovatis incisis crenatis petiolatis, flor. ternis, caulibus procumbentibus subpilosis.

lucidum. 27. T. fol. ovatis acute inciso-serratis glabris, flor. axillaribus ternis, caule erecto laevi. *Differt a T.* Chamaedry*: Caule pedali, erecto, glabro; nec palmari, diffuso, piloso.*

flavum. 28. T. fol. cordatis obtuse serratis: bracteis integerrimis concavis, caule fruticoso, flor. racemosis ternis. *Varietas β. pro distincta specie habetur a B. Jussieu.*

montanum. 29. T. corymbo terminali: fol. lanceolatis integerrimis: subtus tomentosis. *Flores albi. Folia lanceolata, remota.*

Supi-

fupinum. 30. T. corymbo terminali, fol. linearibus: margine revolutis. — *Jacq. Fl. auftr. v. 5. t. 417. Flores albi. Folia linearia, integerrima, acuta, conferta.*

pyrenaicum. 31. T. corymbo terminali, fol. cuneiformi-orbiculatis crenatis.

Polium. 32. T. fpicis fubrotundis, fol. oblongis obtufis crenatis tomentofis feffilibus, caul. proftrato. ε. Polium montanum luteum. *Bauh. pin.* 220. ζ. Polium montanum repens. *Bauh. pin.* 221.

capitatum. 33. T. capitulis pedunculatis, fol. lanceolatis crenatis tomentofis, caule erecto. *Varietas β. ad T. Polium. Gerard.*

pumilum. 34. T. capitulis terminalibus feffilibus, foliis linearibus planis quadrifariam confertis, caule procumbente tomentofo.

fpinofum. 35. T. fpinofum, calycib. labio fuperiore ovato, coroll. refupinatis, pedunc. geminis. *T. mucronatum Sp. plant. 793. n. 31. Varietas eft: Corollae refupinatae albae. Stamina breviffima.*

707. SATUREJA. *Corollae* laciniae fubaequales. *Stamina* diftantia.
793.

juliana. 1. S. verticillis faftigiatis, foliis lineari-lanceolatis.

Thymbra. 2. S. flor. verticillatis hifpidis, fol. oblongis acutis.

multicaule. 21. A. fol. quinis linearibus carnosis, flor. capitatis.

glaucum. 22. A. fol. quaternis subulatis carnosis, caulibus erectis, flor. spicatis.

alpinum. 23. A. fol. quaternis lineari-lanceolatis glaucis, caule diffuso, flor. racemosis calcari recto. — *Jacq. Fl. austr. v. 1. t. 58.* M. *Flores coerulei palato luteo.*

bicorne. 24. A. fol. oppositis ovato-oblongis serratis, caule erecto, flor. racemosis, capsulis bicornibus.

villosum. 25. A. fol. omnibus oppositis ovatis villosis, caulibus simplicibus, flor. oppositis lateralibus.

origanifolium. 26. A. fol. plerisque oppositis oblongis, flor. alternis.

pinnatum. 27. A. fol. oppositis pinnatifidis, caule erecto, flor. racemosis. *Suppl. p. 280.*

*** *Foliis alternis.*

minus. 28. A. fol. plerisque alternis lanceolatis obtusis, caule ramosissimo diffuso. *Fl. dan. t. 502.*

dalmaticum. 29. A. fol. alternis cordatis amplexicaulibus.

hirtum. 30. A. fol. lanceolatis hirtis alternis, flor. spicatis, foliolo calycino supremo maximo. — *Jacq. Misc. v. 2. p. 334. Icon. rar.* M.

geni-

genistifolium. 31. A. fol. lanceolatis acuminatis, panicula virgata flexuosa. — *Jacq. Fl. austr. v. 2 t. 244.* M.

junceum. 32. A. foliis linearibus alternis, caule paniculato virgato, floribus racemosis.

Linaria. 33. A. fol. lanceolato-linearibus confertis, caule erecto, spicis terminalibus sessilibus, flor. imbricatis *).

linifolium. 34. A. fol. lanceolatis alternis trinerviis, flor. racemosis: pedunc. distantibus bractea brevioribus.

chalepense. 35. A. fol. lineari-lanceolatis alternis, flor. racemosis, calycibus corolla longioribus, caule erecto. Linaria flore albo. *Riv. mon. 80. f. 2.*

reflexum. 36. A. fol. ovatis alternis glabris, pedunculis axillaribus: fructiferis elongatis recurvatis, caule procumbente. Antirrhinum procumbens ramosum, fol. alternis ovatis acuminatis integerrimis, flor. cordatis axillaribus. *Allion. cors. 205. f. 1.*

pedunculatum. 37. A. fol. alternis linearibus remotis, flor. paniculatis: pedunc. folio longioribus strictis.

Lagopodioides. 38. A. fol. sparsis mollibus apice recurvis, spicis ovatis villosis. *Suppl. p. 279.*

* * * * *Foliis nullis.*

aphyllum. 39. A. scapo aphyllo capillari. *Suppl. p. 280.*

* * * * * *Corollis hiantibus aut ecaudatis.*

majus. 40. A. corollis ecaudatis, flor. spicatis, calycibus rotundatis.

Orontium. 41. A. coroll. ecaudatis, flor. subspicatis, calycibus corolla longioribus.

papilionaceum. 42. A. coroll. ecaudatis, flor. axillaribus, calyc. papilionaceis, fol. carnosis. *Mant. 86.*

Asarina. 43. A. coroll. ecaudatis, fol. oppositis cordatis crenatis, caulibus procumbentibus.

molle.

---

*) PELORIA. *Amoen. acad.* 1. *p.* 55. *t.* 3. LINARIÆ *proles hybrida, ejusdemque qualitatis et constans, radicibus infinite sese multiplicans, charactere fructificationis diversissima corolla regulari, quinquecorniculata, pentandra, ut genus proprium absolute constitueret et distinctissimum, nisi fructus semper abortiret. Naturae prodigium. — Ita quidam b. a Linne, Eques. Ego autem Peloriam pro peculiari degeneratione monstrosa floris habeo, in quam inclinare hoc genus prae aliis, nescio qua de causa, similis a forma deflexio, in aliis speciebus e. gr. A. spurio, Elatine, Cymbalaria observata, testatur.* Conf. *Merk in Gott. gel. Anz.* 1774. *n.* 121. M.

molle. 44. A. coroll. ecaudatis, fol. oppofitis ovatis tomentofis, caulibus procumbentibus.

unilabiatum. 45. A. coroll. ecaudatis, callis duobus, fol. alternis pinnatis, caule paniculato. *Suppl. p. 279.*

******* *Corollis hiantibus.*

bellidifolium. 46. A. fol. radicalibus lingulatis dentatis lineatis; caulinis partibus integerrimis. *Mant. 417. Flores fpicati, minuti, coerulefcentes, calcarati, fauce non claufa.*

canadenfe. 47. A. fol. linearibus alternis, corollis hiantibus: labio inferiore explanato.

751. CYMBARIA. *Calyx* decemdentatus. *Capfula* cor-
861. data, bilocularis.

daurica. 1. CYMBARIA. *Mant. 417. Planta incana, proxima* • *Antirrhinis.*

1407. THUNBERGIA. *Cal.* duplex: *exterior* diphyllus; *interior* multipartitus. *Capf.* globofa, roftrata, bilocularis. *Suppl. p. 46. Thunb. Diff. nov. gen. pl. pl. 22.*

capenfis. 1. THUNBERGIA. *Suppl. p. 292.* — *Act. lund. T. l. p. 163. c. tab.* M.

752. CRANIOLARIA. *Cal.* duplex floris: perianthio
861. 4-phyllo; fpatha 1-phylla. *Cor.* tubus longiffimus. *Capfula* Martyniae.

fruticofa. 1. C. foliis lanceolatis dentatis.

annua. 2. C. fol. cordatis angulatis, calyce exteriore diphyllo. *Jacq. hift. 173. t. 110.* — *Amer. pict. p. 86. t. 166.* M. *Similis Martyniae annuae, fed tubo corollae longiffimo. Mant. 417.*

753. MARTYNIA. *Cal.* 5-fidus. *Cor.* ringens. *Capf.*
862. lignofa, corticata, roftro hamato, trilocularis, bivalvis.

perennis. 1. M. caule fimplici: foliis ferratis. *Fructus, ni fallor, inferus.*

annua.

annua. 2. M. caule ramoso, fol. integerrimis angulatis. *Fabr. helm.* 240 Martynia caule ramoso, fol. cordato-ovatis pilosis. *Mill. ic. t.* 286. Martynia caule petiolisque fistulosis, floribus bibracteatis. *Gouan. hort.* 303. *Stigma tactu clauditur. Turra. Capsulae rostrum uncinatum longissimum.*

longiflora. 3. M. caule simplici, fol. orbiculatis repandis. *Habitat ad Cap. b. spei* ☉. *Caulis erectus, scabriusculus, bipedalis. Folia opposita, petiolata, trinervia. Flores axillares, solitarii, breviter pedunculati. Stipularum loco, ad basin pedunculi, Glandula s. cupula excipiens globum, quasi stylo brevi et stigmate donatum. Perianthium minimum, 5-dentatum. Corollae tubus praelongus, medio contractior, basi dorsali gibbus. Germen superum. Stylus longitudine tubi. Stigmata linearia, 2, revoluta. Pericarpium vix rostratum, basi utrinque denticulo crasso. Semina parva. Dav. Royen.*

754. TORENIA. *Cal.* 2-labiatus: superiore tricuspide.
862. *Filamenta* inferiora ramulo sterili. *Capsula* 2-locularis.

asiatica. 1. Torenia.

755. BESLERIA. *Cal.* 5-partitus. *Bacca* subglobosa,
862. polysperma.

melittifolia. 1. B. pedunculis ramosis, foliis ovatis.

lutea. 2. B. pedunculis simplicibus confertis, fol. lanceolatis. *Jacq. amer.* 187. — *Ed.* 2. *pict. p.* 92. M.

cristata. 3. B. pedunculis simplicibus solitariis, calyc. serrato-cristatis. — *Jacq. amer. pict. p.* 93. *t.* 180. M. *Caulis radicando scandens. Calyx coccineus. Corolla flavescens.*

bivalvis. 4. B. calycibus bivalvibus laceris. *Suppl. p.* 280.

756. SCROPHULARIA. *Cal.* 5-fidus. *Cor.* subglobo-
863. sa, resupinata. *Capsula* 2-locularis.

marilandica. 1. S. foliis cordatis serratis acutis basi rotundatis, caule obtusangulo.

nodosa.

nodosa. 2. S. fol. cordatis trinervatis, caule obtusangulo.

aquatica. 3. S. fol. cordatis obtusis petiolatis decurrentibus, caule membranis angulato, racemis terminalibus. *Fl. dan. t. 507.*

auriculata. 4. S. fol. cordatis subtus tomentosis basi appendiculatis, racemis terminalibus. *Statura S. nodosae. Caulis tetragonus, minime pilosus, brachiatus. Folia cordata, duplicato serrata, obtusa ubique, opaca, nuda. ad basin foliolis 2, ovatis accessoriis, fere ternata; in minoribus ramis folia simplicia. Corollae purpureae tristiores: labio revoluto livido-virescente. (Exclusis Barrel. et Tournef. synonymis.)*

Scorodonia. 5. S. fol. cordatis duplicato-serratis, racemo composito foliis interstincto. *Mant. 418. Similis S. nodosae. Caulis valde pilosus. Folia obtuse serrata. Racemus foliis interstinctus, quod non in prioribus.*

altaica. 6. S. fol. cordatis ovatis duplicate dentato-serratis, dentibus basin respicientibus, racemo composito aphyllo. *Murr. in comm. gott. 1781. p. 35. t. 2.* M.

betonicifolia. 7. S. fol. cordatis oblongis dentatis: dentibus integerrimis: baseos profundioribus. *Mant. 87.*

meridionalis. 8. S. fol. oblongo-ovatis serratis glabris, pedunculis unifloris. *Suppl. p. 280.*

orientalis. 9. S. fol. lanceolatis serratis petiolatis: caulinis ternis, ramis oppositis. *Folia caulina variant terna aut quaterna.*

frutescens. 10. S. fol. subcarnosis sessilibus laevibus apice recurvis. *Mant. 418.* Scrophularia peregrina frutescens, foliis teucrii crassiusculis. *Herm. lugdb. 545. t. 547.*

vernalis. 11. S. fol. cordatis: caulinis ternis, pedunculis axillaribus solitariis bifidis. *Fl. dan. t. 411. Corollae ovatae, flavae.*

trifoliata. 12. S. fol. glabris: inferioribus ternato-pinnatis obtusis: superioribus simplicibus, pedunculis subtrifloris axillaribus.

sambucifolia. 13. S. fol. interrupte pinnatis cordatis inaequalibus, racemo terminali: pedunc. axillaribus geminis dichotomis.

canina. 14. S. fol. pinnatifidis, racemo terminali nudo: pedunc. bifidis.

lucida.

lucida. 15. S. fol. inferioribus bipinnatis ſubcarnoſis glaberrimis, racemis bipartitis. *Caulis teres rectus viridis. Folia ſimilia S. caninae, ſed ſubcarnoſa. Racemus rigidus, erectus. Corollae pallidae labio ſuperiore rubro.*

coccinea. 16. S. fol. quaternis ovatis, flor. verticillatis ſpicatis.

peregrina. 17. S. fol. cordatis lineatis lucidis, pedunc. axillaribus bifloris, caule ſexangulari. *Mant. 418. Caulis atropurpureus. Corolla purpurea.* ⊙.

757. CELSIA. *Cal.* 5-partitus. *Cor.* rotata. *Filamenta* barbata. *Capſ.* 2-locularis.
866.

orientalis. 1. C. foliis bipinnatis.

Arcturus. 2. C. fol. radicalibus lyrato-pinnatis, pedunculis flore longioribus. *In C. cretica flores ſeſſiles ſunt.* Verbaſcum Arcturus. *Sp. plant.* 254. *Mant.* 339. — *Jacq. hort. v. 2. t. 117.* M. *In mea folia oppoſita (Auctorum foliis vero alternis). Stamina tantum 4.*

cretica. 3. C. fol. radicalibus lyratis, caulinis ſubcordatis amplexicaulibus, floribus ſubſeſſibus. *Suppl. p. 281.* Celſia *cretica*, foliis inferioribus lyratis; ſuperioribus ovatis amplexicaulibus. *Syſt. ed. 13. p. 470.* Blattaria perennis cretica incana, foliis binis conjugatis. *Moriſ. hiſt. 2. p. 488. Folia pinnato-lyrata alterna: ſuperiora ſimplicia cordato-amplexicaulia. Calyces ſerrati. Filamenta 4: duobus ſuperioribus piloſis; inferioribus laevibus antherisque majoribus. Corollae flavae fundo ſuperiore maculis 2, ferrugineis.*

1405. HEMIMERIS. *Cal.* 5-partitus. *Cor.* rotata: *Lacinia* una major, obcordata. *Foſſula laciniarum* nectarifera. *Suppl. p. 45.*

ſabuloſa. 1. H. diandra, foliis oppoſitis pinnatifidis, caule proſtrato. *Suppl. p. 280.*

montana. 2. H. diandra, fol oppoſitis ovatis ſerratis, caule erecto. *Suppl. p. 280.*

diffuſa. 3. H. didynama, fol. alternis oppoſitisque pinnatifidis, caule patulo. *Suppl. p. 280.*

758. DIGITALIS. *Cal.* 5-partitus. *Cor.* campanulata, 866. 5-fida, ventricosa. *Capf.* ovata, 2-locularis.

purpurea. 1. D. calycinis foliolis ovatis acutis, corollis obtusis: labio superiore integro. *Fl. dan. t. 74. Corollae venter intus adfperfus maculis ocellaribus. Folia rugofa.*

minor. 2. D. coroll. obtusis: labio superiore fubbilobo, fol. laevibus. *Mant. 567.*

Thapfi. 3. D. fol. decurrentibus. *Similis D. purpureae.*

lutea. 4. D. calycinis foliolis lanceolatis, corollis acutis: labio fuperiore bifido. — *Jacq. hort. v. 2. t. 105.* M.

ambigua. 5. D. calycinis foliolis lanceolatis, corollis galea emarginata, fol. fubtus pubefcentibus. *Suppl. p. 282.* Digitalis *ambigua*, corollarum labio emarginato, fol. fubtus pubefcentibus. *Murr. fl. Goett. 62.* Digitalis ochroleuca. *Jacq. auftr. v. 1. p. 36. t. 57.* Digitalis foliis calycinis lanceolatis, galea incifa, faucibus maculatis. *Hall. hift. n. 331.* Digitalis lutea major. *Bauh. pin. 224.* *Differt a lutea corollis multo majoribus; vix fpecie diverfa, fed omnes diftinguere malunt ob magnitudinem imprimis florum.*

ferruginea. 6. D. calycinis foliolis ovatis obtufis patentibus, coroll. labio inferiore barbato. *Caulis ftrictus, laevis, fexpedalis. Folia feffilia, lanceolata, laevia, lineata, integerrima. Racemus e fingulis alis fupremis, erectus. Bracteae lineari-lanceolatae, reflexae. Pedicelli breviffimi, folitarii. Calycis folia fuperiora 3 approximata. Corolla ventricofa inferne gibba, calyce paulo longior, pubefcens, intus lutefcens: laciniis 2 fuperioribus obfoletis; lateralibus acutis; infima longiore, barbata. Stamina flexuofa, absque rudimento quinti. Stylus longitudine floris.*

obfcura. 7. D. fol. lineari-lanceolatis integerrimis bafi adnatis. *Mant. 418. Jacq. hort. t. 91.*

canarienfis. 8. D. calycinis foliolis lanceolatis, corollis bilabiatis acutis, caule fruticofo.

Sce-

Sceptrum. 9. D. fol. oblongis fpathulatis ferratis, fpicis terminalibus ovatis pedunculatis coma bractearum terminatis, calycinis foliolis fubulatis, corollis quadrifidis, caule fruticofo. *Suppl. p 282.*

759. BIGNONIA. *Cal.* 5-fidus, cyathiformis. *Cor* fauce campanulata, 5-fida, fubtus ventricofa. *Siliqua* 2-locularis. *Sem.* membranaceo-alata.
868.

Catalpa. 1. B. foliis fimplicibus ternis cordatis, caule erecto, floribus diandris.

tomentofa. 2. B. fol. fimplicibus cordatis fubtus tomentofis, flor. axillaribus paniculatis. *Thunb. japon. mfpt.* M.

fempervirens. 3. B. fol. fimplicibus lanceolatis, caule volubili.

vnguis. 4. B. fol. conjugatis: cirrho breviffimo arcuato tripartito.

aequinoctialis. 5. B. fol. conjugatis cirrhofis: foliolis ovato-lanceolatis, pedunc. bifloris, filiquis linearibus.

paniculata. 6. B. fol. conjugatis cirrhofis: foliolis cordato ovatis, flor. racemofis, pedunc. trifloris. — *Jacq. amer. pict. p. 91. t. 175* M. *Calyx duplici limbo: Exteriore plano, amplo, albo, fubquinquefido; Interiore erecto, angufto. Corolla purpurea.*

crucigera. 7. B. fol. conjugatis cirrhofis: foliolis cordatis, caule muricato.

capreolata. 8. B. fol. conjugatis cirrhofis: foliolis cordato-lanceolatis; fol. imis fimplicibus. *Pedunculi uniflori, congefti. Calyces campanulati, integri.*

pubefcens. 9. B. fol. conjugatis cirrhofis: foliolis cordato-ovatis fubtus pubefcentibus.

triphylla. 10. B. fol. ternatis: foliolis ovatis acuminatis, caule fruticofo erecto.

pentaphylla. 11. B. fol. digitatis: foliolis integerrimis obovatis.

Leucoxylon. 12. B. fol. digitatis: foliolis integerrimis ovatis acuminatis.

radiata. 13. R. fol. digitatis: foliolis pinnatifidis.

radicans. 14. R. fol. pinnatis: foliolis incifis, caule geniculis radicatis.

ſtans. 15. B. fol. pinnatis: foliolis ſerratis, caule erecto firmo, flor. racemoſis. — *Jacq. amer. pict. p. 91. t. 176.* M.

grandiflora. 16. B. fol. pinnatis: foliolis ovatis acuminatis ſerratis, caule volubili, calyce ſemiquinquefido. *Thunb. jap. mſpt.* M.

Chelonoides. 17. B. fol. impari-pinnatis: foliolis ovatis integerrimis acuminatis pubeſcentibus, corollis barbatis ſemipentandris. *Suppl. p. 282.*

ſpathacea. 18. B. fol. impari-pinnatis: foliolis ovatis hirtis, calyce monophyllo ſpathaceo, corolla hypocrateriformi. *Suppl. p. 283.*

peruviana. 19. B. fol. decompoſitis: foliolis inciſis, caule geniculis cirrhoſis.

indica. 20. B. fol. bipinnatis: foliol. integerrimis ovatis acuminatis.

coerulea. 21. B. foliis bipinnatis: foliol. lanceolatis integris.

760. CITHAREXYLUM. *Cal.* 5-dentatus, campanulatus. *Cor.* infundibuliformi-rotata: laciniis ſupra villoſis, aequalibus. *Bacca* 2-ſperma. *Sem.* 2-locularia.
872.

cinereum. 1. C. ramis teretibus, calycibus dentatis *Jacq. amer. 185 t. 118.* — *Ed. 2. pict. p. 92. t. 178* M.

caudatum. 2. C. ramis teretibus, calycibus truncatis.

quadrangulare. 3. C. ramis tetragonis. *Jacq. hort. t. 22.* — *Ejusd. amer. pict. p. 92.* M.

761. HALLERIA. *Cal.* 3-fidus. *Cor.* 4-fida. *Filamenta* corolla longiora. *Bacca* infera 2-locularis. (Fructum non vidi.)
872.

lucida. 1. Halleria.

762. CRESCENTIA. *Cal.* 2-partitus, aequalis. *Cor.* gibba. *Bacca* pedicellata, 1-locularis, polyſperma. *Semina* 2-locularia.
872.

Cujete. 1. C. foliis cuneato-lanceolatis. — *Jacq. amer. pict. p. 86. t. 167.* M. *Arbor ramis ſimplicibus,*

bus, longissimis, horizontalibus. Fructus figura variat in distinctis individuis et magnitudine a pollicari ad pedalem.

cucurbitina. 2. C. fol. lanceolato ovatis. *Mant.* 250. Crescentia foliis oblongo-ovatis, fructu rotundo cortice fragili. *Mill. dict.* 2. Cujete latifolia, fructu putamine fragili. *Plum. Gen.* 23. *ic.* 109. Cucurbitifera arbor, subrotundis foliis confertis, fructu ovali. *Pluk. alm.* 124. *t.* 171. *f.* 2. Arbor cucurbitifera americana, folio subrotundo. *Sloan. jam.* 206. *hist.* 2. *p.* 172. *Raj. hist.* 1667.

763. GMELINA. *Calyx* sub 4-dentatus. *Cor.* 4-fida, 873. campanulata. *Antherae* 2 bipartitae; 2 simplices. *Drupa* nucleo 2-loculari.

asiatica. 1. GMELINA. Jambusa sylvestris parvifolia. *Rumph. amb.* 1. *p.* 129. *t.* 40. *Arbor ramis teretibus, strictis. Folia opposita, petiolata, ovata, subtus tomentosa, saepe utrinque lobo laterali acutiore brevi. Spinae axillares, oppositae, horizontales, apice pubescentes, longitudine petiolorum. Flores ex apice ramulorum tenellorum, pedunculati.*

764. PETREA. *Cal.* 5-partitus, maximus, coloratus. 873. *Cor.* rotata. *Caps.* 2-locularis, in fundo calycis. *Sem.* solitaria.

volubilis. 1. PETREA. — *Jacq. amer. pict. p.* 89. *t.* 173. M. *Scandit arbores. Calyces violacei. Corollae coeruleae.*

1316. PREMNA. *Cal.* bilobus. *Cor.* 4-fida. *Bacca* 4-locularis. *Sem.* solitaria.

integrifolia. 1. P. foliis integerrimis. *Mant.* 252. Cornutia corymbosa. *Burm. ind.* 133. *t.* 41. *f.* 1. Folium hirci. *Rumph. amb.* 3. *p.* 28. *t.* 134.

serratifolia. 2. P. fol. serratis. *Mant.* 253. Cornutioides. *Fl. Zeyl.* 416.

765. LANTANA. *Cal.* 4-dentatus obſolete. *Stigma* uncinato-refractum. *Drupa* nucleo 2-loculari.
873.

miſta. 1. L. foliis oppoſitis acuminatis, floribus capitatis: involucris longitudine florum. Camara lamii albi folio, flore miſto. *Dill. elth.* 64. *t.* 56. *f.* 64. Viburnum americanum urticae foliis. *Comm. hort.* 1. *p.* 151. *t.* 78.

trifolia. 2. L. fol. ternis, ſpicis oblongis imbricatis.

annua. 3. L. fol. oppoſitis, caule inermi herbaceo, ſpicis oblongis. *Mant.* 419. *Defloratum capitulum elongatur in ſpicam oblongam. Baccis purpuraſcentibus, paleis lineari-lanceolatis interſtinctis.*

Camara. 4. L. fol. oppoſitis, caule inermi ramoſo, flor. capitato umbellatis aphyllis. Camara meliſſae folio, flore variabili. *Dill. elth.* 64. *t.* 56. *f.* 65. *Flores flavi, ſenſim fulvi evadunt; excluſo ſynonymo Commelini.*

involucrata. 5. L. fol oppoſitis ternisque cuneato-obovatis obtuſis lineatis tomentoſis, capitulis ſquarroſis. *Bracteae inter floſculos ovatae. Folia rugoſiſſima, tomentoſa.*

odorata. 6. L. fol. oppoſitis ternisque lanceolato-ellipticis, caule inermi. Lantana aromatica, fol. ternis oppoſitisque ſubſeſſilibus, capitulis conicis in umbellam coactis. *Roy. mſſ.* Viburnum ſalviae folio, floribus albis. *Herm. prod.* 384. *Bracteae lanceolatae. Folia rugoſiſſima, ſubtomentoſa.*

aculeata. 7. L. fol. oppoſitis, caule aculeato ramoſo, ſpicis hemiſphaericis. *Mant.* 419.

ſalvifolia. 8. L. fol oppoſitis ſubſeſſilibus, floribus racemoſis. *Mant.* 419. *Stipulae* 2, *ſubovatae. Folia lanceolata, rugoſa, venoſa, tomentoſa. Thyrſus terminalis. Corollae etiam tomentoſae. Fructus ignotus. Genus dubium, ob ſtipulas, quae non in reliquis etc.*

africana. 9. L. fol. alternis ſeſſilibus, flor. ſolitariis. *Fructum perfecit Lipſiae in Horto Ludwigiano, cui Calyx* 5-*partitus, ſubulatis laciniis, perſiſtens. Drupa inſipida, globoſa, ſubacuminata, ſulco bipartita. Nucleus globoſus, bilocularis, obſervante D. Schreber.*

766. CORNUTIA. *Cal.* 5 dentatus. *Stamina* corolla longiora. *Stylus* longissimus. *Bacca* monosperma.
875.

pyramidata. 1. CORNUTIA. *Rami 4 quetri. Folia elliptico-ovata, integerrima.*

767. LOESELIA. *Cal.* 4-fidus. *Cor.* laciniis omnibus secundis. *Stam.* petalo adversa. *Capsula* 3-locularis.
875.

ciliata. 1. LOESELIA.

768. CAPRARIA. *Cal.* 5-partitus. *Cor.* campanulata, 5-fida, acuta. *Capf.* 2-valvis, 2-locularis, polysperma.
875.

biflora. 1. C. foliis alternis, floribus geminis. — *Jacq. amer. pict. p. 90. t. 174.* M.

duranti-folia. 2. C. fol. ternis dentatis, pedunculis solitariis, ramis alternis.

crustacea. 3. C. repens, fol. oppositis ovatis subpetiolatis crenatis. *Mant. 87. Burm. ind. 133. An Linderniae species?*

lanceolata. 4. C. fol. oppositis lanceolatis, corymbo terminali composito. *Suppl. p.* 284.

undulata. 5. C. fol. alternis ovatis undulatis, racemis secundis. *Suppl. p.* 284.

1315. LINDERNIA. *Cal.* 5-partitus. *Cor.* ringens labio superiore brevissimo. *Stam.* 2 inferiora dente terminali antheraque sublaterali. *Capf.* 1-locularis.

pyxidaria. 1. L. foliis ovalibus (M.) integerrimis sessilibus, pedunculis solitariis. Lindernia. *Allion aliqu. 178. t. 5.* Pyxidaria repens annua, flosculis monopetalis unilabiatis. *Lindern. alsat. 1. p. 52. t. 1. et 2. p. 267.* Capraria gratioloides. *Sp. plant. 876. E virginia migravit in Europam. Flores dilute purpurei.*

japonica. 2. L. fol. obovatis dentatis, infimis petiolatis. *Thunb. jap. msfpt.* M.

769. SELAGO. *Cal.* 5-fidus. *Cor.* tubus capillaris; limbus subaequalis. *Sem.* 1. s. 2.
876.

corymbosa. 1. S. corymbo multiplici, floribus disjunctis, foliis filiformibus fasciculatis. *Fructus dispermus dicitur.*

polystachia. 2. S. corymbo spicis fasciculatis, fol. filiformibus aggregatis. *Mant.* 250. Valeriana africana fruticans, ericae folio. *Comm. hort.* 2. *t.* 221. *t.* 111? *Fructus bipartibilis.*

rapunculoides. 3. S. spicis corymbosis, foliis dentatis. *Corollae limbus 4-partitus: laciniis 2 exterioribus majoribus.*

spuria. 4. S. spicis corymbosis, fol. linearibus denticulatis. *Folia Hebenstreitiae dentatae.*

fasciculata. 5. S. corymbo multiplici, fol. obovatis glabris serratis. *Mant.* 250.

coccinea. 6. S. spicis corymbosis, fol. inferioribus linearibus integerrimis, superioribus lanceolato-subulatis subdentatis.

capitata. 7. S. capitulo terminali, fol. fasciculatis linearibus carnosis glabris. *Mant.* 568.

fruticosa. 8. S. capitulis subrotundis terminalibus, fol. sparsis linearibus obtusis integerrimis, caule fruticoso. *Mant.* 87.

divaricata. 9. S. capitulis terminalibus, fol. filiformi-linearibus fasciculatis glabris. *Suppl. p.* 284.

canescens. 10. S. spicis terminalibus, fol. filiformibus fasciculatis glabris. *Suppl. p.* 284.

geniculata. 11. S. spicis terminalibus, fol. linearibus fasciculatis glabris margine reflexo. *Suppl. p.* 284.

triquetra. 12. S. spicis terminalibus, fol. triquetris imbricatis recurvato-reflexis glabris. *Suppl. p.* 284.

hispida. 13. S. spicis terminalibus, fol. linearibus sparsis reflexis hispidis. *Suppl. p.* 284.

Polygaloides. 14. S. spicis terminalibus, bracteis calycibusque carinatis, (laminibus scabris. *Quid hoc?* M.), fol. linearibus glabris margine reflexo. *Suppl. p.* 284.

cinerea. 15. S. corymbo composito, fol. linearibus fasciculatis glabris margine reflexo. *Suppl. p.* 285.

rotundifolia. 16. S. corymbo composito, fol. ovatis glabris obtusis. *Suppl. p.* 285.

ciliata. 17. S. flor. spicatis, foliis ovatis ciliatis acutis. *Suppl. p.* 285.

verbe-

verbenacea. 18. S. ſpicis faſciculatis, fol. oblongis glabris, caule tetragono rectangulo. *Suppl. p.* 285.
hirta. 19. S. hirta, ſpicis longiſſimis, fol. obovatis. *Suppl. p.* 285.

1264. MANULEA. *Cal.* 5-partitus. *Coroll.* limbo 5-partito, ſubulato: laciniis ſuperioribus 4 magis connexis. *Capſ.* 2-locularis, polyſperma.

Cheiranthus. 1. M. foliis nudis, caulibus ſubaphyllis, pedicellis alternis unifloris. Manulea fol. nudiuſculis, racemo longo ſimplici. *Mant.* 88. Lobelia Cheiranthus. *Sp. pl.* 1319.
tomentoſa. 2. M. fol. tomentoſis, caul. folioſis, pedunc. multifloris. *Mant.* 420. Selago tomentoſa. *Sp. pl.* 877. *Flores hujus minus irregulares, triſtes.* Selago lychnidea *huic videtur affinis; an congener?*
microphylla. 3. M. fol. ovatis faſciculatis glabris integris. *Suppl. p.* 285.
integrifolia. 4. M. fol. ovatis ſparſis glabris integris. *Suppl. p.* 285.
heterophylla. 5. M. fol. linearibus ſparſis villoſis integris dentatisve. *Suppl. p.* 285.
coerulea. 6. M. fol. linearibus oppoſitis tomentoſis dentatis, floribus racemoſis. *Suppl. p.* 285.
cuneifolia. 7. M. fol. elliptice ovatis glabris dentatis, ſpicis oblongis. *Suppl. p.* 285.
capillaris. 8. M. fol. caulinis obovatis glabris dentatis, ramis linearibus, ſpicis ovatis. *Suppl. p.* 285.
Plantaginis. 9. M. fol. ovatis ſubdentatis integriſque glabris, capitulis ovatis, ramis diffuſis. *Suppl. p.* 285.
capitata. 10. M. fol. ovatis ſerratis villoſis, capitatis globoſis, ramis diffuſis. *Suppl. p.* 285.
Antirrhinoides. 11. M. fol. ovatis dentatis glabris, floribus alternis. *Suppl. p.* 285.
thyrſiflora. 12. M. fol. obovatis tomentoſis dentatis, corymbo terminali elongato compoſito. *Suppl. p.* 285.
corymboſa. 13. M. fol. oblongis dentatis glabris, corymbo faſtigiato. *Suppl. p.* 286.
altiſſima. 14. M. fol. lanceolatis ſubdentatis villoſis, ſpica ovata. *Suppl. p.* 286.

rubra. 15. M. fol. lanceolatis villoſis ſerratis, flor. racemoſis remotis. *Suppl. p.* 286.

argentea. 16. M. fol. obovatis cuneiformibus ſerratis argenteo-punctatis, flor axillaribus. *Suppl p.* 286.

pinnatifida. 17. M. fol. ovatis inciſo-pinnatifidis: pinnis dentatis. *Suppl. p* 286.

770. HEBENSTREITIA. 878. *Cal.* 2-emarginatus, ſubtus fiſſus. *Cor.* 1-labiata: lab. adſcendente, 4 fido. *Capſula* 2-ſperma. *Stamina* margini limbi corollae inſerta.

dentata. 1. H foliis linearibus dentatis, ſpicis laevibus. *Burm. afric.* 109. *t.* 41. *f.* 1. *Berg. cap* 153. *Caulis erectus, pedalis, ad radicem et ſub ſpica Ramis ſimplicibus, adſcendentibus. Folia alternato-ſparſa, linearia, ſubhiſpida, ſubdentata, erecta, ex ſingulis alis copioſis foliolis ſubrameſcentibus. Spica terminalis, ſeſſilis, oblonga, inferne ſterilis; bracteis laevibus, ſubulatis in ordines 10 longitudinales imbricatis, unifloris; Spica enim conſtructa eſt ex verticillis 5-floris, ſed alternis. Corolla alba, fauce dorſali rubra, ſingularis ſtaminibus ipſo margine fiſſurae impoſitis; inferioribus recurvatis. Flores Mane inodori, Meridie foetidi, nauſeoſi, Veſperi ambroſiaci, uti flores triſtes dicti ſ. Hyacinthi orientalis. H. U.*

integrifolia. 2. H. fol. linearibus integerrimis. *Nimis praecedenti affinis.*

cordata. 3 H. fol. ſubcarnoſis cordatis ſeſſilibus. *Mant.* 420.

Erinoides. 4. H. fol. oblongis ſerratis piloſis, bracteis integris hiſpidis. *Suppl. p.* 286.

fruticoſa. 5. H. fol. lanceolatis dentatis glabris, bracteis integris, caule fruticoſo. *Suppl. p.* 287.

771. ERINUS. 878. *Cal.* 5-phyllus. *Cor.* limbus 5-fidus, aequalis: lobis emarginatis; Lab. ſup. breviſſimo reflexo. *Capſ.* 2-locularis.

alpinus. 1. E. floribus racemoſis, fol. ſpatulatis. *Folia radicalia in caeſpitem congeſta, omnia lineari-ſpatu-*

ſpatulata, pubeſcentia apice utrinque ſerraturis aliquot. Caules plures, ſimpliciſſimi, palmares, teretes, pubeſcentes, erecti, foliis alternis remotis; laterales caules ſteriles, decumbentes. Racemus terminalis, ſimplex, erectus, longitudine caulis. Flores alterni, diſtincti foliis ſimilibus minoribus. Calyx campanulatus, 5-partitus, perſiſtens laciniis oblongis, erectis. Corolla infundib. Tubus reflexus. Limbus aequalis (aeſtivatione irregularis) laciniis obcordatis, oblongis, aequalibus. Stamina 4 intra tubum. Germen ſubrotundum. Stylus breviſſimus. Stigma capitatum auriculis 2-ſubrotundis oppoſitis.

africanus. 2. E. flor. lateralibus ſeſſilibus, fol. lanceolatis ſubdentatis.

peruvianus. 3. E. fol. lanceolato-ovatis ſerratis.

maritimus. 4. E. fol. lanceolatis integerrimis glabris, limbi laciniis ſemibifidis. *Suppl. p. 287.*

Lychnidea. 5. E. fol. lanceolatis ſerratis, limbi laciniis ſemibifidis. *Suppl. p. 287.* Selago Lychnidea. *Syſt. ed. 13. p.* 476.

triſtis. 6. E. fol. oblongis inciſis dentatis, limbi laciniis emarginatis. *Suppl. p. 287.*

laciniatus. 7. E. fol. laciniatis.

772. BüCHNERA. *Cal.* 5-dentatus obſolete. *Corollae* limbus 5-fidus, aequalis: lobis cordatis. *Capſ.* 2-locularis.
879.

americana. 1. B. foliis dentatis lanceolatis trinerviis. *Spica floribus remotis. Caulis vix ramoſus. Stamina 2 in fauce; 2 in medio tubi. Herba exſiccatione atra evadit.*

cernua. 2. B. fol. cuneatis quinquedentatis glabris, flor. ſpicatis, caule fruticoſo. *Mant.* 251.

cuneifolia. 3. B. fol. cuneiformibus glabris apice ſeptemdentatis. *Suppl. p. 288.*

cordifolia. 4. B. caule tetragono, fol. oppoſitis cordatis trinerviis ſerratis, racemis terminalibus, ſubſpicatis. *Suppl. p. 287.*

grandiflora. 5. B. ſcabra, fol. oppoſitis ſeſſilibus oblongis integris, pedunculis axillaribus unifloris diphyllis, calyce infundibuliformi. *Suppl. p. 287.*

aethio-

aethiopica. 6. B. fol. tridentatis, flor. pedunculatis, caule fruticoso. *Mant.* 251.
capensis. 7. B. fol dentatis linearibus, calyc. pubescentibus. *Mant. 88. Affinis Rhinantho africano.*
asiatica. 8. B. fol. integerrimis linearibus, calycibus scabris. *Corolla limbo bifido: lacinia altera erectiuscula trifida; altera patente late cordata.*
pinnatifida. 9. B. fol. pinnatifidis glabris. *Suppl. p.* 288.

773. BROWALLIA. 879. *Cal.* 5-dentatus. *Cor.* limbus 5-fidus, aequalis, patens: umbilico clauso Antheris 2, majoribus. *Caps.* 1-locularis.

demissa. 1. B. pedunculis unifloris.
elata. 2. B. pedunc. unifloris multiflorisque.
alienata? 3. B. foliis superioribus oppositis, staminibus duobus longitudine corollae. † *Mill. ic.* 68. *Hanc non vidi, tantum ex figura Milleri assumsi, ideoque in Speciebus omisi, et Millerus ipse in Dictionario ultimo.*

774. LINNÆA. 880. *Cal.* duplex: fructus 2-phyllus; floris 5-partitus, superus. *Corolla* campanulata. *Bacca* sicca, trilocularis.

borealis. 1. LINNAEA. *Fl. dan. t.* 3. *Act. nidros.* 4. *t.* 4. *f.* 6.

775. SIBTHORPIA. 880. *Cal.* 5-partitus. *Cor.* 5-partita, aequalis. *Stam.* paribus remotis. *Caps.* compressa, orbicularis, 2-locularis: dissepimento transverso.

europaea. 1. S. foliis reniformi-subpeltatis crenatis *Mant.* 421.
evolvulacea. 2. S. fol. uniformibus integerrimis. *Suppl. p.* 288.

776. LIMOSELLA. 881. *Cal.* 5-fidus. *Cor.* 5-fida, aequalis. *Stam.* per paria approximata. *Capsula* 1-locularis, 2-valvis, polysperma.

aquatica. 1. L. foliis lanceolatis. *Fl. dan. t.* 69.
diandra. 2. L. fol. sublinearibus. *Mant.* 252.

1265.

1265. VANDELLIA. *Cal.* ſub 4-fidus. *Cor.* ringens. *Filamenta* 2 exteriora e diſco labii corollae. *Anth.* connexae. *Capſ.* 1-locularis, polyſperma.

diffuſa. VANDELLIA. *Mant.* 89.

777. STEMODIA. *Cal.* 5-partitus. *Cor.* bilabiata. *Stam.* 4: filamentis ſingulis bifidis diantheris. *Capſ.* bilocularis.
881.

maritima. 1. STEMODIA. — *Jacq. amer. pict. p. 90. t. 261. f. 48.* M.

778. OBOLARIA. *Cal.* 2-fidus. *Cor.* 4-fida, campanulata. *Capſ.* 1-locularis 2-valvis, polyſperma. *Stamina* ex diviſuris corollae.
881.

virginica. 5. OBOLARIA. *Folia ſuprema extus purpurea. Flores pallide rubentes. Orobanchis affinis.*

779. OROBANCHE. *Cal.* 2-fidus. *Cor.* ringens. *Capſula* 1-locularis, 2-valvis, polyſperma. *Glandula* ſub baſi germinis.
881.

laevis. 1. O. caule ſimpliciſſimo laevi, ſtaminibus exſertis. Orobanche caule ſimplici, ſtipulis ternatis, calyce 5-fido. *Hall. hiſt. n.* 294 *An ab hac* Orobanche purpurea *Jacq. Fl. auſtr. t.* 276. caule ſimpliciſſimo pubeſcente, ſtaminibus incluſis *in Litt. definita, tam differt, ut diverſa ſpecies cenſeretur?* M.

major. 2. O. caule ſimpliciſſimo pubeſcente, ſtaminibus ſubexſertis. Orobanche caule ſimplici. ſtipula unica, calyce 4-fido. *Hall hiſt. n.* 295.

americana. 3. O. caule ſimpliciſſimo foliis imbricato, corollis recurvatis, ſtaminibus exſertis. *Mant.* 88

cernua. 4. O. caule ſimpliciſſimo, corollis recurvatis, bracteis ovatis corolla brevioribus, caule nudiuſculo.

purpurea. 5. O. caule ſimplici ramoſoque, corollis quadrifidis, ſtaminibus calcaratis. *Suppl. p.* 288.

ramoſa.

ramosa. 6. O. caule ramoso, corollis quinquefidis.
virginiana. 7. O. caule ramoso, corollis quadridentatis.
uniflora. 8. O. caule unifloro, calyce nudo. *Vagina spathacea. Flos pallide coeruleus, cernuus.*
Aeginetia. 9. O. caule unifloro, flore subspathaceo.

1317. HYOBANCHE. *Cal.* 7-phyllus. *Cor.* ringens labio inferiore nullo. *Caps.* 2-locularis, polysperma.

sanguinea. 1. HYOBANCHE. *Mant* 253. Orobanche mauritanica, flore purpureo. *Pet. gaz. t. 37. f. 4.* Orobanches species aethiopica. *Pluk. mant. 142.*

780. DODARTIA. 883. *Cal.* 5-dentatus. *Cor.* labium inf. duplo longius. *Caps.* 2-locularis, globosa.

orientalis. 1. D. foliis linearibus integerrimis glabris. *Radix repens. Flores alterni, racemosi, subsessiles, atro-purpurei.*
indica. 2. D. fol. ovatis serratis villosis.

781. LIPPIA. 883. *Cal.* 4-dentatus, subrotundus, erectus, compresso-membranaceus. *Caps.* 1-locularis, 2-valvis, 2-sperma, recta. *Sem.* 1, biloculare.

americana. 1. L. capitulis pyramidatis.
hemisphaerica. 2. L. capitulis hemisphaericis. *Jacq. amer. 176. t. 179. f. 100. Mant. 89.*
ovata. 3. L. capitulis ovatis, fol. linearibus integerrimis. *Mant. 89. Burm. prod. 17. Genus ulterius inquirendum in hac specie.*
hirsuta. 4. L. hirsuta, fol. oblongis satis rugosis serratis subtus tomentosis, paniculis axillaribus: capitulis ovatis. *Suppl. p.* 288.

782. SESAMUM. 883. *Cal.* 5-partitus. *Cor.* campanulata, 5-fida: lobo infimo majore. *Rudimentum* Filamenti 5:ti. *Stigma* lanceolatum. *Caps.* 4-locularis.

orientale. 1. S. foliis ovato-oblongis integris.
indicum. 2. S. fol. inferioribus trifidis.

783. MIMULUS. *Cal.* 4-dentatus, priſmaticus. *Cor.*
884. ringens: labio ſuperiore lateribus replicato. *Capſ.* 2-locularis, polyſperma.

ringens. 1. M. erectus, foliis oblongis linearibus ſeſſilibus.
luteus. 2. M. repens, fol. ovatis.

784. RUELLIA. *Cal.* 5-partitus. *Cor.* ſubcampanulata.
884. *Stamina* per paria approximata. *Capſ.* dentibus elaſticis diſſiliens.

Blechum. 1. R. foliis ovatis integerrimis, ſpicis ovatis: bracteis interioribus geminis, floribus binis ſeſſilibus.
ſtrepens. 2. R. fol. petiolatis, pedunculis trifloris brevibus. *Mant.* 422.
patula. 3. R. fruticoſa villoſa viſcoſa, fol. ovatis integerrimis, flor. axillaribus aggregatis *Jacq. in Litt. Miſc. vol. 2. p. 358. Icon. rar. t* 41. M.
clandeſtina. 4. R. fol. petiolatis, pedunc. longis ſubdiviſis nudis.
paniculata. 5. R. fol. integerrimis, pedunc. dichotomis lateralibus, calyc. ſeſſilibus: lacinia ſuprema majore.
tuberoſa. 6. R. fol. ovatis crenatis, pedunculis unifloris.
tentaculata. 7. R. fol. obovatis, verticillis obvallatis ſpinis inermibus bifurcatis. Euphraſia acinos. *Pluk. phyt.* 279. *f.* 7.
ciliaris. 8. R. fol. dentatis ciliatis, flor. oppoſitis. *Mant.* 89. Ruellia perſica. *Burm. ind.* 135. *t.* 42. *f.* 1.
biflora. 9. R. flor. geminis ſubſeſſilibus.
criſpa. 10. R. fol. ſubcrenatis lanceolato-ovatis, capitulis ovatis foliolis hiſpidis, caule repente. *Caules repentes.*
repanda. 11. R. fol. lanceolatis obtuſe dentatis petiolatis, caule repente. *Burm. ind. t.* 40. *f.* 2.
ringens. 12. R. fol. oblongis integerrimis, flor. ſolitariis ſeſſilibus. caule procumbente. *Folia lanceolata obtuſiuſcula. Bracteae 2, ſeſſiles, calyce breviores.*
antipoda. 13. R. fol. mucronato-ſerratis, caule repente, flor. ſubſpicatis terminalibus quinis ternisve. *Mant.* 422.

repens.

repens. 14. R. fol. lanceolatis acuminatis integerrimis, flor. sessilibus, bracteis petiolatis calyce longioribus, caule repente. *Mant.* 89. *Burm. ind.* 135. *t.* 41. *f.* 1.

littoralis. 15. R. (fruticosa, cana,) fol. cuneiformibus serratis retusis glabris, flor. axillaribus solitariis subsessilibus. *Suppl. p.* 289.

difformis. 16. P. (diffusa hirsuta,) fol. linearibus dentato-sinuatis integris, flor. verticillatis axillaribus. *Suppl. p.* 289.

balsamica. 17. R. (erecta glabra,) fol. petiolatis lanceolatis serratis, verticillis sessilibus. *Suppl. p.* 289.

uliginosa. 18. R. (diffusa hirsuta,) fol. sessilibus oblongis integris, spicis terminalibus tetragonis. *Suppl. p.* 290.

pilosa. 19. R. fol. oppositis ovatis integris ciliatis, flor. terminalibus solitariis. *Suppl. p.* 290.

depressa. 20. R. fol. oppositis petiolatis obovatis integris, caule arcte depresso. *Suppl. p.* 290.

japonica. 21. R. fol. ellipticis, flor. spicatis, bracteis oblongis obtusis. *Thunb. jap. mspt.* M.

785. BARLERIA. 887. *Cal.* 4-partitus. *Stamina* 2, longe minora. *Caps.* 4-angularis, bilocularis? 2-valvis, elastica absque unguibus. *Sem.* 2.

longifolia. 1. B. spinis verticillorum senis, foliis ensiformibus longissimis scabris. *Moris. hist.* 3. *s.* 11. *t.* 27. *f.* 5. *Spinae caulis utrinque 3, longitudine verticillorum.*

solanifolia. 2. B. spinis axillaribus, fol. lanceolatis denticulatis †. Barleria spinis axillaribus, fol. lanceolatis integerrimis, flor. verticillatis sessilibus. *Mill. dict.* 3. *Folia integerrima. Mill.*

Hystrix. 3. B. spinis axillaribus geminis simplicibus, fol. integerrimis lanceolato-ovatis. *Royen. Mant.* 89.

Prionitis. 4. B. spinis axillaribus pedatis quaternis, integerrimis lanceolato-ovatis. *Spinae pedatae, quaternae. Caulis teres. Folia subtus pubescentia. (Exclusis synonymis Seb. Pluk. Rumph. quae praecedentis.)*

buxifolia. 5. B. spinis axillaribus oppositis solitariis, fol. subrotundis integerrimis.

*nocti*flo-

noctiflora. 6. B. ſpinis axillaribus ramoſis, fol. lanceolatis integerrimis cuſpidatis, bracteis ovatis ſcarioſis, tubo elongato. *Suppl. p. 290.*

criſtata. 7. B. fol. oblongis integerrimis, calycis foliolis duobus latioribus ciliatis, duobusque linearibus acutis.

coccinea. 8. B. inermis, fol. ovatis denticulatis petiolatis.

pungens. 9. B. inermis, fol. ovatis acutis pungentibus, bracteis ciliatis. *Suppl. p. 290.*

longiflora. 10. B. inermis, fol. ovatis ſericeis, bracteis cordatis ſcarioſis, corollis longiſſimis. *Suppl. p. 290.*

786. DURANTA. *Calyx* 5-fidus, ſuperus. *Bacca* 4-ſperma. *Sem.* 2-locularia.
888.

Plumieri. 1. D. calycibus fructeſcentibus contortis. — *Jacq. amer. pict. p. 92. t. 261. f. 53. quoad fructum.* M.

Elliſia. 2. D. calyc. fructeſcentibus erectis. — *Jacq. hort. v. 3. t. 99.* — *amer. pict. p. 92. t. 179.* M.

Mutiſii. 3. D. foliis ellipticis integerrimis. *Suppl. p. 291.*

787. OVIEDA. *Cal.* 5-fidus. *Cor.* tubus ſubcylindricus, ſuperus, longiſſimus (: *Limbo* 3-lobo M.). *Bacca* globoſa, 2-ſperma.
888.

ſpinoſa. 1. O. foliis ovalibus dentatis.

mitis. 3. O. fol. lanceolatis ſubrepandis. *Burm. ind. t. 40. f. 1. Folia longiſſima. Corollae tubus longiſſimus.*

1406. MILLINGTONIA. *Calycis margo* 5-dentatus, reflexus. *Cor.* longiſſima: *Limbo* 4-fido. *Antherae* bipartitae, vaginantes. *Fructus* —— Siliqua? *Suppl. p. 45.*

hortenſis. 1. MILLINGTONIA.

788. VOLKAMERIA. *Cal.* 5-fidus. *Cor.* laciniis ſecundis *Bacca* 2-ſperma. *Semina* 2-locularia.
889.

aculeata. 1. V. ſpinis petiolorum rudimentis. — *Jacq. amer. pict. p. 91. t. 177.* M.

inermis. 2. V. ramis inermibus. Jasmini flore, frutex philippenſis, foliis floribusque fere ternis. *Pet.*

Gaz. t. 42. f. 7. Nir-notſüt. *Rheed. mal. 5. p. 97. t. 49. E Burm.*

ſerrata. 3. V. fol. lato-lanceolatis ſerratis ſeſſilibus. *Mant. 90.*

ſcandens. 4. V. fol. petiolatis cordatis ovatis integerrimis, panicula corymboſa terminali: ramulis dichotomis. *Suppl. p. 292.*

japonica. 5. V. inermis, fol. cordatis ovatis acutis dentatis, racemis ſecundis. *Thunb. japon. mſpt.* M.

789. CLERODENDRUM. *Cal.* 5-fidus, campanulatus. *Cor.* tubo filiformi; limbo 5-partito, aequali. *Stamina* longiſſima, intra lacinias maxime hiantes. *Bacca* 1-ſperma.
889.

infortunatum. 1. C. foliis cordatis tomentoſis. Petaſites agreſtis. *Rumph. amb. 4. p. 108. t. 49.*

fortunatum. 2. C. fol. lanceolatis integerrimis.

Phlomidis. 3. C. fol. ovatis ſerratis canis. *Suppl. p. 292.*

calamitoſum. 4. C. fol. ovalibus ſubdentatis nudis. *Mant. 90.* Volkameria alternifolia. *Burm. ind. 137. t. 44.*

paniculatum. 5. C. fol. lobatis ſerratis, panicula ampliſſima. *Mant. 90.* Volkameria multiflora. *Burm. ind. 137. t. 45. f. 1.*

trichotomum. 6. C. fol. lobatis indiviſisque lato-ovatis integris, panicula trichotoma. *Thunb. jap. mſpt.* M.

790. VITEX. *Cal.* 5-dentatus. *Cor.* limbus 6-fidus. *Bacca* 4-ſperma.
890.

ovata. 1. V. foliis ſimplicibus ovatis. *Thunb jap. mſpt.* Vitex *rotundifolia*, foliis ſimplicibus obovatis integerrimis, pedunculis axillaribus ſolitariis unifloris breviſſimis. *Suppl. p. 294.* M.

altiſſima. 2. V. fol. ternatis integerrimis, (panicula verticillata M.) ſpicis verticillatis, bacca triſperma. *Suppl. p. 294.*

Agnus caſtus. 3. V. foliis digitatis ſerratis, ſpicis verticillatis.

Leucoxylon. 4. V. fol. digitatis quinatis: foliolis petiolatis oblongis integerrimis, paniculis dichotomis, bacca monoſperma. *Suppl. p. 293.*

trifolia.

trifolia. 5. V. fol. ternatis quinatisque: foliolis ovatis acutis integerrimis ſubtus caneſcentibus, panicula rachi recta: pedicellis dichotomis. *Suppl. p. 293.* Vitex *trifolia*, foliis ternatis quinatisque integerrimis, paniculis dichotomis. *Syſt. ed. 13. p. 483.*

Negundo. 6. V. fol. quinatis ternatisque ſerratis, flor. racemoſo-paniculatis. *Mill. ic. 275 f. 1. 2.*

pinnata. 7. V. fol. pinnatis integerrimis, paniculatis trichotomis. *Burm. ind. 138. t. 43. f. 2.*

791. BONTIA. 890. *Cal.* 5-partitus. *Cor.* bilabiata: labio inferiore 3-partito, revoluto. *Drupa* ovata, monoſperma, apice obliquo. *Semen* unicum.

daphnoides. 1. B. foliis alternis, pedunculis unifloris. — *Jacq. amer. pict. p. 88. t. 161. f. 57. quoad florem et fructum.* M.

1237. AVICENNIA. *Cal.* 5-partitus. *Cor.* bilabiata: lab. ſuperiore quadrato. *Capſ.* coriacea, rhomboidea, 1-ſperma.

tomentoſa. 1. A. foliis cordato-ovatis ſubtus tomentoſis. *Gen. plant. p. 579. Loefl. 193. Jacq. hiſt. 178. t. 112. f. 2. — Amer. pict. 88. t. 261. f. 46. quoad folium.* M. Bontia germinans. *Sp. pl. 891.*

nitida. 2. A. fol. lanceolatis utrinque nitidis. *Gen. plant. 579. Jacq. hiſt. 178. t. 112. f. 1. — Amer. pict. p. 88. t. 169.* M.

792. COLUMNEA. 891. *Cal.* 5-partitus. *Cor.* lab. ſup. fornicatum, integrum; ſupra baſin gibba. *Antherae* connexae. *Capſ.* 2-locularis.

ſcandens. 1. C. corollis hirſutiſſimis. — *Jacq. hort. v. 3. t. 48. Amer. pict. p. 88. t. 170.* M.

longifolia. 2. C. foliis lanceolatis longiſſimis ſubſerratis glabris. *Mant. 90. Generis certe Achimenes Brownii, an Columneae?*

793. ACANTHUS. *Cal.* bifol. 2-fidus. *Cor.* 1-labiata, deflexa, 3-fida. *Capsula* 2-locularis.
891.

mollis. 1. A. foliis sinuatis inermibus.

carduifolius. 2. A. fol. serrato-dentatis spinosis, spica florum radicali. *Suppl. p.* 294.

spinosus. 3. A. fol. pinnatis spinosis.

Dioscoridis. 4. A. fol. lanceolatis integerrimis margine spinosis. †

ilicifolius. 5. A. fol. repandis dentato-spinosis, caule fruticoso aculeato.

integrifolius. 6. A. fol. oblongis integris, caule herbaceo procumbente. *Suppl. p.* 294.

procumbens. 7. A. fol. oblongis serrato ciliatis, caule procumbente fruticoso. *Suppl. p.* 294.

furcatus. 8. A. fol. oblongis dentato spinosis, caule fruticoso, bracteis spina trifurcata terminatis. *Suppl. p.* 295.

capensis. 9. A. fol. oblongis dentatis spinosis, caule fruticoso erecto, bracteis spina simplici terminatis. *Suppl. p.* 295.

maderaspatensis. 10. A. fol. quaternis, flor. axillaribus, calycibus ciliatis. Acanthus ciliaris. *Burm. ind.* 139. *t.* 42. *f.* 2. Melampyro affinis tetraphylla gangetica, floribus inter folia sparsis. *Pluk. phyt. t.* 99. *f.* 3. *Caulis herbaceus, dichotomus. Folia quaterna, elliptica, mutica. Calyx exterior imbricatus: foliolis obovato-cuneatis, ciliatis, 4 parium. Interior 4 phyllus: foliolis 2 exterioribus lanceolatis, reliquis longioribus; interioribus 2 minoribus linearibus. Capsula rubra.*

794. PEDALIUM. *Cal.* 5-partitus. *Cor.* subringens: limbo 5-fido. *Nux* suberosa, tetragona, angulis spinosa, 2-locularis. *Sem.* bina.
892.

murex. 1. PEDALIUM. *Burm. ind.* 139. *t.* 45. *f.* 2. Kaku-mullu. *Rheed. mal.* secundum *Burm.*

1409. AMASONIA. *Cal.* campanulatus, femiquinquefidis *Cor.* tubulofa: *limbo* parvo, 5-fido. *Nux* ovata, 1-locularis. *Suppl. p. 48.*

erecta. 1. AMASONIA. *Suppl. p. 294.*

795. MELIANTHUS. *Cal.* 5-phyllus: fol. inferiore gibbo. *Petala* 4; nectario infra infima. *Capf.* 4-locu-
892. cularis.

major. 1. M. ftipulis folitariis petiolo adnatis. *Mill. illuftr. ic.* M. *Succuffa ftillat pluviam nectariferam florens. Venit in Europam 1672. ad Thom. Bartholinum miffa ab Hermanno.*

minor. 2. M. ftipulis geminis diftinctis.







CLASSIS XV.

TETRADYNAMIA.

SILICULOSAE.

* *Silicula integra, nec apice emarginata.*

800. DRABA. *Silic.* valvulis planiuſculis. *Stylus* nullus.
809. LUNARIA. *Silic.* valvulis planis pedicellata. *Stylus* exſertus.
799. SUBULARIA. *Silic.* valvulis ſemiovatis. *Stylus* brevior ſilicula.
796. MYAGRUM. *Silic.* valvulis concavis. *Stylus* perſiſtens.
797. VELLA. *Silic.* valvulis diſſepimento dimidio brevioribus.

* * *Silicula emarginata apice.*

804. IBERIS. *Petala* duo exteriora majora.
805. ALYSSUM. *Filamenta* quaedam latere interiore dente notata. *Silicula* bilocularis.
807. CLYPEOLA. *Silic.* orbiculata: valvulis planis, decidua.
806. PELTARIA. *Silic.* orbiculata, compreſſo-plana, non dehiſcens.
803. COCHLEARIA. *Silic.* cordata: valvulis obtuſis, gibbis.
801. LEPIDIUM. *Silic.* cordata: valvulis acute carinatis.
802. THLASPI. *Silic.* obcordata: valvulis marginato-carinatis.
808. BISCUTELLA. *Silic.* biloba ſupra infraque, margine carinato.
798. ANASTATICA. *Silic.* retuſa: valvulis diſſepimento mucronato longioribus.

SILIQUOSAE.

* *Calyx clauſus foliolis longitudinaliter conniventibus.*

822. RAPHANUS. *Siliqv.* articulata.
814. ERYSIMUM. *Siliqv.* tetragona.
. . CHAMIRA. *Cal.* baſi cornutus! *Gland.* extra ſtamina breviora.

815. CHEIRANTHUS. *Siliqv.* germine utrinque glandula notato.
817. HESPERIS. *Glandulae* intra ſtamina breviora. *Petala* obliqua.
818. ARABIS. *Glandulae* 4 intra foliola calycina. *Stigma* ſimplex.
820. BRASSICA. *Glandulae* 2 intra ſtamina breviora; 2 extra ſtamina longiora.
819. TURRITIS. *Petala* erecta.
811. DENTARIA. *Siliqv.* valvis revoluto-dehiſcentibus.
810. RICOTIA. *Siliqv.* unilocularis.

* * *Calyx hians foliolis ſuperne diſtantibus.*

825. CRAMBE. *Siliqv* decidua, globoſa, ſicco-baccata. *Filamenta* 4, apice bifurca.
824. ISATIS. *Siliqv.* decidua, lanceolata, monoſperma.
823. BUNIAS. *Siliqv.* decidua, ſubrotunda, muricata.
826. CLEOME. *Siliqv.* dehiſcens, unilocularis.
812. CARDAMINE. *Siliqv.* dehiſcens: valvulis revolutis.
827. SINAPIS. *Siliqv.* dehiſcens. *Cal.* horizontaliter patens.
813. SISYMBRIUM. *Siliqv.* dehiſcens: valvis rectiuſculis. *Cal.* patulus.
816. HELIOPHILA. *Siliqv.* dehiſcens. *Nectaria* 2, recurvata.

SILICULOSA.

796. MYAGRUM. 893. *Silicula* ſtylo conico terminata; loculo ſubmonoſpermo.

perenne. 1. M. ſiliculis biarticulatis monoſpermis, foliis extrorſum ſinuatis denticulatis. — *Jacq. Fl. auſtr. v. 5. t. 414.* M. Myagrum ſiliculis articulatis binatis monoſpermis, foliis ſinuatis ſubdentatis. *Ger. prov. 342. Siliculae articulus inferior ſtrictus abortit; ſuperior globoſus, ſtriatus, monoſpermus.*

orientale. 2. M. ſiliculis ſulcatis laevibus, fol. oblongis dentato-ſinuatis. *Siliculae articulis 2, ſulcis 3 elevatis; ſtylo longitudine ſiliculae.*

rugoſum. 3. M. ſiliculis ſulcatis piloſis rugoſis, fol. oblongis obtuſis dentatis.

hiſpanicum. 4. M. ſiliculis laevibus ſubtoroſis, foliis lyratis.

austriacum. 5. M. siliculis subrotundis glabris, fol. oblongis amplexicaulibus, radice repente. *Jacq. in Litt. Fl. austr. v. 2. t. 111.* M.

perfoliatum. 6. M. siliculis obcordatis subsessilibus, foliis amplexicaulibus. *Siliculae loculamenta lateralia sunt inania.*

sativum. 7. M. siliculis obovatis pedunculatis polyspermis.

paniculatum. 8. M. siliculis lentiformibus orbiculatis punctato-rugosis. *Fl. dan. t. 204.*

saxatile. 9. M. siliculis lentiformibus obovatis glabris: foliis petiolatis oblongis serratis scabris, caule paniculato. — *Jacq. Fl. austr. v. 2. t. 128.* M. *Filamenta longiora sunt approximata, ad latus alterum alterius posita, apice bifurco, cujus ramus interior truncatus, exterior extrorsum arcuatus. Jacq. unde affinitas Alyssi.*

aegyptium. 10. M. siliculis angulatis, foliis tripartitis. *Stylus brevissimus. Facies Buniadis Kakiles.*

797. VELLA. 897. *Silicula* dissepimento valvulis duplo majore, extus ovato.

annua. 1. V. foliis pinnatifidis, siliculis pendulis. *Trew. ic. 10. t. 8.*

Pseudo-Cytisus. 2. V. fol. integris obovatis ciliatis, siliculis erectis.

798. ANASTATICA. 895. *Silicula* retusa, margine coronata valvulis dissepimento duplo longioribus. *Stylo* intermedio mucronato, obliquo: loculis 1-spermis.

hierochuntica. 1. A. foliis obtusis, spicis axillaribus brevissimis, siliculis ungulatis spinosis. *Jacq. hort. t. 58.* Rosa hierochuntica. *Besl. eyst. aut. 4. t. 1. f. 2. 3.*

syriaca. 2. A. fol. acutis, spicis folio longioribus, siliculis ovatis rostratis. *Mant. 424. Jacq. austr. t. 4.* Myagrum e Sumatra et Syria, semine spinoso simili capiti aviculae. *Zan. hist. 142.* Thlaspi hiericho sylvestri affine. *Bocc. mus. 135. t. 98. Folia lanceolata, serrata, petiolata, subscabra. Spicae axillares, brevissimae, terminatae mucrone. Petala distantia, linearia, emarginata,*

ta, calycis longitudine. Siliculae sessiles, subovatae, scabriusculae, mucrone inarticulato.

799. SUBULARIA. *Silicula* integra, ovata: valvis ovatis, concavis, dissepimento contrariis. *Stylus* silicula brevior.
866.

aquatica. 1. SUBULARIA. *Fl. dan. t. 53.*

800. DRABA. *Silicula* integra, ovali-oblonga: valvis planiusculis, dissepimento parallelis. *Stylus* nullus.
896.

aizoides. 1. D. scapo nudo simplici, foliis ensiformibus carinatis ciliatis. *Mant. 91. — Jacq. Fl. austr. v. 2. t. 192.* M.

ciliaris. 2. D. caule subnudo, fol. linearibus margine carinaque ciliatis, petalis integris. *Mant. 91.*

alpina. 3. D. scapo nudo simplici, fol. lanceolatis integerrimis. *Fl. dan. t. 56. Synonyma, exceptis nostris propriis et Oederi, ad praecedentem amandanda. Folia radicalia omnia, patentia, lanceolata, supra pilis adspersa, more Androsaces disposita; minime imbricata s. linearia s. ciliata, aut supra laevia. Caulis aphyllus, adspersus raris pilis; nec monophyllus s. laevis. Petala leviter emarginata; nec integra.*

verna. 4. D. scapis nudis, foliis subserratis.

alceoides. 26. G. calyc. monophyllis, fol. ternatis trifidis laciniatis, caule herbaceo hirto. (*Martini figura aliena*). *Stam.* 5.

groſſularioides. 27. G. calyc. monophyllis, fol. cordatis ſubrotundis lineatis inciſis crenatis, caule herbaceo. *Mant.* 432. Geranium afr. flore minuto. *Riv. pent.* 337. *Antherae* 4.

althae-

althaeoides. 28. G. calyc. monophyllis, fol. ovatis plicatis sinuatis tomentosis crenatis, caule prostrato herbaceo. *Mant.* 433. *Petala macula nigra.*

coriandrifolium. 29. G. calyc. monophyllis, fol. bipinnatis linearibus squarrosis, caule herbaceo laeviusculo.

myrrhifolium. 30. G. calyc. monophyllis, fol. bipinnatis: inferioribus cordatis lobatis, caule herbaceo, calycibus strigosis. *Mant.* 433. *Berg. cap.* 178. *Petala* 4. *Antherae* 5; *alternis sterilibus, ut in* subdivisione 3a. *Discus foliorum fuscescens.*

prolificum. 31. G. calyc. monophyllis, scapis radicalibus, umbella composita globosa. *Corollae nigrae.*

auritum. 32. G. calyc. monophyllis, scapis radicalibus, umbella composita divisa, fol. ovalibus simpliciusculis. *Mant.* 433. Geranium prolificum δ, ε, ζ. *Sp. plant.* 950. Geranium capense hirsutum, radice rapae, flore atro-purpureo. *Seb. mus.* 1. *p.* 28. *t.* 18. *f.* 8. *Corolla atra. Antherae* 5. *Variat Foliis oblongis indivisis et trilobis. Sapor acidus.*

lobatum. 33. G. calyc. monophyllis, caule truncato, scapis subradicalibus, umbella composita.

triste. 34. G. calyc. monophyllis sessilibus, scapis bifidis monophyllis. *Corollae colore et odore tristes.*

daucifolium. 35. G. calyc. monophyllis, fol. hirtis alternatim tripinnatis, foliolis pinnatifidis. *Murr. in comm. gott.* 1780. *p.* 13. *t.* 4. Geranium africanum folio Staphylini. *Rivin. flor. irreg. pentap. c. tab.* M.

*** MYRRHINA. *Staminibus quinque antheriferis; Cal.* 5-*phyllis. Fructus declinati.*

romanum. 36. G. pedunculis multifloris, flor. pentandris, fol. pinnatis incisis, scapis radicalibus. *Confer* Geranium petraeum. *Magn. monsp.* 109. Geranium foetidum. *Lob. illustr.* 134. *Moris. hist.* 2. *p.* 516. *s.* 5. *t.* 14. *f.* 27. *forte sola varietas.*

cicutarium. 37. G. pedunc. multifloris, flor. pentandris, fol. pinnatis incisis obtusis, caule ramoso.

moschatum. 38. G. pedunc. multifloris, flor. pentandris, fol pinnatis incisis, cotyledonibus pinnatifidis. *Jacq. hort.* 55.

chium. 39. G. pedunc. multifloris, flor pentandris, fol. cordatis incisis; superioribus lyrato-pinnatifidis.

malacoides. 40. G. pedunc. multifloris, flor. pentandris, fol. cordatis sublobatis. *Petioli oppositi altero breviore.*

maritimum. 41. G. pedunc. subtrifloris, flor. pentandris, fol. cordatis crenatis incisis scabris, caulibus depressis. *Pedunculi saepe 2-flori. Petala integra.*

glaucophyllum. 42. G. pedunc. multifloris, flor. pentandris, fol. ovatis serratis lineatis incanis. *Mant.* 433.

arduinum. 43. G. pedunc. multifloris, flor. pentandris, fol. cordatis quinquelobis, scapis radicalibus.

gruinum. 44. G. pedunc. submultifloris, flor. pentandris, fol. ternatis lobatis.

ciconium. 45. G. pedunc. multifloris, floribus pentandris, fol. pinnatifidis obtusis. *Jacq. hort. 18.*

**** BATRACHIA. *Staminibus 10 antheriferis; Pedunc. 2-floris.* ♃

tuberosum. 46. G. pedunc. bifloris, fol. multipartitis: laciniis linearibus subdivisis obtusis.

macrorhizum. 47. G. pedunc. bifloris, calycibus inflatis, petal. integris, pistillo longissimo, scapo dichotomo. *Mant.* 434.

phaeum. 48. G. pedunc. solitariis oppositifoliis, calycibus subaristatis, caule erecto, petalis undulatis.

fuscum. 49. G. pedunc. bifloris oppositifoliis geminis, caule patulo, petalis integerrimis. *Mant. 97.*

reflexum. 50. G. pedunc. bifloris foliisque alternis, petal. reflexis laciniatis longitudine calycis mutici. *Mant.* 256. Geranium flore purpureo reflexo, lucidum. *Barr. ic* 39. *Affine G. phaeo et fusco.*

nodosum. 51. G. pedunc. bifloris, petal. emarginatis, fol. caulinis trilobis integris serratis; subtus lucidis. *Mant.* 434. *Caules diffusi, compressi magis quam in G. striato. Petala emarginata, incarnata striis* 3 *purpureis.*

striatum. 52. G. pedunc. bifloris, foliis quinquelobis: lobis medio dilatatis, petalis bilobis venoso-reticulatis.

sylvaticum. 53. G. pedunc. bifloris, fol. subpeltatis quinquelobis inciso-serratis, caule erecto, petalis emarginatis. *Fl. dan. t.* 124.

palustre.

paluſtre. 54. G. pedunc. bifloris longiſſimis declinatis, petalis integris, foliis quinquelobis inciſis. *Fl. dan. t.*596. *Rami divaricatiſſimi, bifariam angulati angulis obtuſis. Petala nervis* 3 *fuſcis, baſi villoſa.*

pratenſe. 55. G. pedunc. bifloris, fol. ſubpeltatis multipartitis rugoſis acutis, petalis integris.

argenteum. 56. G. pedunc. bifloris, petalis emarginatis, foliis ſubpeltatis ſeptempartitis trifidis tomentoſo-ſericeis.

maculatum. 57. G. pedunc. bifloris, caule dichotomo erecto, fol. quinquepartitis inciſis; ſummis ſeſſilibus.

pyrenaicum. 58. G. pedunc. bifloris, fol. inferioribus quinquepartito-multifidis rotundatis; ſuperioribus trilobis, caule erecto. *Hudſ. angl.* 265. † Geranium pedunc. bifloris, fol. multifidis: laciniis obtuſis inaequalibus, petalis bifidis. *Burm. ger.* 27. Geranium columbinum pyrenaicum perenne maximum. *Tournef. inſt.* 268. — *Mant.* 97. †

***** *Staminibus* 10 *antheriferis; Pedunculis* 2-*floris.* ⊙

bohemicum. 59. G. pedunc. bifloris, petalis emarginatis, arillis hirtis, cotyledonibus trifidis: medio truncato. *Cent.* 176. *Mant.* 434.

robertianum. 60. G. pedunc. bifloris, calycibus piloſis decemangulatis. — *Fl. dan. t.* 694. M. *Habitat etiam in Arabia felici. Odor hircoſus.*

lucidum. 61. G. pedunc. bifloris, calycibus pyramidatis angulatis elevato-rugoſis, fol. quinquelobis rotundatis. *Fl. dan. t.* 213.

molle. 62. G. pedunc. bifloris foliisque floralibus alternis, petalis bifidis, calycibus muticis, caule erectiuſculo. — *Fl. dan. t.* 679. M. *Stipulae* 2-*fidae.*

carolinianum. 63. G. pedunc. bifloris, calycibus ariſtatis, fol. multifidis, arillis hirſutis, petalis emarginatis. *Mant.* 434.

columbinum. 64. G. pedunc. bifloris folio longioribus, fol. quinquepartito-multifidis, arillis glabris, calycibus ariſtatis. *Calyces magni. Petala emarginata. Hall.*

incanum. 65. G. pedunc. bifloris, cal. ariſtatis, petal. integris, arillis hirſutis, fol. ſubdigitatis pinnatifidis.

diſſectum. 66. G. pedunc. bifloris, fol. quinquepartito-trifidis petalis emarginatis longitudine calycis, arillis villoſis. *Petala pallido incarnata. Antherae coeruleae.*

rotundifolium. 67. G. pedunc. bifloris, petalis ſubintegris longitudine calycis, caule proſtrato, fol. reniformibus inciſis. *Mant. 434.*

puſillum. 68. G. pedunc. bifloris, petalis emarginatis, caule depreſſo, fol. reniformibus palmatis linearibus acutis. *Mant. 435. Stamina quinque alterna caſtrata ſunt. Petala purpurea emarginata. Antherae coeruleae.*

****** *Staminibus* 10 *antheriferis; Pedunculis 1-floris.*

ſibiricum. 69. G. pedunc. ſubunifloris, fol. quinquepartitis acutis: foliolis pinnatifidis. *Jacq. hort. t. 19.*

ſanguineum. 70. G. pedunc. unifloris, fol. quinquepartitis trifidis orbiculatis.

ſpinoſum. 71. G. pedunc. unifloris, caule carnoſo noduloſo: ſpinis ſolitariis ſtrictis. *Mant. 98.*

emarginatum. 72. G. pedunc. unifloris, emarginatis ovatis crenatis. *Suppl. p. 306.*

Reichardi. 73. G. ſcapis unifloris, fol. plerisque oblongis trilobis vel quinquelobis inciſo crenatis. *Murr. in comm. gott. 1780. p. 11. t.* 3. M.

† *Species additae ex Supplemento plant.* *

appendiculatum. 74. G. calyc. monophyllis, fol. radicatis ſupradecompoſitis hirſutis, petiolis appendiculatis, umbella ſcapo longiore. *Suppl. p. 304.*

Oenotherae. 75. G. calyc. monophyllis, fol. oppoſitis lanceolatis ſerrato-dentatis molliſſime tomentoſis, umbella pauciflora. *Suppl. p. 305.*

variegatum. 76. G. glaucum, calyc. monophyllis, fol. alternis tri-ſ. quinquepartitis: lobis trifidis ſerratis, ſtipulis cordatis ovatis, umbella pauciflora. *Suppl. p. 305.*

tetra-

* *Has tantum non omnes iunctim ſubnectere malui, quum ob defectum characterum, quibus ſubdiviſiones generis nituntur, male collocare.* M.

tetragonum. 77. G. carnosum, caule tetragono scandente, fol. lobatis crenatis glabris, pedunculis bifloris. *Suppl. p. 305.*

stipulaceum. 78. G. acaule, calyc. monophyllis, fol. oblongis incisis serratis, stipulis subulatis rigidis albis, (addo M.) floribus umbellatis. *Suppl. p. 306.*

incarnatum. 79. G. pedunculis bifloris, fol. tripartitis trifidis glabris, petalis integris, arillis glabris. *Suppl. p. 306.*

quercifolium. 80. G. calyc. monophyllis, fol. pinnatifidis sinubus rotundatis, lobis crenatis, floribus umbellatis. *Suppl. p. 306.*

ternatum. 81. G. calyc. monophyllis, fol. ternatis: foliolis lobatis: lobis dentatis, floribus subumbellatis, caule hispido. *Suppl. p. 306.*

laevigatum. 82. G. glaucum, calyc. monophyllis, caule erecto, foliis pinnatifidis: laciniis integris lanceolatis. *Suppl. p. 306. Forte sola varietas G. glauci.*

ENDECANDRIA.

833. BROWNEA. *Cal.* 5-fidus. *Cor.* duplex: Exterior 5-fida; Interior 5-petala. *Legum.* uniloculare.

coccinea. 1. BROWNEA. *Stamina naturaliter XI sunt.*

DODECANDRIA.

834. PENTAPETES. *Cal.* 5-partitus. *Stam.* 20: horum 5 castrata longa. *Caps.* 5-locularis, polysperma.
958.

phoenicea. 1. P. foliis hastato-lanceolatis serratis. Alceae indicae cognata. *Pluk. alm. 18. t. 255. f. 3. Trew. rar. 7. t. 5.* — *Mill. illustr. ic.* M.

suberifolia. 2. P. fol. ovatis repandis.

acerifolia. 3. P. fol. cordatis repandis.

POLY-

POLYANDRIA.

1414. GUSTAVIA. *Cal.* o. *Petala* plura. *Bacca* multilocularis. *Semina* appendiculata. *Suppl. p.* 51.

augusta. 1. GUSTAVIA. *Linn. Diss. Plant. Surinam. p.* 18. *c. tab. Suppl. p* 313. Pirigara tetrapetala. *Aubl. guian. p.* 477. *t.* 192. Perigara hexapetala. *Aubl. guian. p.* 490. *t.* 193.

836. ADANSONIA. *Cal.* simplex, deciduus. *Stylus*
760 longissimus; *Stigmata* plura. *Caps.* lignosa, 10-locularis pulpa farinacea, polysperma.

digitata. 1. ADANSONIA.

1413. BARINGTONIA. *Cal.* diphyllus, superus. *Drupa. Nux* uni-s. 4-locularis. *Suppl. p.* 50. — Cfr. *Thunb. Diss. n. gen. p.* 47. *qui ad Polyandriam Monogyniam transferri jubet pone Mammeam.* M.

speciosa. 1. BARINGTONIA. *Suppl. p.* 312. Mammea asiatica. *Syst. veget. ed.* 13. *p.* 409. — *Thunb. l. c. p.* 47. M.

1415. CAROLINEA. *Cal.* simplex, tubulosus, truncatus. *Petala* ensiformia. *Pomum* 5-sulcatum, 2-loculare. *Suppl. p.* 51.

princeps. 1. CAROLINEA. *Suppl. p.* 314.

835. BOMBAX. *Cal.* 5-fidus. *Stam.* 5 s. multa. *Capsu-*
959. *la* lignosa, 5-locularis, 5-valvis. *Sem.* lanata. *Recept.* 5-gonum.

pentandrum. 1. B. floribus pentandris, foliis septenatis. — *Jacq. amer. pict. p.* 94. *t.* 182. M. *Folia nunc integerrima, nunc serrata. Caulis tenerior aculeatus, adultior inermis. Flores numerosissimi.*

Ceiba.

Ceiba. 2. B. flor. polyandris, fol. quinatis (*Excluſo Rheede*) — *Jacq. amer. pict. p 94. t. 261. f. 54. quoad fructum.* M.

heptaphyllum. 3. B. flor. polyandris, fol. ſeptenis. — *Jacq. amer. pict. p. 95. t. 261. f. 55. quoad calycem cum piſtillo et ſtamina.* M. Goſſypium ſ. Xylon arbor oriental. digitatis foliis laevibus, fructu alba nitente lanugine. *Pluk. alm. 172. t. 188. f. 4.* Moul-elavou. *Rheed. mal. 3. p. 61. t. 52. Raj. hiſt. 1899.*

goſſypinum. 4. B. fol. quinquelobis acuminatis ſubtus tomentoſis. *Fl. zeyl. 222. Simillimum* Goſſypio religioſo, *ut figura Plukenetii utramque referat, ſed differt foliis ſubtus tomentoſis et ſtaminibus diſtinctis.*

837. SIDA. 960. *Cal.* ſimplex, angulatus. *Stylus* multipartitus. *Capſ.* plures, 1-ſpermae.

* *Quinque-10-capſulares.*

ſpinoſa. 1. S. foliis cordato-oblongis ſerratis, ſtipulis ſetaceis, axillis ſubſpinoſis. *Rumph. amb. 6. t. 18.*

anguſtifolia. 2. S. fol. lineari-lanceolatis ſerratis ſubtus tomentoſis, ſtipulis ſetaceis axillis obtuſe triſpinoſis. *Murr. Fl. gott. p. 220. Mill. Gard. dict. Ed. 8. ſpec. 3.* M.

alba. 3. S. fol. cordatis ſubrotundis, ſtipulis ſetaceis, axillis ſubtriſpinoſis.

rhombifolia. 4. S. fol. lanceolato-rhomboidibus ſerratis, axillis ſubſpinoſis. (*Varietas excludenda.*)

alnifolia. 5. S. fol. orbiculatis plicatis ſerratis.

ciliaris. 6. S. fol. ovalibus retuſis ſerratis, ſtipulis linearibus ciliatis, ſemin. muricatis.

retuſa. 7. S. fol. cuneiformibus retuſis ſerratis, ſubtus tomentoſis. *Rumph. amb. 6. t. 19.*

triquetra. 8. S. fol. cordatis ſerratis ſubtomentoſis: ramis triquetris. — *Jacq. hort. v. 2. t. 118. amer. pict. p. 96. t. 184.* M.

jamaicenſis. 9. S. fol. ovatis ſerratis tomentoſis, flor. axillaribus ſubpedunculatis, ſem. quinis bicornibus.

carpinifolia. 10. S. fol. bifariis ovato-lanceolatis ſerratis: ſerraturis arctatis, umbellis axillaribus. *Suppl. p. 307. Frutex.* Sida *carpinifolia,* fol. oblongo-

longo-ovatis ſerrulatis bifariis, pedunculis axillaribus multifloris breuiſſimis, capſulis ſuboctolocularibus. *Jacq. in Litt. Miſc. v.* 3. *Icon. rar.* M.

viſcoſa.. 11. S. fol. cordatis crenatis tomentoſis, flor. ſubſolitariis, capſ. ſeptemlocularibus rotundis depreſſis.

cordifolia. 12. S. fol. cordatis ſubangulatis ſerratis villoſis.

umbellata. 13. S. fol. cordatis ſubangulatis ſubtomentoſis, floribus umbellatis, capſulis biroſtratis. -- *Jacq. hort. v. 1. t.* 56. M.

paniculata. 14. S. fol. cordato-oblongis acuminatis ſerratis ſubtus tomentoſis, pedunculis capillaribus longiſſimis.

atroſanguinea. 15. S. fol. cordato-ovatis acutis ſerratis vtrinque villoſis, pedunculis unifloris ſolitariis capillaribus, caule fruticoſo. *Jacq. in Litt. Miſc. v.* 3. *Icon. rar.* M.

periplocifolia. 16. S. fol. cordato-lanceolatis integerrimis, caule paniculato.

urens. 17. S. fol cordatis ſerratis hiſpidis, pedunc. multifloris terminalibus glomeratis. *Murr. in comm. gott. 1772. p. 75. t.* 5.

arborea. 18. S. fol. cordatis ovatis acuminatis crenatis quinquenerviis molliſſime tomentoſis, pedunculis axillaribus unifloris. *Suppl. p.* 307. *Arbor.*

** *Multicapſulares.*

occidentalis. 19. S. fol. cordatis ſublobatis, ſtipulis patentibus, pedunculis petiolo brevioribus, capſulis multilocularibus.

americana. 20. S. fol. cordatis oblongis indiviſis, capſulis multilocularibus longitudine calycis: loculis lanceolatis.

Abutilon. 21. S. fol. ſubrotundo-cordatis indiviſis, pedunc. folio brevioribus, capſul. multilocularibus: corniculis bifidis. *Calycis foliola complicata ſ. canaliculata.*

mauritiana. 22. S. fol. cordatis acutis holoſericeis indiuiſis, pedunculis petiolo longioribus, capſulis multilocularibus hirſutis, caule fruticoſo. *Jacq. in Litt. Miſcell. v. 2. p. 352. Icon. rar. t. 29* M.

aſiatica. 23. S. fol. cordatis indiviſis, ſtipulis reflexis, pedunculis longioribus, capſ. multilocularibus hirſutis calyce brevioribus. Abutilon hirſutum. *Rumph.*

Rumph. amb. 4. p. 29 t. 10. Beloeroe *Rheed. mal. 6. p. 2. t. 4. Folia longiora quam lata, ut in S. americana. Capſulae truncatae, hirſutiſſimae.*

indica. 24. S. fol. cordatis ſublobatis, ſtipulis reflexis, pedunculis petiolo longioribus, capſulis multilocularibus ſcabris calyce longioribus. *Cam. hort. 3. t. 1. Pedunculi erecti. Capſulae terminatae angulo recto.*

criſpa. 25. S. fol. cordatis ſublobatis crenatis tomentoſis, capſulis cernuis inflatis multilocularibus crenatis repandis. *Mant.* 445.

criſtata. 26. S. fol. angulatis: inferioribus cordatis, ſuperioribus panduriformibus, capſul. multilocularibus.

† ——

ternata. 27. S. foliis ternatis, foliolis ſerratis. *Solitaria prodeat, quum de fructu nihil memoretur.* M.

. . SOLANDRA. *Cal.* ſimplex. *Capſ.* oblonga, toruloſa, 5-locularis. *Sem.* multa duplici ordine in loculamentis diſpoſita. *Valvulae poſt maturationem ad baſin usque divaricantur, introrſum diſſepimento alatae. Murr. in comment. gott. a. 1784. Quoniam nuper (Suppl. plant. p. 176. vid. et ſupra p. 272.) Solandra capenſis, olim dicta, ad genus Hydrocotyles tranſlata fuit: in memoriam veterani amici et botanici multis nominibus meritiſſimi et celeberrimi hocce genus dicendum duxi.* M.

lobata. 1. Solandra. *Folia pleraque triloba. Infloreſcentia corymboſo-racemoſa. Napaeam refert petalis oblongis apice integris.* M.

1266.

1266. MALACHRA. *Cal.* *commun.* 3-phyllus, multiflorus, major. *Arilli* 5, monofpermi.

capitata. 1. M. capitulis pedunculatis triphyllis feptemfloris.
radiata. 2. M. capitulis pedunculatis pentaphyllis multifloris, fol. palmatis. †

839. ALTHÆA. *Cal.* duplex: exterior 9-fidus. *Arilli* plurimi, monofpermi.

officinalis. 1. A. foliis fimplicibus tomentofis. *Fl. dan. t.* 530.
cannabina. 2. A. fol. inferioribus palmatis, fuperioribus digitatis. — *Jacq. Fl. auftr. v.* 2. *t.* 101.
hirfuta. 3. A. fol. trifidis pilofo-hifpidis, fupra glabris, pedunc. folitariis unifloris. — *Jacq. Fl. auftr. v.* 2. *t.* 170. M.
Ludwigii. 4. A. fol. lobatis utrinque nudis, pedunc. congeftis unifloris. *Mant.* 98. *Murr. Fl. Gott.* 169. *Calyx interior lanatus.*

840. ALCEA. *Cal.* duplex; exterior 6-fidus. *Arilli* plures, monofpermi.
966.

rofea. 1. A. foliis finuato-angulofis. — *Mill. illuftr. ic.* M.
ficifolia. 2. A. fol. palmatis. *Varietas forte prioris.*

841. MALVA. *Cal.* duplex: exterior 3-phyllus. *Arilli* plurimi, monofpermi.
967.

* *Foliis indivifis.*

fpicata. 1. M. foliis cordatis crenatis tomentofis, fpicis oblongis hirtis.
tomentofa. 2. M. fol. cordatis crenatis tomentofis, flor. lateralibus congeftis, caule fruticofo.
gangetica. 3. M. fol. cordatis obtufis fcabris, flor. feffilibus glomeratis, arillis denis muticis crenulatis.
coromandeliana. 4. M. fol. ovato-oblongis acutis, flor. glomeratis, arillis denis tricufpidatis.
americana. 5. M. fol. cordatis crenatis, flor. lateralibus folitariis; terminalibus fpicatis. *Caulis pedalis, ftrictus, teres, fubpilofus. Rami ex alis inferioribus, erecti. Folia indivifa, cordata, ferrata, vix tomentofa. Pedunculi axillares, erecti, folitarii, uniflori. Spica terminalis floribus multis, feffilibus. Flores lutei, poft*

meri-

meridiem explicati, petalis obcordatis. Calyx exterior linearis, patens, longitudine interioris; interior basi urceolatus. Styli 10, capillares, staminibus longiores.

** *Foliis angulatis.*

peruviana. 6. M. caule erecto herbaceo, fol. palmatis, spicis secundis axillaribus, seminibus denticulatis. — *Jacq. hort. v. 2. t.* 156. M.

limensis. 7. M. caule erecto herbaceo, fol. lobatis, spicis secundis axillaribus, seminibus laevibus. — *Jacq. hort. v. 2. t. 141.* M.

bryonifolia. 8. M. caule fruticoso tomentoso, fol. pinnatis scabris, pedunculis multifloris. *Hall. emend. 15.*

capensis. 9. M. fol. cordatis quinquelobis, caule arborescente.

virgata. 10. M. fol. basi angustatis multiformibus partitis: laciniis inciso-crenatis, pedunculis unifloris, caule frutescente. *Murr. in comm. gott. 1779. p. 20. t. 6.* M.

balsamica. 11. M. fol. subcordatis sublobatis inaequaliter serratis glutinosis, caule fruticoso. *Jacq. in Litt. Misc. v. 2. p. 321. Icon. rar. t. 10.* M.

Abutiloides. 12. M. fruticosa, incana, fol. profunde lobatis sinuatisque. *Suppl. p. 307.*

caroliniana. 13. M. caule repente, fol. multifidis. *Fructus trepani figura supra tuberculatus ambitu aristis 2 e singulis loculis.*

parviflora. 14. M. caule patulo, fol. angulatis, flor. axillaribus sessilibus glomeratis, calycibus glabris patentibus. *Jacq. hort. t. 39.*

rotundifolia. 15. M. caule prostrato, fol. cordato-orbiculatis obsolete quinquelobatis, pedunc. fructiferis declinatis. — *Fl. dan. t. 721.* M.

sherardiana. 16. M. caulib. prostratis, fol. orbiculatis plicatis tomentosis crenatis, pedunc. solitariis unifloris arcuatis. *Sp. plant. 1674.* — *Jacq. hort v. 2. t. 142.* M. Malva cretica minor hirsuta. *Buxb. cent. app. 46. f. 32. Pedunculi sub florescentia arcuati, foliis brevioribus. Petala rubra rotundata cum mucrone. Capsulae plures quam 5 in orbem positae aut sparsae.*

sylvestris. 17. M. caule erecto herbaceo, fol. septemlobatis acutis, pedunculis petiolisque pilosis.

mauritiana. 18. M. caule erecto herbaceo, fol. quinquelobatis obtusis, pedunculis petiolisque glabriusculis.

fragrans. 19. M. caule erecto frutescente, fol. subrotundo-cordatis semiquinquelobis. *Jacq. in Litt. Hort. v. 3. t. 33.* M.

hispanica. 20. M. caule erecto, fol. semiorbiculatis crenatis: calyce exteriore diphyllo.

verticillata. 21. M. caule erecto, fol. angulatis, flor. axillaribus glomeratis sessilibus, calyc. scabris. *Jacq. hort. t. 40.*

crispa. 22. M. caule erecto, fol. angulatis crispis, flor. axillaribus glomeratis.

Alcea. 23. M. caule erecto, fol. multipartitis scabriusculis. *Caulis scaber pilis fasciculatis expansis.*

moschata. 24. M. caule erecto, fol radicalibus reniformibus incisis; caulinis quinquepartitis pinnato-multifidis. *Differt a Malva Alcea: Floribus ambrosiacis; Caule humiliore pilis solitariis erectis insidentibus puncto prominulo.*

tournefortiana. 25. M. caule decumbente, fol. radicalibus 5-partitis trilobis linearibus, pedunculis folio caulino longioribus. *Folia obtusiora, ciliata, ad apices supra setis adspersa. Caules ad basin valde ramosi, prostrati, assurgentes. Corollae calyce quadruplo majores.*

aegyptia. 26. M. caule erecto, fol. palmatis dentatis, corollis calyce minoribus. *Jacq hort. t. 65. Folia acutiora, ciliata, supra omnino glabra. Caulis erectus, ramis alternis in superiore caulis parte; nullis ad radicem. Corollae non calyce longiores. Affinis M. tournefortianae.*

842. LAVATERA. *Cal.* duplex: exterior 3-fidus, *Arilli* 972. plurimi, monospermi.

* *Caule fruticoso.*

arborea. 1. L. caule arboreo, foliis septemangularibus tomentosis plicatis, pedunculis confertis unifloris axillaribus.

micans. 2. L. caule arboreo, fol. septemangularibus acutis crenatis plicatis tomentosis, racemis terminalibus.

olbia. 3. L. caule fruticoso, fol. quinquelobo-hastatis, pedunculis solitariis. *Jacq. hort. t. 73.*

triloba.

triloba. 4. L. caule fruticoso, fol. subcordatis subtrilobis rotundatis crenatis, stipulis cordatis, pedunculis aggregatis unifloris. *Jacq. hort. t. 74. In Spec. plant. p. 973. Calyx exterior; lege Calyx interior.*

lusitanica. 5. L. caule fruticoso, fol. semptemangularibus tomentosis plicatis, racemis terminalibus. †

americana. 6. L. caule fruticoso, fol. cordatis indivisis crenatis acuminatis tomentosis, pedunculis solitariis unifloris.

** *Caule herbaceo.*

thuringiaca. 7. L. caule herbaceo, fructibus denudatis, calycibus incisis. — *Jacq. Fl. austr. v. 4. t. 311.* M.

cretica. 8. L. caule erecto, ramis inferioribus diffusis, pedunculis confertis unifloris, fol. lobatis: superioribus acutis. *Jacq. hort. t. 41.*

trimestris. 9. L. caule scabro herbaceo, fol. lanceolatis, pedunculis unifloris, fructibus orbiculo tectis. *Jacq. hort. t. 72.*

843. MALOPE. *Cal.* duplex; exterior 3-phyllus. *Arilli* glomerati, monospermi.
974.

malacoides. 1. Malope foliis ovatis crenatis supra glabris.

844. URENA. *Cal.* duplex: exterior 5-fidus. *Caps.* 5-locularis, echinata, monosperma.
974.

lobata. 1. U. foliis angulatis. *Porus glandulosus subtus in costis 3 intermediis foliorum.*

sinuata. 2. U. fol. sinuato-palmatis: sinubus obtusis. *Porus glandulosus subtus in costa 1 intermedia foliorum.*

Typhalaea. 3. U. fol. ellipticis, caps. recurvato-tridentatis. *Mant. 258.* Urena fruticulosa, foliis serratis oblongis, floribus conglobatis, pedunculis longissimis terminalibus. *Brown. jam. 281.* Malva scabiosae folio, capsulis tridentatis vestibus adhaerentibus. *Barr. aequin. 73.*

procumbens. 4. U. fol. oblongis sinuatis serratis, caule procumbente.

lepto-carpa. 5. U. fol. lanceolatis serratis. *Suppl. p. 308.*

americana. 6. U. fol. trifidis basi integris. *Suppl. p. 308.*

845. GOSSYPIUM. *Cal.* duplex: exterior 3-fidus. *Capſ.*
975. 4-locularis. *Sem.* lana obvoluta.

herbaceum. 1. G. foliis quinquelobis ſubtus eglandulofis, caule herbaceo.

arboreum. 2. G. fol. palmatis: lobis lanceolatis, caule fruticoſo. *Inter foliorum ſinus ſaepe lacinula, unde omnes ſinus obtuſi. (Figurae Rumphii et Plukeneti dubiae.)*

hirſutum. 3. G. fol. quinquelobis ſubtus uniglandulofis, ramulis petiolisque pubeſcentibus. Goſſypium fruteſcens pentaphyllos barbadenſe. *Pluk. alm. 172. t. 299. f. 1. Variat foliis obtuſis; ſaepe bienne.*

religioſum. 4. G. fol. trilobis acutis ſubtus uniglandulofis, ramulis nigro-punctatis. Goſſypium fruteſcens annuum, folio vitis ampliore quinquefido. *Pluk. alm. 172. t. 188. f. 2? Habitat in Indiis ♄ Frutex ramis vix piloſis, ſed uti Petioli, adſperſus atomis nigris. Folia cordata, profunde triloba, in fertiliori ſolo quinqueloba, magnitudine palmae, acuminata, glandula unica ſub coſta tantum media. Stamina omnino monadelpha.*

latifolium. 5. G. fol. acutis, infimis indiviſis, reliquis trilobis ſubtus uniglandulofis. *Murr. comm. gott. 1776. p. 32. t. 1.* M.

barbadenſe. 6. G. fol. trilobis integerrimis ſubtus triglandulofis.

846. HIBISCUS. *Cal.* duplex: exterior polyphyllus.
976. *Capſ.* 5-locularis, polyſperma.

Moſcheutos. 1. H. foliis ovatis acuminatis ſerratis, caule ſimpliciſſimo, petiolis floriferis.

paluſtris. 2. H. caule herbaceo ſimpliciſſimo, fol. ovatis ſubtrilobis ſubtus tomentoſis, flor. axillaribus.

micranthus. 3. H. fol. ſubrotundis integris ſerratis, corollis reflexis obliquis. *Suppl. p. 308.*

urens. 4. H. tomentoſus, fol. reniformibus crenatis, calycibus lanatis. *Suppl. p. 309.*

praemorſus. 5. H. hirſutus, fol. ovatis baſi anguſtato-cordatis apice praemorſis crenatis, calycibus tomentoſis, ſeminibus tuberculatis. *Suppl. p. 309.*

cordi-

cordifolius. 6. H. arboreus, tomentoſus, fol. cordatis ovatis ſerratis, flor. pedunculatis terminalibus, calyce polyphyllo lineari longo. *Suppl. p. 309.*

rigidus. 7. H. ſuffruticoſus, hirſutus, ramis ſimplicibus, fol. oblongis ſerratis, limbo corollae reflexo, ſeminibus lanatis. *Suppl. p. 310.*

ſororius. 8. H. fol. cordatis crenatis ſcabris, calycibus exterioribus teretibus apice dilatatis. *Suppl. p. 311.*

cancellatus. 9. H. caule debili hirto, fol. cordatis ſerratis, calycibus globoſis: radiis vicenis ſubulatis hirtis. *Suppl. p. 311.*

populneus. 10. H. fol. cordatis integerrimis, caule arboreo. *Calyce exteriore indiviſo.*

tiliaceus. 11. H. fol. cordatis ſubrotundis indiviſis acuminatis crenatis, caule arboreo, calyce exteriore decemdentato. *Folia juniora ſubtriloba: ſubtus poris 3. Stipulae magnae, rotundatae.*

ſimplex. 12. H. fol. cordatis trilobis repandis integerrimis, caule arboreo ſimpliciſſimo.

Roſa ſinenſis. 13. H. fol. ovatis acuminatis ſerratis, caule arboreo. *Variat flore pleno.*

braſilienſis. 14. H. fol. cordatis denticulatis, calycibus exterioribus duplo longioribus, caule fruticoſo: ramis hirtis.

phoeniceus. 15. H. fol. ovatis acuminatis ſerratis, pedunculis articulatis ſupra articulos incraſſatis, lobis longioribus, calycibus nudis, ſemine lanato. *Suppl. p. 310.* Hibiſcus *hirtus,* foliis lanceolato-ovatis acuminatis ſerratis, caule herbaceo: ramis ſcabris. *Syſt. ed. 13. p. 523.* hujus Varietas eſt. Hibiſcus phoeniceus. *Jacq. hort. v. 3. p. 11. t. 14.*

mutabilis. 16. H. fol. cordato-quinquangularibus obſolete ſerratis, caule arboreo.

malvaviſcus. 17. H. fol. cordatis crenatis: angulis lateralibus extimis parvis, caule arboreo. *Corolla convoluta, erecta, coccinea, clauſa fauce lacinia laterali connivente. Fructus Bacca ſphaerica: loculis 5 monoſpermis.*

ſpinifex. 18. H. fol. cordatis crenatis indiviſis, capſ. ſpinis exſtantibus. — *Jacq. hort. v. 2. t. 103. Amer. pict. p. 96. t. 185.* M. *Calyx exterior 5-fidus. Capſula ſpina terminali 1; laterali-*

 bus

bus 2, oppofitae approximatis, ut in circumferentia 5 tantum appareant.

fyriacus. 19. H. fol. cuneiformi-ovatis fuperne incifo-ferratis, caule arboreo.

ficulneus. 20. H. fol. quinquefido-palmatis, caule aculeato, flor. pedunculatis. *Aculei infident verrucis rubris, faepe reflexi, quod non in H. Sabdariffa.*

Sabdariffa. 21. H. fol. ferratis: inferioribus ovatis indivifis: fuperioribus feptenis partitis, caule inermi, flor. feffilibus. *Jacq. obf. 2. t. 35. Caulis inermis linea a petiolis utrinque decurrente. Petioli fubtus aculeis retrofpectantibus.*

cannabinus. 22. H. fol. ferratis: fuperioribus palmatis quinquepartitis fubtus uniglandulofis, caule aculeato, flor. feffilibus. *Caulis aculeis raris erectis. Folia 3-f. 5-partita. Petioli fubtus aculeis rectis. Convenit cum Sabdariffa: ftructura, facie, ferraturis, glandula fub foliis.*

furattenfis. 23. H. recurvato-aculeatus, fol. quinquelobis, calycibus exterioribus appendiculatis, ftipulis femicordatis, flor. pedunculatis. *Mant. 436. Calyx quafi radiatus.*

pedunculatus. 24. H. hirfutus, fol. quinquelobis dentatis, pedunculis axillaribus unifloris elongatis. *Suppl. p. 309.*

Manihot. 25. H. fol. palmato-digitatis feptempartitis, caule petiolisque inermibus.

Abelmofchus. 26. H. fol. fubpeltato-cordatis feptemangularibus ferratis, caule hifpido.

efculentus. 27. H. fol. quinquepartito-pedatis, calycibus interioribus latere rumpentibus. *Jacq. obf. 2. t. 35. Calyx exterior 12-partitus cadit cum corolla, remanente bafi. Interior 5-dentatus, latere rumpendus a Corolla explicanda.*

clypeatus. 28. H. fol. cordatis angulatis, capfulis turbinatis truncatis hifpidis.

vitifolius. 29. H. fol. quinquangularibus acutis ferratis, caule inermi, flor. cernuis. *Mant. 980. Lobi fructus compreffi.*

zeilanicus. 30. H. fol. cordato-haftatis, pedunculis alternis unifloris geniculatis. *Mant. 436. Burm. ind. 153. t. 48. f. 3.* Ketmia Zeylanica urens pilofa annua. *Seb. muf. 2. t. 18. f. 3.* Alcea pentacoccos, ranunculi auricomi folio et facie. *Pluk.*

Pluk. alm. 13. t. 125. f. 3. Corolla plana. Stam. 10: exterioribus 5 saepe distinctis. Capsula 5-cocca.

virginicus. 31. H. fol. inferioribus cordatis acuminatis serratis: superioribus hastatis. *Nimis affinis H. pentacarpo; anne varietas?*

pentacarpos. 32. H. fol. inferioribus cordatis angulatis: superioribus subhastatis, flor. subnutantibus, pistillo cernuo.

hastatus. 33. H. incanus, fol. oblongis simplicibus basi trilobis integerrimis, racemo terminali. *Suppl. p. 310.*

fraternus. 34. H. fol. trilobis calycibus exterioribus radiis teretibus: apice mucronato concauo. *Suppl. p. 311.*

aethiopicus. 35. H. fol. subcuneatis subtridentatis: summis oppositis, flor. terminalibus. *Mant. 258.* Alcea vesicariae similis aethiopica moschum redolens, folio summo margine crenato. *Pluk. alm. 13. t. 254. f. 2.*

Trionum. 36. H. fol. tripartitis incisis, calycibus inflatis. *Varietas β Caulis erectior, simplicior. Folia simplicia, semitrifida s. triloba: supremis 5 lobis. Pedunculi petiolis longiores. Filia Trioni e Malva capensi scabrosa patre.*

847. STEWARTIA. *Cal.* simplex. *Stylus* simplex, stigmate 5-fido. *Pomum* exsuccum, 5-lobum, 1-spermum, 5-fariam dissiliens.
982.

Malacodendron. 1. STEWARTIA. *Duham. arb. 2. t. 284.*

1344. GORDONIA. *Cal.* simplex. *Stylus* pentagonus stigmate 5-fido. *Caps.* 5-locularis. *Sem.* bina ala foliacea.

Lasianthus. 1. CORDONIA. *Ellis act. angl. 1770. (v. 60.) p. 518. t. 11.* Hypericum Lasianthus. *Spec. plant. 1101.* Alcea floridana. *Catesb. car. 1. p. 44. t. 44.*

848. CAMELLIA. *Cal.* imbricatus, polyphyllus: foliolis interioribus majoribus.
982.

japonica. 1. C. foliis acute ferratis acuminatis. *Thunb. japon. mfpt.* M. Camellia japonica. *Syft. ed. 13. p.* 525. Thea chinenfis pimentae jamaicenfis folio, flore rofeo. *Pet. gaz. t. 33. f. 4.*

fafanqua. 2. C. fol. obtufe ferratis emarginatis. *Thunb. l. c.* M.

665. MESUA. *Cal.* fimplex, 4-phyllus. *Cor.* 4-petala. *Pift.* 1. *Nux* tetragona, 1-fperma.
734.

ferrea. 1. MESUA foliis lanceolatis. Nagaffarium. *Rumph. amb. 7. p. 3. t. 2.* Calophyllum nagaffarium. *Burm. ind.* 121.

642. MORISONIA. *Cal.* fimplex, 2-fidus. *Cor.* 4-petala. *Pift.* 1. *Bacca* cortice duro, 1-locularis, polyfperma, pedicellata.
719.

americana. 1. MORISONIA. *Jacq. amer.* 156. *t.* 97. — *Ed.* 2. *pict. p.* 96. *t.* 144. M.



CLAS-

CLASSIS XVII.

DIADELPHIA.

PENTANDRIA.

851. MONNIERIA. *Cal.* 5-partitus. *Cor.* ringens. *Filamentum* ſuperius antheris 2; inferius 3. *Capſulae* 5.

HEXANDRIA.

849. FUMARIA. *Cal.* 2-phyllus. *Cor.* ringens, baſi gibboſa nectarifera. *Filamenta* antheris 3.

1267. SARACA. *Cal.* 0. *Cor.* 4-fida. *Filamenta* utrinque 3 connexa.

OCTANDRIA.

850. POLYGALA. *Cal.* 2 laciniae alaeformes. *Cor.* vexillum cylindricum. *Stamina* connexa. *Capſ.* obcordata, 2-locularis.

851. SECURIDACA. *Cal.* 3-phyllus. *Vexillum* nullum. *Legum.* 1-ſpermum ala ligulata.

1416. DALBERGIA. *Staminum Filamenta* 2, apice quadrifida. *Fructus* pedicellatus, non dehiſcens, leguminoſus, membranaceo-compreſſus, ſeminiferus.

DECANDRIA.

* *Stamina omnia connexa.*

853. NISSOLIA. *Legum.* 1-ſpermum, terminatum ala ligulata.

VOLUBILES: *Phaſeolus*, *Dolichos*, *Clitoria*, *Glycine.*
PINNATAE bsque impari: *Orobus*, *Piſum*, *Lathyrus*, *Vicia*, *Ervum*, *Arachis*, *Abrus*,
PINNATAE cum impari: *Biſerrula*, *Aſtragalus*, *Phaca*, *Hedyſarum*, *Glycyrrhiza*, *Indigofera*, *Galega*, *Colutea*, *Amorpha*, *Piſcidia*, *Müllera.*
TRIFOLIATAE: *Trifolium*, *Lotus*, *Medicago*, *Erythrina*, *Geniſta*, *Cytiſus*, *Ononis*, *Trigonella*, *Phaſeolus*, *Dolichos*, *Clitoria.*

854. PTEROCARPUS. *Legum.* foliaceum. *Stamina* bina triandra.

861. AMORPHA. *Alae Carinaque* nullae.

895. EBENUS. *Alae* nullae.

855. ERYTHRINA. *Alae Carinaque* breviſſimae. *Cal.* poro mellifero.

1286. ABRUS. *Filamenta* 9 baſi infima connexa latere ſuperiore diſtincta. *Sem. ſphaerica.*

858. SPARTIUM. *Filamenta* adhaerentia germini. *Stigma* adnatum, villoſum.

859. GENISTA. *Piſtillum* deprimens carinam. *Stigma* involutum.

865. LUPINUS. *Antherae* alternae rotundae; alternae oblongae. *Legum.* coriaceum.

864. ANTHYLLIS. *Cal.* turgidus, includens ſiliquam.

856. PISCIDIA. *Legumen* alis 4 longitudinalibus.

857. BORBONIA. *Legumen* mucronatum. *Stigma* emarginatum.

881. ULEX. *Calyx* diphyllus. *Legum.* vix calyce longius.

876. ARACHIS. *Corolla* reſupinata. *Legum.* coriaceum.

895. EBENUS. *Corolla* alis obliteratis. *Legum.* monoſpermum.

860. ASPALATHUS. *Legumen* muticum, ovatum, ſubdiſpermum,

863. ONONIS. *Legumen* rhombeum, ſeſſile. *Vexillum* ſtriatum.

862. CROTALARIA. *Legumen* pedicellatum, turgidum.

** *Stigma pubeſcens.* (nec priorum notae).

880. COLUTEA. *Legumen* inflatum, ſupra baſin dehiſcens.

866. PHASEOLUS. *Carina Stylusque* ſpirales.

867. DOLICHOS. *Vexillum* baſi callis duobus.

871. OROBUS. *Stylus* linearis, teretiuſculus, ſupra villoſus.

870. PISUM. *Stylus* ſupra carinatus villoſusque.

872. LATHYRUS. *Stylus* ſupra planus villoſusque.

873. VICIA. *Stylus* ſub ſtigmate barbatus.

*** *Legumen ſubbiloculare* (nec priorum.)

892. ASTRAGALUS. *Legum.* 2-loculare, rotundatum.

893. BISERRULA. *Legum.* 2-loculare, planum, dentatum.

891. PHACA. *Legum.* ſemibiloculare.

**** *Le-*

**** *Legumina ſubmonoſperma* (nec priorum.)

894. PSORALEA. *Cal.* punctis glanduloſis.
896. TRIFOLIUM. *Legum.* vix calyce longius, 1-ſ. 2-ſpermum. *Flores* capitati.
882. GLYCYRRHIZA. *Cal.* 2-labiatus: ſuperiore 3-fido.

***** *Legumen ſubarticulatum.* *).

888. AESCHYNOMENE. *Legum.* articulis monoſpermis. *Cal.* bilabiatus.
887. HEDYSARUM. *Legum.* articulis ſubrotundis, compreſſis. *Carina* obtuſiſſima.
883. CORONILLA. *Legum.* iſthmis interceptum, rectum.
884. ORNITHOPUS. *Legum.* articulatum, arcuatum.
886. SCORPIURUS. *Legum.* iſthmis interceptum, teretiuſculum, involutum.
885. HIPPOCREPIS. *Legum.* compreſſo-membranaceum: altera ſutura emarginaturis ad medium exciſa.
899. MEDICAGO. *Legum.* ſpirale, membranaceo-compreſſum. *Piſtillum* carinam deflectens.

****** *Legumen uniloculare polyſpermum* (nec priorum).

898. TRIGONELLA. *Vexillum Alaeque* patentes quaſi tripetalae. *Carina* minuta.
868. GLYCINE. *Carina* vexillum reflectens.
869. CLITORIA. *Vexillum* amplum alas obtegens. *Corolla* reſupinata.
879. ROBINIA. *Vexillum* reflexo-patens, ſubrotundum.
889. INDIGOFERA. *Carina* utrinque denticulo.
875. CICER. *Calycis* 4 laciniae ſuperiores vexillo incumbentes.
874. ERVUM. *Calyx* 5-partitus, ſubaequalis, longitudine fere corollae.
1319. LIPARIA. *Calycis* lacinia infima elongata. *Alae* inferius bilobae.
877. CYTISUS. *Legum.* pedicellatum. *Calyx* bilabiatus.
1417. MÜLLERA. *Pericarpium* elongatum, carnoſum, moniliforme: *Globulis* monoſpermis.
890. GALEGA. *Legum.* lineare ſtriis oblique transverſis.
897. LOTUS. *Legum.* teres, farctum ſeminibus cylindricis.
878. GEOFFROYA. *Drupa* nucleo ligneo.

PEN-

*) UMBELLATAE: *Lotus*, *Coronilla*, *Ornithopus*, *Hippocrepis*, *Scorpiurus*.

PENTANDRIA.

850. MONNIERIA. *Cal.* 5-partitus: lacinia superiore longa. *Cor.* ringens. *Stam.*
986. 2: superiore Antheris 2, inferiore 3. *Capsulae* 5, monospermae.

trifolia. 1. MONNIERIA. *Loefl. hisp.* 197.

HEXANDRIA.

1267. SARACA. *Cal.* 0. *Cor.* infundibulif. 4-fida. *Filamenta* 3 utrinque faucis. *Legumen* pedicellatum.

indica. 1. SARACA. *Mant.* 98. *Burm. ind.* 85. *t.* 25. *f.* 2.

849. FUMARIA. *Cal.* diphyllus. *Cor.* ringens. *Fila-*
983. *menta* 2, membranacea, singula *Antheris* 3.

* *Corollis bicalcaratis.*

Cucullaria. 1. F. scapo nudo. *Mant.* 437.

spectabilis. 2. F. floribus postice bilobis, caule folioso. *Amoen. acad.* 7. *t.* 7.

** *Corollis unicalcaratis.*

nobilis. 3. F. caulibus simplicibus, bracteis flore brevioribus indivisis. Fumaria caule ramoso. *Gmel. sib.* 4. *p.* 66. *t.* 34. *Jacq. hort. t.* 116. *Habitat in Sibiria* ♃. *Simillima F. bulbosae, sed multo major. Folia radicalia 7-9, spithamaea, bipinnata. Scapi 1. s. 2, obliqui, pentagoni. Folia caulina 4, sessilia, composita. Racemus secundus, obtusissimus. Bracteae ovato lanceolatae, integrae. Flores Fum. bulbosae duplo majores, albi, limbo luteo, odore Primulae veris, labiis nec emarginatis, nec serratis. Faux apice nigra. Calyx minutus, dentatus.*

bulbosa. 4. F. caule simplici, bracteis longitudine florum. — *Fl. dan. t.* 605. M.

sem-

sempervirens. 5. F. siliquis linearibus paniculatis, caule erecto.

lutea. 6. F. siliquis teretibus, caulibus diffusis: angulis obtusis. *Mant. 258. Mill. dict. 4* Fumaria lutea. *Bauh. pin. 143.* Fumaria lutea montana. *Dalech. hist. 1294.* Fumaria tingitana, radice fibrosa perenni, flore albo flavescente, siliquis curtis. *Plak. alm. 262. t. 90. f. 2. bona. — Mill. illustr. icon.* M. *Racemi absque bracteis.*

sibirica. 7. F. siliquis ovalibus, caulibus patulis, foliolis oblongis. *Suppl. p. 314* Fumaria tenuifolia, floribus luteis. *Amm. rar. 173. t. 20.*

Capnoides. 8. F. siliquis linearibus tetragonis, caulibus diffusis acutangulis. Fumaria sempervirens et florens, flore albo. *Herm bat.*

enneaphylla. 9. F. fol. triternatis: foliolis cordatis.

officinalis. 10. F. pericarpiis monospermis racemosis, caule diffuso.

capreolata. 11. F. pericarp. monospermis racemosis, fol. scandentibus subcirrhosis. *Fl. dan t. 340. Varietas Fum. officinalis, Ger. At singulare, quod non occurrat in Sveciae agris s. frutetis, ubi F. officinalis frequens.*

spicata. 12. F. pericarp. monospermis spicatis, caule erecto, foliolis filiformibus. Fumaria minor tenuifolia, caulibus procumbentibus et caducis. *Bauh. pin* 194. *β.* Fumaria foliis tenuissimis, floribus albis circa monspelium. *Bauh pin. 143.*

claviculata 13. F. siliq. linearibus, fol. cirrhiferis. *Cirrhus foliorum terminalis.*

vesicaria. 14. F. siliq. globosis acutis inflatis, fol. cirrhosis.

OCTANDRIA.

851. POLYGALA. *Cal.* 5-phyllus: foliolis duobus alaeformibus, coloratis. *Legumen* obcordatum, biloculare.
986.

* *Cristati (flor. appendice penicilliformi.)*

incarnata. 1. P. floribus cristatis spicatis, caule herbaceo ramoso erecto, foliis alternis subulatis.

aspalatha. 2. P. flor. cristatis capitatis, caul. simplicissimis, fol. setaceis sparsis. *Mant. 99.*

brasi-

braſilienſis. 3. P. flor. criſtatis ſubſpicatis, caul. ſimpliciſſimis, fol. lanceolatis ſparſis. *Mant. 99.*

trichoſperma. 4. P. flor. criſtatis ſpicatis, caulibus virgatis ſtriatis, fol. linearibus. *Jacq. Syſt. nat. 3. p. 232. Mant. 259.* Polygala floribus ſubcriſtatis ſpicatis, foliis ſubulatis ſparſis, ſeminibus ariſtis circumvallatis. *Jacq. obſ. 3. p. 16. t. 67.*

amara. 5. P. flor. criſtatis racemoſis, caulib. erectiuſculis, fol. radicalibus obovatis majoribus. — *Jacq. Fl. auſtr. v. 5. t. 412.* M. *Amaritie mox diſtinguitur a vulgari ſimili.*

vulgaris. 6. P. flor. criſtatis racemoſis, caul. herbaceis ſimplicibus procumbentibus, fol. lineari-lanceolatis. *Fl. dan. t. 516.*

major. 7. P. flor. criſtatis racemoſis, caul. herbaceis ſimplicibus ſuberectis, fol. lineari-lanceolatis. *Jacq. in Litt. Fl. auſtr. v. 5. t. 413. Vulgari valde ſimilis.* M.

monſpeliaca. 8. P. flor. criſtatis racemoſis, caule erecto, fol. lanceolato-linearibus acutis. *Varietas P. vulgaris ſec. Gerardum.*

paniculata. 9. P. flor. criſtatis, racemis nudis, caul. herbaceis erectis ſuperne ramoſis, fol. linearibus.

ſibirica. 10. P. flor. criſtatis, racemo laterali nudo, caul. herbaceis, fol. lanceolatis. *Gmel. ſib. 4. p. 64. t. 32.*

bracteolata. 11. P. flor. criſtatis racemoſis, bracteis triphyllis, fol. lineari-lanceolatis, caule fruticoſo. *Berg. cap. 182. Buxb. cent. 3. p. 41. t. 71.*

umbellata. 12. P. flor. criſtatis ſubumbellatis, fol. linearibus ſubciliatis. *Mant. 259.*

myrtifolia. 13. P. flor. criſtatis carina lunulata, caule fruticoſo, fol. laevibus oblongis obtuſis. — *Mill. illuſtr. ic.* M.

oppoſitifolia. 14. P. flor. criſtatis, caule fruticoſo, fol. oppoſitis ovatis acutis. *Mant. 259. Folia Penaeae.*

ſpinoſa. 15. P. flor. criſtatis lateralibus, caule ſpinoſo fruticoſo: fol. ovalibus mucronatis. *Mant. 437. Fructus bacca eſculenta.*

teretifolia. 16. P. flor. criſtatis lateralibus, caule fruticoſo ramoſo, fol. filiformibus falcatis. *Suppl. p. 316.*

** *Imberbes (flores absque penicillo carinati) frutescentes.*

theezans. 17. P. flor. imberbibus, pedunculis unifloris, caule fruticoso, fol. alternis lanceolatis. *Mant 260. Burm. ind. 154.* Polygala frutescens, lavendulae folio viridi, flore coeruleo. *Burm. zeyl. 195. t. 85. Caulis inferne albus, ut in Betula.*

trinervia. 18. P. flor. imberbibus, pedunc. unifloris, caule fruticoso angulato, fol. alternis cordatis cuspidatis trinerviis. *Suppl. p.* 315.

Penaea. 19. P. flor. imberbibus lateralibus solitariis, caule arboreo: fol. obtusis petiolatis.

diversifolia. 20. P. flor. imberbibus racemosis, caule arboreo, fol. senioribus oblongo-ovatis; recentibus subovatis.

microphylla. 21. P. flor. imberbibus racemosis, caul. fruticosis, fol. minutissimis ellipticis.

aestuans. 22. P. flor. imberbibus racemosis, caule fruticoso, fol. lanceolatis petiolatis. *Suppl. p. 315.*

chinensis. 23. P. flor. imberbibus spicatis axillaribus, caul. suffruticosis, fol. ovalibus.

Chamaebuxus. 24. P. flor. imberbibus sparsis: carina apice subrotundo, caule fruticoso, fol. lanceolatis. — *Jacq. Fl. austr. v. 3. t. 233.* M. *Caules diffusi.*

alopecuroides. 25. P. flor. imberbibus sessilibus, fol. confertis ovatis acutis carinatis pilosis. *Mant. 263. Calyx P. Heisteriae. Rami alopecuroidei.*

mixta. 26. P. flor. imberbibus sessilibus, caule fruticoso, fol. teretibus mucronatis confertissimis. *Suppl. p.* 316.

squarrosa. 27. P. flor. imberbibus, caule fruticoso, fol. aggregatis lanceolatis patulis. *Suppl. p. 315.*

Heisteria. 28. P. flor. imberbibus lateralibus, caule arborescente, fol. triquetris mucronato spinosis. Heisteria pungens. *Berg. cap.* 185. Thymbra africana, foliis spinosis. *Barth. act. 1673. p. 57.*

stipulacea. 29. P. flor. imberbibus lateralibus, caule suffruticoso, foliis ternis linearibus acutis. *Mant. 260. Burm. prodr. 20* Heisteria mitior. *Berg. cap. 187.* Spartium africanum frutescens, ericae folio. *Comm. hort. 2. p. 193. t. 97.* Suffrutex ericae forma, flore ruberrimo. *Seb. mus. 2. p. 63. t. 62. f. 2. Folia P. Heisteriae.*

*** *Im-*

*** *Imberbes: herbaceae, caule ſimpliciſſimo.*

Senega. 30. P. flor. imberbibus ſpicatis, caule erecto herbaceo ſimpliciſſimo, fol. lato-lanceolatis.

lutea. 31. P. flor. imberbibus oblongo-capitatis, caule erecto herbaceo ſimpliciſſimo, fol. lanceolatis acutis.

virideſcens. 32. P. flor. imberbibus globoſo-capitatis, caule erecto herbaceo ſimpliciſſimo, fol. lanceolatis obtuſiuſculis.

triflora. 33. P. flor. imberbibus, pedunculis ſubtrifloris, caule herbaceo erecto, fol. linearibus alternis.

glaucoides. 34. P. flor. imberbibus, pedunculis multifloris lateralibus, caulibus diffuſis herbaceis, fol. acutis.

**** *Imberbes: herbaceae, ramoſae.*

ciliata. 25. P. flor. imberbibus, capſ. ciliato-dentatis, caule herbaceo erecto.

ſanguinea. 36. P. flor. imberbibus, pedunc. ſquarroſis, caule herbaceo ramoſo erecto.

verticillata. 37. P. flor. imberbibus ſpatio remotis, fol. linearibus verticillatis, caule herbaceo ramoſo. *Caulis tenuis.*

crutiata. 38. P. flor. imberbibus, fol. quaternis. *Capitulum viridi-rufeſcens.*

852. SECURIDACA. *Cal.* 3-phyllus. *Cor.* papilionacea: vexillo diphyllo intra alas.
992. *Legumen* ovatum, uniloculare, monoſpermum, deſinens in alam ligulatam.

erecta. 1. S. caule erecto. *Jacq. amer.* 197. *t.* 183. *f.* 93. – *Ed.* 2. *pict. p.* 97. *t.* 261. *f.* 56. *quoad fructif.* M.

volubilis. 2. S. caul. ſcandente. Securidaca foliis oblongis, ſpicis ramoſis. *Brown. jam.* 241. Securidaca ſcandens. *Jacq. amer p.* 97. *t.* 186. M. *Ramuli juniores in cirrhos mutantur.*

1416. DALBERGIA. *Staminum Filamenta* 2, apice 4-fida. *Fruct.* pedicellatus, non dehiſcens, leguminoſus, membranaceo-compreſſus, ſeminiferus. *Suppl. p. 52.*

Lanceolaria. 1. D. foliis pinnatis: foliolis ellipticis ſubtus piloſis, fructibus lanceolatis. *Suppl. p. 316.*

Monetaria. 2. D. fol. ternatis: foliolis glabris ovatis, fructibus ovalibus aveniis. *Suppl. p. 317.*

DECANDRIA.

853. NISSOLIA. *Cal.* 5-dentatus. *Capſ.* monoſperma, 992. deſinens ala ligulata.

arborea. 1. N. caule arboreo erecto. — *Jacq. amer pict. p. 198. t. 261. f. 60.* M. *Rami reclinati. Folia quino-pinnata. Jacq.*

fruticoſa. 2. N. caul. fruticoſo volubili. — *Jacq. hort. v. 2. t. 167. Amer. pict. p. 97. t. 187.* M.

1286. ABRUS. *Cal.* obſolete quadrilobus: lobo ſuperiore latiore. *Filamenta* 9, baſi infima connata, dorſo hiantia. *Stigma* obtuſum. *Sem.* ſphaerica.

precatorius. 1. Abrus. Glycine foliis abrupto-pinnatis: pinnis numeroſis obtuſis. *Sp. pl. 1025. Variat ſeminibus ſanguineis et albis. Statura et ipſa facies diſtincti generis plantam eſſe ſuadent, quibus accedunt Semina pulcherrima, maxime deleteria.*

854. PTEROCARPUS. *Cal.* 5-dentatus. *Capſ.* falcata, 1662. foliacea, varicoſa. *Sem.* aliquot ſolitaria.

Draco. 1. P. foliis pinnatis. — *Jacq. amer. p. 98. t. 264. f. 91. quoad folium.* M. *Forte orientalis et occidentalis diſtinctae ſpecies. Confer Plum. ic. 246. f. 1. 2.*

lunatus. 2. P. fol. pinnatis, ſpinis ſtipularibus, fructibus lunatis. *Suppl. p. 317.*

ſantalinus. 3. P. fol. ternatis ſubrotundis retuſis glaberrimis, petalis crenatis undulatis. *Suppl. p. 318. Verum Santalum rubrum erogat, ſuccus ſpeciem ſanguinis Draconis fundit.*

Ecaſtaphyllum. 4. P. fol. ſimplicibus ovatis acuminatis ſubtus ſericeis. Hedyſarum Ecaſtaphyllum. *Sp. plant.* 1052. Ecaſtaphyllum fruteſcens reclinatum. *Brown. jam. 299. t. 32. f. 1. Staminum Filamenta diviſa in 2 corpora aequalia lateralia ſingulis, obſervante Browneo et Bergio in act. holm. 1769. p. 116. t. 4.*

buxifolius. 5. P. fol. ſimplicibus aggregatis obovatis aveniis. *Plum. ic. 243. t. 246. f. 1. — Nomen triviale ex ſynonymo Sloanei petii.* M.

855. ERYTHRINA. *Cal.* 2-lobatus: $\frac{1}{1}$. *Cor.* vexillum
992. longiſſimum, lanceolatum.

herbacea. 1. E. foliis ternatis, caulibus ſimpliciſſimis fruticoſo-annuis. *Mant. 438. Trew. ehret. t. 58. Stamen decimum diſtinctum.*

Corollodendrum. 2. E. fol. ternatis inermibus, caule arboreo aculeato. *Folia circa meridiem connivendo obdormiunt.* — Var. β orientalis: *Murr. in comm. gott. 1777. p. 35. t. 1.* M.

picta. 3. E. fol. ternatis aculeatis, caule arboreo aculeato.

criſta galli. 4. E. fol. ternatis: petiolis ſubaculeatis glanduloſis, caule arboreo inermi. *Mant. 99.* Erythrina laurifolia. *Jacq. obſ. 3. p. 1. t. 51.*

planiſiliqua. 5. E. fol. ſimplicibus oblongis.

856. PISCIDIA. *Stigma* acutum. *Legumen* quadrifa-
993. riam alatum.

Erythrina. 1. P. foliolis ovatis. — *Jacq. amer. pict. p. 103.* M. *Piſces inebriat. Jacq.*

carthagenenſis. 2. P. foliolis obovatis. — *Jacq. l. c.* M. *An Varietas prioris?*

857. BORBONIA. *Stigma* emarginatum. *Cal.* acumina-
993. to-ſpinoſus. *Legum.* mucronatum.

ericifolia. 1. B. foliis ſublinearibus acutis villoſis, capitulis terminalibus.

lae-

laevigata. 2. B. fol. lanceolatis enerviis glabris, involucris calycibusque hirtis. *Mant. 100.*

trinervia. 3. B. fol. lanceolatis trinerviis integerrimis. *Berg. cap. 188.*

lanceolata. 4. B. fol. lanceolatis multinerviis integerrimis.

cordata. 5. B. fol. cordatis multinerviis integerrimis. *Mant. 488.*

crenata. 6. B. fol. cordatis multinerviis denticulatis.

858. SPARTIUM. 995. *Stigma* longitudinale, ſupra villoſum. *Filamenta* germini adharentia. *Cal.* deorſum productus.

* *Foliis ſimplicibus.*

contaminatum. 1. S. ramis teretibus, foliis alternis filiformibus baſi contaminatis. *Mant. 268.* Geniſta afr. fruteſcens, foliis linariae anguſtioribus glaucis, flore luteo. *Raj. dendr. 104.*

ſepiarium. 2. S. ramis ſcabris, fol. ſuperioribus confertis filiformibus. Spartium foliis ſparſis filiformibus longiſſimis approximatis. *Berg. cap. 196.* Spartium capenſe luteum, foliis capillaceis. *Pet. gaz. t. 83. f. 3.* Geniſta afr. foliis linariae anguſtiſſimis glaucis, floribus ſpicatis luteis. *Raj. dendr. 105.* Lathyroides, linariae folio, aethiopicus. *Pluk. mant. 114. t. 424. f. 1.*

junceum. 3. S. ramis oppoſitis teretibus apice floriferis, fol. lanceolatis.

monoſpermum. 4. S. ramis ſtriatis, racemis lateralibus, fol. lanceolatis. (*Excluſo Renealmo et altero C. B.*) *Flores albi.*

minima. 6. C. suffruticosa procumbens, foliol. novenis ovatis, stipula oppositifolia emarginata, legum. angulatis nodosis. *Mant* 444. — *Jacq. Fl. austr v.* 3 *t.* 271. M. *Foliola infima loco stipularum, ut in C. coronata, sed haec non frutex, vix suffrutex dicenda; magnitudine Loti corniculatae.*

argentea. 7. C. fruticosa, foliol. undenis sericeis: extimo majore.

Securidaca. 8. C. herbacea, legum. falcato-gladiatis, foliol. plurimis. *Dosmit Foliolis supra petiolum conniventibus, versusque petioli basin flexis.*

varia. 9. C. herbacea, legum. erectis teretibus torosis numerosis, foliol. plurimis glabris. *Foliola in petiolo communi infima cauli, uti stipulae, approximata saepius sunt, quemadmodum in C. coronata, aut C. minima. Caules prostrati. Pedunculi longitudine foliorum.*

cretica. 10. C. herbacea, legum. quinis erectis teretibus articulatis, foliol. undenis. *Mant.* 445. *Jacq. hort. t* 25.

scandens. 11. C. caule scandente flaccido.

884. ORNITHOPUS. *Legumen* articulatum, teres, arcuatum.
1049.

perpusillus. 1. O. foliis pinnatis, leguminibus incurvatis. *Pl. glabra, procumbens.* — *Fl. dan. t.* 730. M. *Folia petiolata. Pedunculi longitudine foliorum. Flores* 3 *s.* 4 *lutei vexillo rubro reticulato.*

compressus. 2. O. fol. pinnatis, legum. recurvatis compressis rugosis, bractea pinnata. *Pl. tomentosa. Folia sessilia. Pedunculi folio breviores: Bractea pinnata. Flores saepius* 2 *flavi. Legumina recurva.*

scorpioides. 3. O. fol. ternatis subsessilibus: impari maximo. Scorpioides. *Riv. tetr.* 210. *Pl. erecta. Pedunculi aphylli, subquadriflori.*

4-phyllus. 4. O. fol. quaternis, flor. solitariis.

885. HIPPOCREPIS. *Legumen* compressum, altera sutura pluries emarginatum, curvum.
1049.

unisiliquosa. 1. H. leguminibus sessilibus solitariis rectis.

multi-

multisiliquosa. 2. H. legum. pedunculatis confertis circularibus: margine altero lobatis.

comosa. 3. H. legum. pedunculatis confertis arcuatis: margine exteriore repandis. *Mant.* 445. 4.

balearica. 4. H. legum. pedunculatis confertis subarcuatis lanceolato-oblongis margine exteriore repandis. *Jacq. in Litt. Misc. v. 2. p* 305. *Icon. rar. t.* 5. *H. comosae tam similis, ut vix limites inveniam.* M.

886. SCORPIURUS. *Legumen* isthmis interceptum, revolutum, teres.
1050.

vermiculata. 1. S. pedunculis unifloris, leguminibus tectis undique squamis obtusis. *Riv. tetr* 210.

muricata. 2. S. pedunc. bifloris, legum. extrorsum obtuse aculeatis.

sulcata. 3. S. pedunc. subbifloris, legum. extrorsum spinis distinctis acutis.

subvillosa. 4. S. pedunc. subquadrifloris, legum. extrorsum spinis confertis acutis.

888. ÆSCHYNOMENE. *Cal.* bilabiatus. *Legum.* articulis truncatis, monospermis.
1060.

grandiflora. 1. Æ. caule arboreo, floribus maximis, leguminibus filiformibus.

arborea. 2. Æ. caule arboreo laevi, legum. articulis semicordatis glabris.

coccinea. 3. Æ. caul. arboreo, fol. pinnatis: foliolis numerosis linearibus obtusis pulverulentis, legum. compressis aequalibus. *Suppl. p.* 330.

aspera. 4. Æ. caule herbaceo scabro, legum. articulis medio scabris.

americana. 5. Æ. caule herbaceo hispido, legum. articulis semicordatis, foliol. acuminatis, bracteis ciliatis. *Act. petr.* 1763. *p.* 321. *t.* 12.

indica. 6. Æ. caule herbaceo laevi, legum. laevibus hinc torosis obtusis, foliol. obtusis.

Sesban. 7. Æ. caule herbaceo laevi, legum. cylindricis aequalibus, foliol. obtusis. Emerus siliquis 2 longissimis. *Burm. Zeyl.* 93. *t.* 41.

pumi-

pumila. 8. Æ. caule herbaceo laevi, legum. hinc ſerratis medio ſcabris, foliol. acuminatis.

887. HEDYSARUM. *Cor.* carina transverſe obtuſa. *Legumen* articulis 1-ſpermis.
1051.

* *Foliis ſimplicibus.*

Alhagi. 1. H. fol. ſimplicibus lanceolatis obtuſis, caule fruticoſo ſpinoſo.

bupleurifolium. 2. H. foliis ſimplicibus lanceolatis acutis, caule inermi, ſtipulis ſcarioſis. *Legumina laevia, articulata, aequalia, erecta. Variat Foliis lanceolatis et cordato-oblongis.*

linifolium. 3. H. fol. ſimplicibus linearibus canis, caule proſtrato, leguminibus globoſis. *Suppl. p.* 331.

nummularifolium. 4. H. fol. ſimplicibus cuneiformibus. *Burm. ind.* 64.

moniliferum 5. H. fol. ſimplicibus orbiculatis, legum. moniliformibus globoſo-articulatis. *Mant.* 102.

ſtyracifolium. 6. H. fol. ſimplicibus cordato-orbiculatis retuſis ſupra glabris, ſubtus tomentoſis.

reniforme. 7. H. fol. ſimplicibus reniformibus, caule tereti. *Burm. ind. t.* 52. *f.* 1. *Legumina laevia articulata articulis plurimis.*

ſororium. 8. H. fol. ſimplicibus reniformibus emarginatis, caule triquetro. *Mant.* 270. Glycine *monophyllos* caule volubili, floribus paniculatis linearibus. *Burm. ind.* 161. *t.* 50. *f.* 2. Lens maderaſp. nummulariae folio. *Pet. gaz. t.* 32. *f.* 1. *Simile H. reniformi. Legumina articulis* 2. *Folia maculata. Caulis ſarmentoſus.*

veſpertilionis. 9. H. fol. ſimplicibus lunatis: lobis retrofalcatis, racemo terminali, leguminibus retrofractis in calyce inflato incluſis. *Suppl. p.* 331.

gangeticum. 10. H. fol. ſimplicibus ovatis acutis ſtipulatis. *Folia palmaria, oblongo-ovata. Caulis ſuffruticoſus, inclinatus, ramoſus. Legumina articulata, ſerrata. Flores minuti, luteoli. Affinis H. ſtyracifolio, ſed majus.*

maculatum. 11. H. fol. ſimplicibus ovatis obtuſis. *Folia maculata.*

latebroſum. 12. H. fol. ſimplicibus ovatis ſerrulatis, legum. occultatis bractea fornicata ſupina ſcarioſa. *Mant.*

Mant. 270. Lens maderaſp. elatines folio. *Pet. gaz. t. 30. f. 11.*

vaginale. 13. H. fol. ſimplicibus cordato-lanceolatis, petiol. ſimplicibus, ſtip. vaginalibus. *Affine H. bupleurifolio. Variat foliis lanceolatis.*

imbricatum. 14. H. fol. ſimplicibus cordatis ſeſſilibus ſtipulatis: ſuperioribus imbricatis floriferis. *Suppl. p. 331.*

triquetrum. 15. H. fol. ſimplicibus oblongis, petiol. alatis, ramis triquetris. *Burm. ind. t. 49. f. 2. Legumina articulata, non ſerrata.*

ſtrobiliferum. 16. H. fol. ſimplicibus, bracteis ſtrobilorum inflatis cordatis obtuſis.

** *Foliis conjugatis.*

diphyllum. 17. H. fol. binatis petiolatis, bracteis geminis ovatis acutis ſeſſilibus. *Legumina occultata inter bracteas.*

*** *Foliis ternatis.*

pulchellum. 18. H. fol. ternatis, bracteis geminis conjugatis orbiculatis lineatis. *Legumina occultata inter bracteas orbiculares*

ſpartium. 19. H. fol. ternatis ſimplicibusque ſubtomentoſis, caule dichotomo, flor. geminis, legum. articulatis hiſpidis. *Burm. ind. 166. t. 51. f. 2.* †

lineatum. 20. H. fol. ternatis oblongis lineatis, racem. axillaribus pendulis. *Burm. ind. t. 53. f. 1. Legumina monoſperma.*

retroflexum. 21. H. fol. ternatis, racemis erectis, legum. pendulis multiarticulatis. *Mant. 103. Simillimum H. lineato, ſed Legumina multi-articulata.*

umbellatum. 22. H. fol. ternatis pedunc. umbelliferis, caule fruticoſo. *Umbellae foliis breviores, axillares.*

biarticulatum. 23. H. fol. ternatis, caule ſuffruticoſo, legum. biarticulatis.

heterocarpon. 24. H. fol. ternatis, flor. paniculato-ſpicatis, legum. articulatis: infimo monoſpermo, ſtipulis ſetaceis.

viſcidum. 25. H. fol. ternatis, legum. mambranaceis laevibus integris, caule ramisque hiſpidis.

canadenſe. 26. H. fol. ſimplicibus ternatisque, caule laevi, flor. racemoſis. *Planta erecta fere laevis. Foliola lanceolata. Stipulae ſubulatae. Caulis ſtriato-angulatus.*

caneſcens. 27. H. fol. ternatis ſubtus ſcabris, caule hiſpido, flor. racemoſis conjugatis. *Simillima H. canadenſi. Planta erecta, piloſa. Foliola ovata. Stipulae ſubulatae.*

marilandicum. 28. H. fol. ternatis: foliol. ſubrotundis, caule fruteſcente ramoſiſſimo, legum. articulatis laevibus.

fruteſcens. 29. H. fol. ternatis ſubovatis ſubtus villoſis, caule fruteſcente. — *Jacq. hort. v.* 3. *t.* 89. M.

viridiflorum. 30. H. fol. ternatis acutiuſculis, caule erecto, racem. longiſſimis erectis. Onobrychis americana, floribus ſpicatis, foliis ternis caneſcentibus, filiquis aſperis. *Pluk. alm.* 276. *t.* 308. *fig.* 5. *Burm.*

hirtum. 31. H. fol. ternatis ovalibus, caule fruticoſo, ſpicis oblongis, calyc. fructibus hirſutis monoſpermis. *In hortis floret primo anno floribus mutilatis, tamen frugiferum; altero anno profert corollas albas.*

junceum. 32. H. fol. ternatis lanceolatis, leguminibus uniarticulatis rhombeis, pedunculis ſubumbellatis lateralibus. Hedyſarum triphyllum, floſculis albis, polyanthos. *Amm. ruth.* 154. Cytiſus ſaxatilis, meliloti folio ad caulem appreſſo, floribus in foliorum alis *Amm. ruth.* 281. *Simile H. violaceo. Umbellae foliis breviores. Legumina monoſperma. Flores albi.*

violaceum. 33. H. fol. ternatis ovatis, flor. geminatis, legum. nudis venoſis articulatis rhombeis.

paniculatum. 34. H. fol. ternatis lineari lanceolatis, flor. paniculatis, legum. rhombeis. *Flores purpurei.*

nudiflorum. 35. H. fol. ternatis, ſcapo florifero nudo, caule folioſo angulato. *Flores purpurei.*

repens. 36. H. fol. ternatis obcordatis, caulib. procumbentibus, racem. lateralibus. *Flores variegati albo et rubro.*

hamatum. 37. H. fol. ternatis nervoſis nudis, ſpicis ſeſſilibus, legum. diſpermis obtectis acumine uncinatis.

triflorum. 38. H. fol. ternatis obcordatis, caul. procumbentibus, pedunc. unifloris ternis.

barbatum. 39. H. fol. ternatis, racem. oblongis ſubramoſis, legum. inflexis, cal. piloſis.

lagopodioides. 40. H. fol. ternatis, racem. oblongis, legum. inflexis, cal. hirſutis. *Burm. ind.* 68. *t.* 53. *f.* 2. *Affinis*

finis H. barbaro. Commune huic cum barbaro, quod quivis pedicellus defloratus inflectatur armatus calycis laciniis 3 majoribus piloſis reflexis, ſic occultans Legumen laeve, 3-ſ. 4-articulatum.

microphyllum. 41. H. fol. ternatis ovatis villoſis, caule fruteſcente erecto glabro, flor. terminalibus paniculatis. *Thunb. japon. mſpt.* M.

racemoſum. 42. H. fol. ternatis oblongis ſtipulatis glabris, caule fruteſcente erecto; racemis axillaribus erectis longiſſimis, leguminibus glabris. *Thunb. l. c.* M.

caudatum. 43. H. fol. ternatis oblongis glabris, caule herbaceo, panicula terminali, leguminibus tomentoſis. *Thunb. l. c.* M.

tomentoſum. 44. H. fol. ternatis ſubtus tomentoſis, caule angulato tomentoſo, racemis axillaribus. *Thunb. l. c.* M.

ſericeum. 45. H. fol. ternatis emarginatis villoſis, caule fruteſcente erecto, flor. axillaribus ſolitariis. *Thunb. l. c.* M.

virgatum. 46. H. fol. ternatis obtuſis cum acumine, caule angulato piloſo, pedunculis capillaribus trifloris. *Thunb. l. c.* M.

piloſum. 47. H. fol. ternatis ovatis acuminatis, caule decumbente hirto, racemis axillaribus. *Thunb. l. c.* M.

ſtriatum. 48. H. fol. ternatis oblongis ſtipulatis, caule herbabaceo, flor. axillaribus ſolitariis. *Thunb. l. c.* M.

volubile. 49. H. fol. ternatis ovato-oblongis, caule volubili.

gyrans. 50. H. fol. ternatis. . . . . *Suppl. p.* 332. *Miraculoſa planta motu ſuo quaſi arbitrario* — Cfr. *Pohl in Samml. z. Phyſ. u. Naturg. P. 4. p. 477.* M.

**** *Foliis pinnatis.*

argentatum. 51. H. fol. pinnatis ſubtus ſericeis lucidis, legum. articulatis, ſcapo aphyllo. *Suppl. p.* 333. Aſtragalus grandiflorus. *Sp. plant. 1071.* Hedyſarum argenteum. *Syſt ed.* 13. *p. 562.* Hedyſarum grandiflorum. *Pall. it. v. 2. p.* 743. *tab. y.*

alpinum. 52. H. fol. pinnatis, legum. articulatis glabris pendulis, caule erecto. *Gmel. ſib.* 4. *p.* 26. *t.* 10. *Caulis rectus. Stipulae breves. Folia 17, ovato-lanceolata.*

obſcurum. 53. H. fol. pinnatis, ſtip. vaginalibus, caule erecto flexuoſo, flor. pendulis. *Mant.* 447. – *Jacq. Fl. auſtr. v.* 2. *t.* 168. M.

coronarium. 54. H. fol. pinnatis, legum. articulatis aculeatis nudis rectis, caule diffuſo.

flexuoſum. 55. H. fol. pinnatis, legum. articulatis aculeatis flexuoſis, caule diffuſo. Hedyſarum ſiliqua undulata. *Riv. tetr.* 213.

humile. 56. H. fol. pinnatis, legum. articulatis aſperis, corollae alis obſoletis, ſpicis hirſutis, caulib. depreſſis. *Mant.* 447. *Radix perennis. Spica pubeſcens.*

ſpinoſiſſimum. 57. H. fol. pinnatis, legum. articulatis aculeatis tomentoſis, caule diffuſo. *Legum. ſaepius articulis* 2, *orbiculatis, aequaliter aculeatis.*

virginicum. 58. H. fol. pinnatis, caule fruticoſo, legum. articulatis glabris pedunculatis erectis.

fruticoſum. 59. H. fol. pinnatis: foliolis alternis oblongis mollibus, ſtipulis ſubulatis, ramis axillaribus leguminum articulis reticulatis. *Suppl. p.* 333. Hedyſarum fruticoſum. *Pall. it. v.*3. *p.*753. *tab. F.*

pumilum. 60. H. fol. pinnatis, caule ſuffruticoſo, corollarum alis vexillo vexilloque carina brevioribus, legum. monoſpermis. *Mant.* 448. *Corollae carina latior longiorque.*

Onobrychis. 61. H. fol. pinnatis, legum. monoſpermis aculeatis, corollarum alis calycem aequantibus, caule elongato. *Jacq. auſtr. t.* 38.

ſaxatile. 62. H. fol. pinnatis, legum. monoſpermis ſulcatis muticis, corollarum alis breviſſimis, ſcapis ſubradicatis. Hedyſarum foliis pinnatis, foliolis linearibus, leguminibus monoſpermis ſulcatis laevibus, petalis inaequalibus. *Ger. prov.* 504. *Corollae alae calyce vix longiores, ſ. vexillo carinaque breviores. Folia linearia.*

Caput galli. 63. H. fol. pinnatis, legum. monoſpermis: criſtae dentibus ſubulatis, alis breviſſimis, caule diffuſo.

Criſta galli. 64. H. fol. pinnatis, legumin. monoſpermis aculeatis: criſtae laciniis lanceolatis denticulatis. Onobrychis ſ. Caput galli minus, fructu maximo inſigniter echinato. *Triumf. obſ.* 65. *Annua. Petala longitudine aequalia.* *cri-*

crinitum. 65. H. fol. pinnatis, racemis longis, leguminib. inflexis, caule fruticoſo. *Mant.* 102. *Affinitas ſumma H. Lagopod. et barbati.*

cornutum. 66. H. fol. pinnatis linearibus, legum. monoſpermis laevibus, caule fruticoſo: pedunculis perſiſtenti ſpinoſis. *Figura refert Onobrychiden 2. Cluſ. hiſt. 2. p. 239.*

incanum. 67. H. fol. pinnatis exſtipulatis ſubtus incanis, caule erecto, flor. racemoſis cernuis. *Thunb. japon. mſpt.* M.

889. INDIGOFERA. 1061. *Cal.* patens. *Corollae* carina utrinque calcari ſubulato patulo! *Legumen* lineare.

ſericea. 1. I. foliis ſimplicibus lanceolatis ſericeis, ſpic. ſeſſilibus, caule fruticoſo. *Mant.* 271.

ovata. 2. I. fol. ſimpl. ovatis, caule herbaceo. *Suppl. p.* 335.

trifoliata. 3. I. fol. ternatis, flor. ſeſſilibus lateralibus. *Legumina linearia, reflexa, tetragona lateribus oppoſitis latioribus.*

pſoraloides. 4. I. fol. ternatis lanceolatis, racem. longiſſimis, legum. cernuis. Indigofera racemoſa, legum. cernuis, racem. elongatis, fol. ternatis. *Syſt. nat.* 496. Cytiſus pſoraloides. *Sp. pl.* 1043. Cytiſus africanus. *Riv. tetr.* 71. *f.* 135. Trifolium aethiopicum ex alis ſpicatum. *Pluk. phyt.* 320. *f.* 3. *Caulis perennans, angulatus a petiolis decurrentibus coſtis* 3, *ſubſcaber. Pedunculus angulatus, foliis longior racemo multifloro; Pedicelli breviſſimi. Bracteae propriae caducae. Calycis dentes ſuperiores magis quam in aliis divaricati. Corollae rubrae: Alae horizontales, conniventes margine ſuperiore; Carina utrinque, in medio, dente ſubulato concavo reflexo. Stamina diadelpha. Antherae luteae. Germen canaliculatum. Stylus purpureus. Stigma obtuſum. Semina multa.*

procumbens. 5. I. fol. ternatis obovatis, caule herbaceo proſtrato, ſpic. pedunculatis. *Mant.* 271.

ſarmentoſa. 6. I. fol. ternatis ovatis ſubſeſſilibus, pedunculis axillaribus ſubbifloris, caule proſtrato filiformi. *Suppl. p.* 334.

denudata. 7. I. fol. ternatis ovatis glabris, racemis pedunculatis folio longioribus, caule fruticoſo erecto. *Suppl. p.* 334.

 mexi-

mexicana. 8. I. fol. ternatis, panicula ramosa in spicas, caule fruticoso. *Suppl. p. 335.*

trita. 9. I. fol. ternatis ovatis acutis, racemis brevibus caule erecto. *Suppl. p. 335.*

filiformis. 10. I. fol. quinatis oblongis villosis, flor. spicatis pedunculatis, pedunculis ramisque filiformibus, caule erecto. *Suppl. p. 334.*

digitata. 11. I. fol. digitatis, racemis pedunculatis, caule fruticoso. *Suppl. p. 335.*

stricta. 12. I. fol. pinnatis glabris oblongis, racemis axillaribus vix pedunculatis, caule fruticoso erecto. *Suppl. p. 334.*

frutescens. 13. I. fol. pinnatis ovatis glabris, racemis axillaribus pedunculatis, caule fruticoso erecto. *Suppl. p. 334.*

enneaphylla. 14. I. fol. pinnatis cuneatis septenis, caul. prostratis, spic. lateralibus. *Mant. 272, 571.* Hedysarum prostratum. *Mant. 102.*

pentaphylla. 15. I. fol. pinnatis ovalibus quinis, caul. prostratis, pedunc. bifloris. *Simillima J. enneaphyllae. Herba depressa, divaricatissima. Foliola quina. Flores rubri. Petioli biflori. Planta duplo major.*

glabra. 16. I. fol. pinnatis ternatisque obovatis, racem. brevissimis, legum. horizontalibus teretibus. *Folia glabra: impari majore.*

cytisoides. 17. I. fol. quinato-pinnatis ternatisque, racem. axillaribus, caule fruticoso. Psoralea cytisoides. *Sp. plant. 1076.*

hirsuta. 18. I. fol. pinnatis hirsuta, caule erecto, flor. spicatis, legum. pendulis lanatis. *Stipulae setaceae, pollicares. Spicae valde hirsutae. Petala caduca.*

angustifolia. 19. I. fol. pinnatis linearibus, racem. elongatis, caule fruticoso. *Mant. 272.*

Anil. 20. I. fol. pinnatis lanceolatis, racem. brevibus, caule suffruticoso. *Mant. 272.*

tinctoria. 21. I. fol. pinnatis obovatis, racem. brevibus, caule suffruticoso.

disperma. 22. I. fol. pinnatis ovalibus, racem. elongatis, legum. dispermis. *Syst. nat. 3. p. 232.*

argentea. 23. I. fol. pinnatis tomentosis obovatis, caule fruticoso. *Mant. 273.* Anil leguminibus arcuatis incanis, racemis folio brevioribus, caule fruti-

fruticoso. *Mill. dict. 1.* Colutea fruticosa argentea, floribus spicatis e viridi-purpureis, siliquis falcatis. *Sloan. jam. 142. hist. 2. p. 37. t. 176. f. 3.*

890. GALEGA. *Cal.* dentibus subulatis, subaequalibus.
1062. *Legumen* striis obliquis, seminibus interjectis.

officinalis. 1. G. leguminibus strictis erectis, foliolis lanceolatis striatis nudis.

cinerea. 2. G. legum. strictis patentibus pedunculatis, racem. oppositifoliis, fol. mucronatis subtus villosis.

littoralis. 3. G. legum. racemosis, tota villoso-tomentosa. Vicia littoralis pedunculis multifloris, foliolis oblongis tomentosis, stipulis integris, leguminibus sublinearibus. *Jacq. amer. 206. t. 124. — Ed. 2. pict. p. 101. t. 192. Habitat in Carthagenae littoribus arenosis marinis.* ♃ *Flores carnei.*

virginiana. 4. G. legum. retrofalcatis compressis villosis spicatis, calyc. lanatis, foliol. ovali-oblongis acuminatis. *Flores 3 s. 4 rubri.*

villosa. 5. G. legum. retrofalcatis villosis pendulis racemosis lateralibus, foliol. glabris lanceolatis.

spinosa. 6. G. legum. solitariis retrofalcatis compressis, stipulis spinescentibus, fol. cuneiformibus canis, caule diffuso. *Suppl. p.* 335.

maxima. 7. G. legum. strictis adscendentibus glabris, stipulis lanceolatis, foliol. oblongis glabris striatis. Vicia foliis glabris venosis oblongis, floribus gemellis. *Burm. zeyl. 228. t. 108. f. 2.*

purpurea. 8. G. legum. strictis adscendentibus glabris racemosis terminalibus, stip. subulatis, foliol. oblongis glabris.

caribaea. 9. G. legum. strictis glabris pendulis racemosis, foliol. glabris mucronatis, caule fruticoso. *Jacq. amer. 212. t. 125. — Ed. 2. pict. p. 101. t. 193.* M. *Habitat in Caribaeis. Racemi foliis longiores.*

coerulea. 10. G. racemis terminalibus multifloris coarctatis, fol. octo ad decemjugis: foliolis ellipticis, caule scabro. *Suppl. p.* 335.

tinctoria. 11. G. ſpic. lateralibus pedunculatis, legum. ſtrictis pendulis, foliol. emarginatis ſubtus villoſis.

ſenticoſa. 12. G. legum. binis lateralibus glabris, foliol. emarginatis ſubtus ſericeis, caule fruticoſo.

891. PHACA. *Legumen* ſemibiloculare.

1064.

baetica. 1. P. cauleſcens erecta piloſa, legum. tereti-cymbiformibus.

alpina. 2. P. caulescens erecta glabra, legum. oblongis inflatis ſubpiloſis. — *Jacq. Icon. plant. rar. Fl. dan. t.* 856. M. Phaca leguminibus pendulis ſemiovatis. *Gmel. ſib.* 4. *p.* 35. *t.* 14. *bona. Sibirica Gmelini et Lapponica noſtra omnino eadem.* (*Excluſo Tilli ſynonymo.*)

ſalſula. 3. P. caulescens erecta, caneſcens, fol. pinnatis, leguminibus pedunculatis globoſis cernuis. *Suppl. p.* 336. Phaca ſalſula. *Pall. it. vol.* 3. *p.* 747 *tab. B. b. f.* 12.

ſibirica. 4. P. caulescens, foliolis quaternis lanceolatis, obtuſis ſericeis, calyce villoſo: dentibus ſetaceis. *Suppl. p.* 336. Phaca ſibirica. *Syſt. ed.* 13. *p.* 566. Phaca lanata. *Pall. it. vol.* 3. *p.* 746. *tab. A. a. f.* 2.

auſtralis. 5. P. caule ramoſo proſtrato, foliol. lanceolatis florum alis ſemibifidis. *Mant.* 123. *Junior hirſuta, adultior glabra evadit, quaſi diſtincta planta.*

trifoliata. 6. P. fol. ternatis ovalibus obtuſis, legum. ſemiorbiculatis. *Mant.* 270.

veſicaria. 7. P. acaulis, calycibus fructiferis ovalibus inflatis glabris. *Mant.* 123.

proſtrata. 8. P. acaulis, foliolis binatis linearibus ſericeis, ſcapo procumbente, calyce villoſo: dentibus lanceolatis brevibus. *Suppl. p.* 336. Phaca proſtrata. *Pall. it. vol.* 3. *p.* 744. *tab. T. f.* 2.

microphylla. 9. P. acaulis, foliolis binatis ovatis obtuſis villoſis, calyce muricato et piloſo: dentibus undique hiſpidis. *Suppl. p.* 337. Phaca microphylla. *Pall. it. vol.* 3. *p.* 744. *tab. X. f.* 1.

muricata. 10. P. acaulis, foliolis ternis ſ. quaternis lineari-ſubulatis ſubtus muricatis, calyce glabro; dentibus ciliatis. *Suppl. p.* 337. *Pall. it. vol.* 3. *p.* 746. *tab. A. a. f.* 1.

892.

892. ASTRAGALUS. *Legumen* biloculare, gibbum. 1064.

* *Caulibus folioſis erectis; nec proſtratis.*

alopecuroides. 1. A. caulescens, ſpicis cylindricis ſubſeſſilibus, calycibus leguminibusque lanatis.

chriſtianus. 2. A. caulescens erectus, floribus glomeratis ſubſeſſilibus ex omnibus axillis foliaceis.

capitatus. 3. A. caulescens, capitulis globoſis, pedunc. longiſſimis, foliol. emarginatis.

piloſus. 4. A. caulescens erectus piloſus, flor. ſpicatis, legum. ſubulatis piloſis. — *Jacq. Fl. auſtr. v. 1. t. 51.* M

ſulcatus. 5. A. caulescens erectus glaber ſtriatus ſtrictus, foliolis lineari-lanceolatis acutis, legum. triquetris. *Murr.* Aſtragalus ſulcatus. *Spec. pl. p. 1065. Jacq. hort. v. 3. t. 40. Perperam in Syſt. ed. 13. p. 566. praefigitur ſtirpi nomen A. auſtriaci, ſpeciei vere diverſae.* M.

galegiformis. 6. A. caulescens ſtrictus glaber, flor. racemoſis pendulis, legum. triquetris utrinque mucronatis.

chinenſis. 7. A. caulescens ſtrictus glaber, flor. racemoſis pendulis, legum. ovatis inflatis utrinque mucronatis.

Onobrychis. 8. A. caulescens erectus pubeſcens, flor. ſpicatis, vexillis duplo longioribus, ſtipulis ſolitariis. — *Jacq. Fl. auſtr. v. 1. t.* 38. M. Phaca caulescens erecta ſubhirſuta, leguminibus cordato-oblongis inflatis ſubpiloſis. *Willich. obſ. 115. β. 6.* Aſtragalus tenuifolius. *Sp. plant. 1065.*

uliginoſus. 9. A. caulescens erectiuſculus, flor. ſpicatis, legum. erectiuſculis nudis tumidis tereti-depreſſis: mucrone reflexo. *Gmel. Sibir.* 4. *p.* 40. *t. 17. 18. Similis A. Ciceri demtis Leguminibus.*

carolinianus. 10. A. caulescens erectus laevis, pedunc. ſpicatis, legum. ovato-cylindricis ſtylo acuminatis. *Folia ſubtus ſubtomentoſa.*

aſper. 11. A. caulescens ſtrictus laevis ſubaſper, flor. ſpicatis in pedunculis elongatis, legum. oblongis. *Jacq. in. Litt. Miſc. v. 2. p.* 335. *Icon. rar. t.* 33. M.

** *Caulibus foliofis; diffufis.*

canadenſis. 12. A. caulefcens diffufus, legum. fubcylindricis mucronatis, foliol. nudiufculis. *Mant.* 449. *Dodart mem. t.* 65.

Cicer. 13. A. caulefcens proſtratus, legum. fubglobofis inflatis mucronatis pilofis. — *Jacq. Fl. auſtr. v.* 3. *t.* 251. M.

microphyllus. 14. A. caulefcens erecto-patulus, foliolis ovalibus, calyc. tumidiufculis, legum. fubrotundis. Aſtragalus caulibus procumbentibus, pedunculis longioribus, fpicis ovatis glaberrimis. *Gmel. ſib.* 4. *p.* 41. *t.* 19.

glycyphyllos. 15. A. caulefcens proſtratus, legum. fubtriquetris arcuatis, foliol. ovalibus pedunculo longioribus.

hamoſus. 16. A. caulefcens procumbens, legum. fubulatis recurvatis glabris, foliol. obcordatis fubtus villofis. *Mant.* 449. Aſtragalus filiqua curva. *Riv. tetr.* 221. *Flores leucophaei, 4 ſ. 5 in ſpica.*

contortuplicatus. 17. A. caulefcens procumbens, legum. contortuplicatis canaliculatis villofis.

baeticus. 18. A. caulefcens procumbens, fpic. pedunculatis, legum. prifmaticis rectis triquetris apice uncinatis.

Laxmanni. 19. A. caulefcens procumbens, fpicis elongatis: leguminibus oblongis trigonis fulco exaratis mucronatis villofis. *Suppl. p.* 337. Aſtragalus Laxmanni. *Jacq. hort. v.* 3 *p.* 22. *t.* 37.

Stella. 20. A. caulefcens diffufus, capitulis pedunculatis lateralibus, legum. rectis fubulatis mucronatis. Aſtragalus annuus maritimus procumbens latifolius, floribus pediculo infidentibus. *Tournef. inſt.* 416. Aſtragalus hirfutus, corniculis plurimis uno pediculo ſtelliformiter infertis. *Pluk. phyt.* 79. *f.* 4. Glauci leguminofae affinis. *Bauh. prodr.* 150. Stella leguminofa. *Bauh. hiſt.* 2. *p.* 350. *Diſtinguendus ab A. Seſameo Pedunculis elongatis Leguminibusque plurimis.*

ſeſameus. 21. A. caulefcens diffufus, capitul. fubfeffilibus lateralibus, legum. erectis fubulatis acumine reflexis. *Flores minuti, coerulefcentes, axillares, feffiles, calyce non longiores. Legumina ſubterna, erecta, incurva, hiſpida, apice patula.*

auſtra-

auſtriacus. 22. A. cauleſcens proſtratus glaber ſtriatus debilis, foliolis ſublinearibus emarginatis, legum. teretibus. *Murr.* Aſtragalus auſtriacus *Jacq. Fl. vind. p. 263. Fl. auſtr. v. 2. t. 195. Conf. ſupra A. ſulcatus.* M.

leontinus. 23. A. cauleſcens proſtratus, legum. ovatis villoſis. flor. ſpicatis erectis. *Jacq. in Litt. Miſc. v. 2. p. 59. Icon. rar. t. 37.* M.

pentaglottis. 24. A. caulefcens procumbens, legum. capitatis replicatis compreſſis conniventibus criſtatis acumine reflexo. *Mant. 274.* Aſtragalus echinatus. *Murr. Fl. gott. 222.* Aſtragalus hiſpanicus, ſiliqua epiglottidi ſimili, flore purpureo, majore. *Herm. lugdb. 74. t. 75.* Glaux hiſpanica. *Riv. tetr. 223. f. 2. Legumina ſquamoſo-criſtata.*

epiglottis. 25. A. cauleſcens procumbens, legum. capitatis ſeſſilibus cernuis cordatis mucronatis replicatis nudis. *Mant. 274.* Aſtragalus ſiliquis cordatis acutis pendulis, lateribus conniventibus. *Hort. cliff. 362.* Aſtragalus hiſpanicus, ſiliqua epiglottidi ſimili, flore albo, minor. *Herm. lugdb. 76. t. 77.* Glaux minima. *Riv. tetr. 223. f. 1.*

hypoglottis. 26. A. cauleſcens proſtratus, legum. capitatis ovatis replicatis compreſſis piloſis acumine reflexo. *Mant. 474.* Aſtragalus villoſus procumbens, floribus pallide purpureis oblongis. *Raj. ſuppl. 454. Legumina pilis albis mollibus tecta.*

ſyriacus. 27. A. cauleſcens procumbens, capitulis pedunculatis, flor. reflexis, legum. tomentoſis ovato-oblongis. (*Excluſo Moriſono.*)

arenarius. 28. A. ſubcauleſcens procumbens, flor. ſubracemoſis erectis, fol. tomentoſis. — *Fl. dan. t. 614.* M.

Glaux. 29. A. caulefcens diffuſus, capitulis pedunculatis imbricatis ovatis, flor. erectis, legum. ovatis calloſis inflatis.

ſinicus. 30. A. caulefcens proſtratus, umbellis pedunculatis, legum. priſmaticis triquetris erectis apice ſubulatis. *Mant. 103.*

alpinus. 31. A. caulefcens procumbens, flor. pendulis racemoſis, legum. utrinque acutis piloſis. *Fl. dan. t. 51.*

Ammo-

Ammodytes. 32. A. caulefcens, (*addo* M. proſtratus), fuffruticofus, flor. geminis, legum. ovatis didymis lanatis. *Suppl. p. 338.* Aſtragalus Ammodytes. *Pall. it. vol. 2. p. 742. tab. X.*

trimeſtris. 33. A. fubcaulefcens, fcapis fubbifloris, legum. hamatis fubulatis bicarinatis. — *Jacq. hort. v. 2. t. 174.* M. *Caules depreſſi, ad terram rigentes ſpithamaei, rubri pilis appreſſis albis. Folia radicalia inter caules. Caulina bifaria. Foliola emarginata. Flores flavi apice ſubfulvi. Legumina ſubulata, ſubſcabra, recurva, apice ipſam baſin tangente.*

*** *Scapo nudo; absque caule folioſo.*

verticillaris. 34. A. acaulis, foliolis aggregato-femiverticillatis. *Mant. 275.* Aſtragalus pedunculis radicatis, foliol. linearibus, quaternis f. quinis radiatim (caulem) ampleƈtentibus. *Gmel. ſib. 4. p. 63.* Aſtragaloides incana non ramofa, floribus carneis. *Amm. ruth. 149. t. 19. f. 1. et 150. t. 19. f. 2.*

montanus. 35. A. fubacaulis, fcapis folio longioribus, flor. laxe fpicatis ereƈtis, legum. ovatis acumine inflexo. — *Jacq. Fl. auſtr. v. 2. t. 167.* M.

veſicarius. 36. A. acaulis, fcap. folio longioribus, flor. laxe fpicatis, calycibus leguminibusque inflatis hirfutis.

phyſodes. 37. A. acaulis, fcap. folia aequantibus, legum. inflatis fubglobofis nudis. *Flores purpuraſcentes.*

caprinus. 38. A. acaulis fcapo ereƈto, foliol. ciliatis, legum. ovatis tumidis villofis. †

uralenſis. 39. A. acaulis, fcapo ereƈto foliis longiore, legum. fubulatis inflatis villofis ereƈtis.

monſpeſſulanus 40. A. acaulis, fcap. declinatis longitudine foliorum, legum. fubulatis teretibus fubarcuatis glabris. *Mant. 450. Vexillum longiſſimum.*

incanus. 41. A. acaulis, fcap. declinatis, foliol. tomentofis, legum. fubulatis fubarcuatis incanis apice incurvis. *Mant. 450. Ger. prov. 522. Scapi ſcabri. Differt ab A. monſpeſſ. foliis rotundiori-*

Aſtragali legum. curvis: *trimeſtris, monſpeliacus, incanus, hamoſus, contortuplicatus.*

dioribus, incanis, leguminibus rectiuſculis turgidioribus.

campeſtris. 42. A. acaulis, calyc. leguminibusque villoſis, foliol. lanceolatis acutis, ſcapo decumbente.

depreſſus. 43. A. acaulis, ſcapis folio brevioribus, legum. cernuis, foliol. ſubemarginatis nudis.

uncatus. 44. A. acaulis exſcapus, legum. ſubulatis hamatis folio longioribus, foliolis obcordatis. *Similes A. trimeſtri.*

exſcapus. 45. A. acaulis exſcapus, legum. lanatis, fol. villoſis. *Mant.* 275. Aſtragalus perennis ſupinus, foliis et ſiliquis hiſpidis. *Buxb. hal.* 32. Glaux montana acaulon. *Bauh. pin.* 347. *prodr.* 147. *Rupp. jen.* 2. *p.* 270.

**** *Caule lignoſo.*

tragoides. 46. A. ſubacaulis, flor. radicalibus numeroſis ſubſeſſilibus. *Gmel. ſib.* 4. *p.* 52.

Tragacantha. 47. A. caudice arboreſcente, petiolis ſpineſcentibus.

893. BISERRULA. *Legumen* biloculare, planum: diſſepimento contrario.
1073.

Pelecinus. 1. BISERRULA.

894. PSORALEA. *Calyx* punctis calloſis adſperſus, longitudine *Leguminis* 1-ſpermi.
1074.

rotundifolia. 1. P. foliis ſimplicibus ovatis integerrimis, capitulis bracteisque villoſis, *Suppl. p.* 338.

pinnata. 2. P. fol. pinnatis linearibus, flor. axillaribus. *Berg. cap.* 218. *Habitat ad rivulos.*

aculeata. 3. P. fol. ternatis: foliol. cuneiformibus recurvomucronatis, capitulis terminalibus. *Mant.* 450. (*Excluſo Plukenetio.*)

bracteata. 4. P. fol. ternatis obovatis recurvato mucronatis, ſpic. ovatis. *Mant.* 264. *Berg. cap.* 224. Trifolium fruticans. *Sp. plant.* 1085. *Fabr. helm.* 2. *p.* 305. *Comm. hort.* 2. *p.* 211. *t.* 106. *Folia ſeſſilia. Spicae pedunculatae, ſubvilloſae. Corolla violacea: Carina alba antice macula violacea.*

ſpicata. 5. P. foliis ternatis oblongis obtuſis, ſpicis cylindricis. *Amoen.* 264. *Bracteae inter flores lineares. axilla-*

axillaris. 6. P. fol. ternatis: foliolis lanceolatis, pedunculis axillaribus unifloris. *Suppl. p. 338.*

Stachydis. 7. P. fol. ternatis petiolatis: foliolis oblongis mucronatis, fpicis terminalibus interruptis, calycibus villofis. *Suppl. p. 338.*

aphylla. 8. P. fol. nullis, ftipulis mucronatis breviffimis verfus flores fubimbricatis.

tenuifolia. 9. P. fol. inferioribus ternatis: fuperioribus fimplicibus lanceolato-fubulatis. *Mant. 450. In alis Pedunculi laterales conferti capillares, longitudine foliorum. Bracteae in medio pedunculo.*

capitata. 10. P. fol. ternatis fimplicibusque linearibus, capitulo terminali, *Suppl. p. 339.*

hirta. 11. P. fol. ternatis, foliol. obovatis recurvato-mucronatis, flor. ternis feffilibus. *Calyces pubefcentes.*

repens. 12. P. fol. ternatis obovatis emarginatis, caule repente, flor. fubumbellatis. *Mant. 265. Berg. cap. 223.*

bituminofa. 13. P. fol. omnibus ternatis, foliol. lanceolatis, petiolis laevibus, flor. capitatis. *Suffruticofa.*

glandulofa. 14. P. fol. omnibus ternatis: foliol. lanceolatis petiolis fcabris, flor. fpicatis. *Odor Rutae. Caulis fuffruticofus.*

palaeftina. 15. P. fol. omnibus ternatis: foliol. ovatis, petiolis pubefcentibus, flor. capitatis. — *Jacq. hort. v. 2. t. 184.* M. *Folia pilofa. Petioli multis ftriis. Stipulae patulae. Capitula depreffa. Bracteae cinereae. Flores violacei, magni. Caulis herbaceus.* Cfr. *Suppl. p. 339.*

americana. 16. P. fol. ternatis: foliol. ovatis dentato-angulatis, fpic. lateralibus. *Caulis herbaceus.*

tetragonoloba. 17. P. fol. ternatis dentatis, caul. flexuofo, fpicis lateralibus, legum. ftrictis quadrangularibus. *Mant. 104. An Indigoferae fpecies?*

corylifolia. 18. P. fol. fimplicibus ovatis, fubdentatis: fpicis ovatis.

pentaphylla. 19. P. fol. digitato-quinatis: foliol. inaequalibus. *An Ebeni fpecies?*

proftrata. 20. P. fol. fupradecompofitis digitatis linearibus.

Dalea. 21. P. fol. pinnatis, fpicis cylindricis terminalibus.

enneaphylla. 22. P. fol. pinnatis, fpic. axillaribus, *Mant. 450.* — *Jacq. amer. pict. p. 101.* M. *Stamina omnia connata Ebeni. Planta luteo-tinctoria. (Excluso Plukenetio.) A me non vifa.*

lae-

laevigata. 23. P. fol. pinnatis, ftipulis folidis fubacutis minutiffimis. *Suppl. p. 339.*

896. TRIFOLIUM. *Flores* fubcapitati. *Legumen* vix calyce longius, non dehifcens, deciduum.
1077.

* Meliloti, *leguminibus nudis polyfpermis.*

M. coerulea. 1. T. racemis ovatis, leguminibus feminudis mucronatis, caule erecto, fpicis oblongis.

M. indica. 2. T. leguminibus racemofis nudis monofpermis, caule erecto.

meffanenfe. 3. T. leguminibus racemofis nudis monofpermis arcuato-ftriatis femiovatis acutis, caule erecto. *Suppl. p. 339.* Trifolium meffanenfe. *Mant. pl. p. 275.*

M. polonica. 4. T. leguminibus racemofis nudis difpermis lanceolatis, caule erecto.

M. officinalis. 5. T. leguminibus racemofis nudis difpermis rugofis acutis, caule erecto.

M. italica. 6. T. leguminibus racemofis nudis difpermis rugofis obtufis, caule erecto, foliol. integris.

M. cretica. 7. T. leguminibus racemofis nudis difpermis membranaceis, caule erectiufculo.

M. ornithopodioides. 8. T. leguminibus nudis octofpermis fubternis, calyc. duplo longioribus, caulibus declinatis. *Fl. dan. t. 368. Trigonellis affinis.*

** Lotoidea, *leguminibus tectis, polyfpermis.*

Lupinafter. 9. T. capitulis dimidiatis, fol. quinatis feffilibus, leguminibus polyfpermis. Trifolium leguminibus polyfpermis, foliis pluribus. *Gmel. fib. 4. p. 19. t. 6. f. 1.*

reflexum. 10. T. capitulis fructiferis reflexis, leguminibus trifpermis. *Folia mollia. Semina 2. f 3.*

frictum. 11. T. capitulis globofis, leguminibus difpermis, calycibus longitudine corollae, foliol. ferrulatis, ftipulis rhombeis.

hybridum. 12. T. capitulis umbellaribus leguminibus tetrafpermis, caule adfcendente. Trifolium flore albo. *Rivin. tetr. t. 127. f. 2.*

repens.

Trifolii *character, utut genus habitu facillimum, difficillime eruitur. Inflorefcentia ejus varia: racemofa, umbellata, fafciculata, capitata, fpicata.*

repens. 13. T. capitulis umbellaribus, leguminibus tetraſpermis, caule repente.

comoſum. 14. T. capitulis umbellato-globoſis imbricatis, vexillis deflexis perſiſtentibus, leguminibus tetraſpermis.

alpinum. 15. T. capitulis umbellaribus, ſcapo nudo, leguminibus diſpermis pendulis, fol. lineari lanceolatis.

*** Lagopoda, *calycibus villoſis.*

ſubterraneum. 16. T. capitulis villoſis quinquefloris, coma centrali reflexa rigida fructum obvolvente. *Fructus capitula globoſa terram penetrantia.*

globoſum. 17. T. capitulis villoſis globoſis, calycibus ſuperioribus floſculo deſtitutis.

cherleri. 18. T. capitulis villoſis globoſis terminalibus ſolitariis, calycibus omnibus fertilibus, caul. procumbentibus, fol. obcordatis. *Mant. 451.* Trifolium capitulis globoſis villoſis, ſtipulis floralibus dilatatis cordatis, caulibus procumbentibus. *Ger. prov. 509. Calyces toti piloſi.*

lappaceum. 19. T. ſpicis ſubovatis, calycinis dentibus ſetaceis hiſpidis, caule patulo, fol. ovatis. *Calyx laevis dentibus abſoluto flore rigeſcentibus.*

rubens. 20. T. ſpicis villoſis longis, corollis monopetalis, caule erecto, fol. ſerrulatis. — *Jacq. Fl. auſtr. v. 4. t. 385.* M. *Dens calycis infimus longitudine corollae.*

pratenſe. 21. T. ſpicis globoſis ſubvilloſis cinctis ſtipulis oppoſitis membranaceis, corollis monopetalis.

alpeſtre. 22. T. ſpic. ſubgloboſis villoſis terminalibus, caule erecto, fol. lanceolatis ſerrulatis. — *Fl. dan. t. 662. Jacq. Fl. auſtr. v. 5. t. 433.* M. *Simillimum T. pratenſi, herba T. montani: diſtinguitur a T. pratenſi, quod hoc alpeſtre capitulis terminalibus 2, illud 1; hoc ſtipulis viridibus, illud ſcarioſis venis rubris; hoc ſtipulis ultimis utrinque lanceolatis, illud ſubovatis. — Ab hoc ſeparat Jacquinus Trifolium* flexuoſum *ſuum in Fl. auſtr. v. 4. t. 386. ob flexuoſum caulem ita denominatum.* M.

pannonicum. 23. T. ſpicis villoſis longis, corollis monopetalis, foliis integerrimis cauleque erecto villoſiſſimis. *Jacq. obſ. 2. p. 21. t. 42. Mant. 276.*

ſquarro-

squarrosum. 24. T. spicis oblongis subpilosis, calycum infimo dente longissimo reflexo, caule herbaceo erecto. *Variat foliis ovalibus et lanceolatis.*

incarnatum. 25. T. spic. villosis oblongis obtusis aphyllis, foliol. subrotundis crenatis. *Foliola crenata. Calyx dentibus subaequalibus, hirsutis.*

ochroleucum. 26. T. spicis villosis, caule erecto pubescente, foliolis infimis obcordatis. *Syst. nat. 3. p. 233. — Jacq. Fl. austr. v. 1. t. 40.* M. Trifolium pratense purpureum minus, foliis cordatis. *Raj. angl. 3. p. 328. t. 13. f. 1. Hall. act. helv. 6. p. 97.*

angustifolium. 27. T. spic. villosis conico-oblongis, dentibus calycinis setaceis subaequalibus, foliol. linearibus. *Calycis dentes recti.*

arvense. 28. T. spic. villosis ovalibus, dentibus calycinis setaceis villosis aequalibus. *Alae intus macula sanguinea. — Fl. dan. t. 724.* M.

stellatum. 29. T. spic. pilosis ovatis, calyc. patentibus, caule diffuso, foliol. obcordatis. *Spicae ovatae. Calyx aequalis extus pilosus.*

clypeatum. 30. T. spic. ovatis, calyc. patulis: lacinia infima maxima lanceolata, foliol. ovatis.

scabrum. 31. T. capitul. sessilibus lateralibus ovatis, calyc. laciniis inaequalibus rigidis recurvis.

glomeratum. 32. T. capit. sessilibus hemisphaericis rigidis, calyc. striatis patulis aequalibus. *Murr. Fl. gott. 175. Calyces 10-striati, nudi.*

striatum. 33. T. capit. sessilibus sublateralibus ovatis, calyc. striatis rotundatis. *Calyces 10-striati, extus toti pilosi.*

alexandrinum. 34. T. capit. oblongis pedunculatis, caule erecto, foliis oppositis. *Capitula ovata. Calycis lacinia infima paulo longior.*

uniflorum. 35. T. acaule, pedunc. trifidis subtriflorisque stipula brevioribus. *Folia denticulata. Pedicelli longi Floribus remotis. Calyces longius tubulosi, 10-striati, aequales.*

**** Vesicaria, *calycibus inflatis ventricosis.*

spumosum. 36. T. spicis ovatis, calyc. inflatis glabris quinquedentatis, involucr. universalibus pentaphyllis. *Corollae rubrae.*

resupinatum. 37. T. spicis subovatis, coroll. supinatis, calyc. inflatis dorso gibbis, caul. prostratis.

tomentosum. 38. T. spicis sessilibus globosis tomentosis, calyc. inflatis obtusis. Trifolium capitulis sessilibus axillaribus tomentosis, calycibus inflatis, fol. glabris, caulibus decumbentibus. *Ger. prov* 510.

fragiferum. 39. T. spicis subrotundis, calyc. inflatis bidentatis reflexis, caul. repentibus.

***** Lupulina, *vexillis corollae inflexis.*

montanum. 40. T. spicis subimbricatis subtribus, vexillis subulatis emarcescentibus, calyc. nudis, caul. erecto. *Capitulum est vere Racemus coarctatus bracteis subulatis minimis interstinctis.*

agrarium. 41. T. spic. ovalibus imbricatis: vexillis deflexis persistentibus, calyc. nudis, caule erecto. *Fl. dan. t.* 558.

spadiceum. 42. T. spic. ovalibus imbricatis: vexillis deflexis persistentibus, calyc. pilosis, caule erecto.

procumbens. 43. T. spic. ovalibus imbricatis: vexillis deflexis persistentibus, caul. procumbentibus. — *Fl. dan. t* 796. M. *Sata evasit diversa a sequenti.*

filiforme. 44. T. spic. subimbricatis: vexillis deflexis persistentibus, calyc. pedicellatis, caul. procumbentibus.

biflorum. 45. T. spic. bifloris sessilibus, invol. hispidis infundibuliformibus, fol. lanceolatis.

suffocatum. 46. T. acaule exscapum, flor. subsessilibus radicalibus. *Mant* 276. — *Jacq. hort. v. 1. t.* 60. M. Trifolium minimum supinum, flosculorum et seminum glomerulis confertim ad radicem nascentibus. *Raj. hist.* 942. Trifolium epithymi capitulis inter genicula, annuum. *Cupan. cathol.* Trifolium vernum repens. *Buxb. cent. 3. p. 18. t. 31. f. 2. forte.*

879. LOTUS. 1089. *Legumen* cylindricum, strictum. *Alae* sursum longitudinaliter conniventes. *Cal.* tubulosus.

* *Leguminibus rarioribus, nec capitulum constituentibus.*

maritimus. 1. L. leguminibus solitariis membranaceo-quadrangulis, foliis glabris, bracteis lanceolatis. — *Fl. dan. t.* 800. M.

sili-

filiquofus. 2. L. legum. folitariis membranaceo-quadrangulis, caul. procumbentibus, fol. fubtus pubefcentibus. — *Jacq. Fl. auftr. v. 4. t. 361.* M.

tetragonolobus. 3. L. legum. folitariis membranaceo-quadrangulis, bract. ovatis.

conjugatus. 4. L. legum. conjugatis membranaceo-quadrangulis, bract. oblongo-ovatis.

tetraphyllus. 5. L. legum. folitariis, foliis ternatis obcordato-cuneatis, ftipula folitaria fimili, bracteis monophyllis. *Caules filiformes. Stipulae in reliquis binae, in hac alterutra, f. unica ad latus, foliolo fimilis, fed lanceolato-oblonga. Bractea monophylla, rarius diphylla. Corolla flava vexillo dorfo atropurpureo.* Conf. Lotus tetraphyllus. *Suppl. p. 340.*

edulis. 6. L. legum. fubfolitariis gibbis incurvis. Trifolium corniculatum creticum *Alp. exot. t. 268.*

peregrinus. 7. L. legum. fubbinatis linearibus compreffis nutantibus.

anguftiffimus. 8. L. legum. fubbinatis linearibus ftrictis erectis, caule erecto, pedunc. alternis.

arabicus. 9. L. legum. cylindricis ariftatis, caul. proftratis, pedunc. trifloris, bracteis monophyllis. *Mant. 104.* — *Jacq. hort. v. 2. t. 155.* M. *Pedunculi primi uniflori.*

ornithopodioides. 10. L. legum. fubternatis arcuatis compreffis, caul. diffufis.

jacobaeus. 11. L. legum. fubternatis, caule herbaceo erecto, foliol. linearibus. *Corollae colore Antirrh. triftis. Petioluli albi. Caulis rarius frutefcit et perennat.*

creticus. 12. L. legum. fubternatis, caule fuffrutefcente, fol. fericeis nitidis.

** *Pedunculis multifloris in capitulum.*

hirfutus. 13. L. capitulis fubrotundis, caule erecto hirto, legum. ovatis. *Riv. tetr. 191.*

graecus. 14. L. capit. fubrotundis, caule erecto, fol. quinatis, legum. ovatis. *Mant. 104.*

rectus. 15. L. capit. fubglobofis, caule erecto laevi, legum. rectis glabris. Lotus villofus altiffimus, flore glomerato. *Tournef. inft. 403.* Trifolium rectum monfpeffulanum. *Bauh. hift. 2. p. 359.* Lotus lybica. *Riv. tetr. 192.*

corniculatus. 16. L. capit. depressis, caul. decumbentibus, legum. cylindricis patentibus. *Corollae odoratissimae.*

cytisoides. 17. L. capit. dimidiatis, caule diffuso ramosissimo, fol. tomentosis.

Dorycnium. 18. L. capit. aphyllis, fol. sessilibus quinatis.

898. TRIGONELLA. 1093. *Vexillum* et *Alae* subaequales, patentes, forma corollae 3-petalae.

ruthenica. 1. T. leguminibus pedunculatis congestis pendulis linearibus rectis, foliolis sublanceolatis.

platycarpos. 2. T. legum. pedunculatis congestis pendulis ovalibus compressis, caule diffuso, foliol. subrotundis. *Gmel. sib. 4. p. 25. t. 9.*

striata. 3. T. legum. pedunculatis congestis erectiusculis distantibus, pedunculis folio longioribus. *Suppl. p. 340.*

polycerata. 4. T. legum. subsessilibus congestis erectis subrectis longis linearibus, pedunc. muticis.

hamosa. 5. T. legum. pedunculatis racemosis declinatis hamosis teretibus, pedunc. spinosis foliolo longioribus.

spinosa. 6. T. legum. subpedunculatis congestis declinatis falcatis compressis, pedunc. spinosis brevissimis.

corniculata. 7. T. legum. pedunculatis congestis declinatis subfalcatis, pedunc. longo subspinoso, caule erecto. *Flores odoratissimi Gou.*

monspeliaca. 8. T. legum. congestis sessilibus arcuatis divaricatis inclinatis brevibus, pedunc. mucronato inermi.

laciniata. 9. T. legum. pedunculatis subumbellatis ellipticis, foliol. cuneiformibus dentatis, stipul. laciniatis. *Pater Medicag. laciniatae.*

Foenum-Graecum. 10. T. legum. sessilibus strictis erectiusculis subfalcatis acuminatis, caule erecto.

sylvestris. α. T. eadem, caule basi ramoso-stolonifero.

indica. 11. T. legum. sessilibus subsolitariis subfalcatis, foliol. integerrimis, caule diffuso.

899. MEDICAGO. 1096. *Legumen* compressum, cochleatum. *Carina* corollae a vexillo deflectens.

arborea. 1. M. leguminibus lunatis margine integerrimis, caule arboreo.

virgi-

virginica. 2. M. caule erecto ramosissimo, floribus fasciculatis terminalibus. *Corollae albo rubroque variegatae. Fr. monospermus.*

radiata. 3. M. legum. reniformibus margine dentatis, fol. ternatis.

circinata. 4. M. legum. reniformibus margine dentatis, fol. pinnatis. Falcata foliis Anthyllidis. *Riv. tetr. 201.*

sativa. 5. M. pedunc. racemosis, legum. contortis, caule erecto glabro.

falcata. 6. M. pedunc. racemosis, legum. lunatis, caule prostrato. *Fl. dan. t. 233.*

lupulina. 7. M. spicis ovalibus, legum. reniformibus monospermis, caul. procumbentibus.

marina. 8. M. pedunc. racemosis, legum. cochleatis spinosis, caule procumbente tomentoso. Medicago incana. *Riv. 205.*

polymorpha. 9. M. legum. cochleatis, stipul. dentatis, caule diffuso.

orbicularis. α. M. legum. solitariis cochleatis depressis planis, stipul. ciliatis, caule diffuso. Medicago ped. unifloris aristatis, legum. cochleatis compressis rugosis nudis. *Ger. prov. 516.*

scutellata. β. M. cochleata major, dicarpos, capsula rotunda globosa scutellata. M. ped. multifloris, leg. cochleatis globosis inermibus nudis. *Ger. 516.*

tornata. γ. M. tornata major et minor lenis. M. leg. cochleatis nudis cylindricis apice basique planiusculis. *Ger. 517.*

turbinata. δ. M. fructu turbinato. M. leg. cochleatis inermibus subcylindricis: extremitatibus complanatis. *Gou. monsp. 517.*

intertexta. ε. M. cochleata spinosa major dicarpos, capsula s. spinis longioribus sursum et deorsum tendentibus. M. ped. unifloris, leg. cochleatis sphaericis, spinis longioribus divaricatis recurvis. *Ger. 518.*

arabica. ζ. M. cochleata minor polycarpos anuua, capsula majore alba, folio cordato macula fusca. M. ped. subtrifloris, leg. echinatis, foliol. obcordatis. *Gou. 516. Folia macula sanguinea lanceolata, quae in nupta disparet. Flores 4. s. 5. Fr. spinis longe divergentibus.*

coronata. η. M. fructu minimo, coronulam utrinque dentatam referente. M. ped. subbifloris, leg. compressis subspinosis, stipulis subulatis integerrimis.

 Gou.

Gou. 204. M. ped. multifloris, leg. cochleatis compreſſis ſpinulis oppoſitis. *Ger.* 517. *Flores minimi. Legum. ſpinis brevioribus erectiuſculis. Gou.*

ciliaris. ϑ. M. legum. congeſtis globoſis hiſpidis, ſtipulis ciliatis.

hirſuta. ι. M. legum. ſolitariis globoſis breviſſimis echinatis, ſtipulis ſerratis. M. ped. multifloris, leg. cochleatis ſpinulis hamatis, ſtipulis integris. *Ger.* 518.

rigidula. κ. M. triphylla, leguminibus cochleatis ſpinoſis, foliolis inferioribus cuneiformibus retuſis, ſuperioribus ſubrotundis. M. ped. multifloris, leg. cochleatis intenſe aculeatis. *Ger.* 518.


minima. λ. M. legum. cochleatis, aculeis uncinatis alternis externe donatis, ſtipulis integris. *Fl. dan. t.* 211. M. leg. cochleatis ſubternatis, ſpinulis uncinatis, ſtipulis integris. *Gou.* 204.

muricata. μ. M. cochleata dicarpos, capſula ſpinoſa rotunda minore. M. ped. multifloris, leg. cochleatis ſubrotundis ſpinoſis incanis, fol. villoſis. *Ger.* 516.

nigra. ν. M. ped. paucifloris, leg. cochleatis hamulis longitudine leguminum. *Ger.* 518. *Moriſ.* 2. *ſ.* 2. *t.* 15. *f.* 19.

laciniata. ο. M. fructu echinato, fol. linearibus dentatis. *Mant.* 454. Medicago ſyriaca. *Riv. tetr.* 205. M. dicarpos laciniata foliis et fructu ſpinoſis. *Pluk. alm.* 245. Trifolium echinato capite. *Dodart. mem.* 1. *p.* 123.

proſtrata. 10. M. legum. cochleatis inermibus, fol. ternatis cuneiformibus, apice dentatis, ſtipulis ſetaceis integerrimis, caule diffuſo. *Suppl. p.* 340. Medicago proſtrata. *Jacq. hort. t.* 89. *Rad. perennis.*



CLAS-

CLASSIS XVIII.

POLYADELPHIA.

PENTANDRIA.

900. Theobroma. *Cal.* phyllus. *Cor.* 5-petala, nectariis 5. *Stam.* 5: antheris 3. *Pistill.* 3.

1418. Abroma. Pentagyna. *Caps.* 5-locularis, 1-valvis, apice dehiscens. *Semina* reniformia: *Receptaculo* hirsuto.

DODECANDRIA.

1268. Monsonia. *Cal.* 5 phyllus. *Cor.* 5-petala. *Stam.* 5: antheris 3. *Pistill.* 5-fidum.

ICOSANDRIA.

901. Citrus. *Cal.* 5-dentatus. *Cor.* 5-petala. *Stam.* 20, in cylindrum passim connata. *Pistill.* 1. *Bacca* locularis pulpa vesiculari.

POLYANDRIA.

1269. Melaleuca. *Cal.* 5-partitus, superus. *Cor.* 5-petala. *Caps.* semivestita calyce baccato.

1270. Hopea. *Cal.* 5-fidus, superus. *Cor.* 5-petala. *Drupa* nucleo 3-loculari.

. . Durio. *Cal.* 5-fidus, urceolatus inferus. *Cor.* 5 petala, parva. *Stylus* 1. *Stam.* phalanges 5 ex septem. *Pomum* 5-loculare.

1320. Glabraria. *Cal.* 5-fidus, inferus. *Cor.* 5-petala. *Stylus* 1. *Stam.* phalanges 5 ex senis. *Drupa.*

1321. MÜNCHHAUSIA. *Cal.* inferus, 6-fidus. *Cor.* 6-petala. *Capſ.* 6-locularis.

677. SYMPLOCOS. *Cal.* 5-fidus, inferus. *Cor.* 5-petala. *Stam.* 4-plici ſerie corollae adnata.

902. HYPERICUM. *Cal.* 5-partitus, inferus. *Cor.* 5-petala. *Styli* 1, 3. ſ. 5. *Capſ.* locularis.

903. ASCYRYM. *Cal.* 2-phyllus, inferus. *Cor.* 4-petala. *Styli* 2. *Capſ.* 2-valvis.

PENTANDRIA.

900. THEOBROMA. *Cal.* 3-phyllus (5-phyllus. M.). 1100. *Petala* 5, fornicata, bicornia. *Nectarium* 5-phyllum, regulare. *Stam.* nectario innata, ſingulo antheris 5. — *Suppl. p. 341.* SONNERAT *nouv. Guinee p. 101. Houttuyn Natuurlyke Hiſt. P. 2. ſect. 3. tab. 14.* M.

Cacao. 1. T. foliis integerrimis. — *Jacq. amer. pict. p. 104.*

Guazuma. 2. T fol. ſerratis. *Mant. 445.*

defloratus. 16. C. fol. decurrentibus lanceolatis ſerratis ſubſpinoſo-ciliatis nudis, peduncul. longiſſimis lanuginoſis unifloris. *Fructus nutans non eſt.* *Jacq. Fl. auſtr. v. 1. t. 89.* M.

monſpeſſulanus. 17. G. fol. decurrentibus lanceolatis ſubrepandis glabris inaequaliter ciliatis, pedunc. alternis, calyc. inermibus.

pannonicus. 18. C. fol. ſemidecurrentibus nudis indiviſis ciliatis, flore ſubſolitario. *Suppl. p. 348.* — Carduus ſerratuloides. *Jacq. Fl. auſtr. v. 2. t. 127. qui ipſe eſſe eundem declarat.* M.

tuberoſus. 19. C. fol. ſubdecurrentibus petiolatis ſubpinnatifidis ſpinoſis, caule inermi, flor. ſolitariis. *Mant. 461.*

chius. 20. C. fol. amplexicaulibus inferioribus ſemidecurrentibus, ſemipinnatifidis ciliato-ſpinuloſis caule inermi, pedunculis unifloris. *Jacq. in Litt. Hort. v. 3. t 5.* M.

parviflorus. 21. C. fol. baſi adnatis lanceolatis nudis eroſis ciliato-ſpinuloſis inermibus. *Mant. 279* Cirſium pratenſe alpinum polycephalum, aſphodeli radice. *Tournef. inſt. 448.*

** *Foliis sessilibus.*

linearis. 22. C. fol. sessilibus linearibus ciliato-spinosis glabris, flor. terminalibus solitariis. *Thunb. jap. mspt.* M.

casabonae. 23. C. fol. sessilibus lanceolatis integerrimis: margine spinis ternatis.

stellatus. 24. C. fol. sessilibus integris lanceolatis inermibus subtus tomentosis, spinis ramosis axillaribus, flor. sessilibus lateralibus.

marianus. 25. C. fol. amplexicaulibus hastato-pinnatifidis spinosis, calyc. aphyllis: spinis canaliculatis duplicato-spinosis.

syriacus. 26. C. amplexicaulibus angulato-spinosis, flor. solitariis subsessilibus obvallatis foliolis subquinis. *Flores albi et aegyptiaca varietas purpureis. Forsk*

eriophorus. 27. C. fol. sessilibus bifariam pinnatifidis: laciniis alternis erectis, calyc. globosis villosis. *Mill. ic. t. 293. — Jacq. Fl. austr. v. 2. t. 171.* M.

altissimus. 28. C. fol. sessilibus pinnatifidis sinuatis serratis inermibus, caule ramosissimo, calyc. villosis subserratis.

virginianus. 29. C. fol. lanceolatis spinulosis: subtus tomentosis, caule inermi folioso unifloro.

heterophyllus. 30. C. fol. amplexicaulibus lanceolatis ciliatis integris laciniatisque, caule subunifloro, calyc. inermi. *Fl. dan. t. 109.* Cirsium britannicum, caule multifloro, foliis inferioribus laciniatis. *Scop. ann. 2. p. 60. Radix repens. Folia subtus nivea: alia integra, alia laciniata.*

helenioides. 31. C. fol. amplexicaulibus lanceolatis dentatis: spinulis inaequalibus ciliatis, caule inermi. Cirsium britannicum, caule unifloro, foliis dentatis. *Scop. ann. 2. p. 60. Radix vix repens. Caulis altitudine humana. Folia subtus albida; nulla laciniata.*

serratuloides. 32. C. fol. subamplexicaulibus lanceolatis integris: serraturis spinoso setaceis, pedunc. unifloris.

tataricus. 33. C. fol. amplexicaulibus lanceolatis: serraturis spinoso-setaceis, flor. triphyllis. — *Jacq. Fl. austr. v. 1. t. 90.* M.

ciliatus. 34. C. fol. semiamplexicaulibus pinnatifidis laciniatis spinosis, subtus tomentosis, calycis squamis cilia-

ciliatis basi reflexis. *Murr. in comm. gott. 1784. c. tab.* M.

flavescens. 35. C. fol. lanceolatis integris inermibus dentatis glabris, flor. aphyllis inermi-spinosis. *Flores albo-flavescentes.*

rivularis. 36. C. fol. inferne pinnatifidis in lacinias oblongas, superne integris et serratis inermi-spinulosis sessilibus, caule inermi, flor. capitatis. *Jacq. in Litt. Fl. austr. v. 1. t. 91.* M.

mollis. 37. C. fol. pinnatifidis linearibus subtus tomentosis, caule inermi unifloro. *Jacq. austr. t. 18.*

acaulis. 38. C. acaulis, calyc. glabro.

926. CNICUS. 1156. *Cal.* ovatus, imbricatus squamis ramoso-spinosis, obvallatus bracteis. *Corollulae* aequales.

oleraceus. 1. C. foliis pinnatifidis carinatis nudis, bracteis concavis integris subcoloratis. — *Fl. dan. t. 860.* M.

Erisithales. 2. C. fol. amplexicaulibus pinnatifidis aristato-serratis: pedunc. cernuis, calyc. glutinosis. *Jacq. obs. 28. t. 19. Folia pinnato-partita, sessilia, subtus imprimis pubescentia: Pedunculi aphylli. Flores solitarii, nutantes, lutei: disco convexo longiore.*

ferox. 3. C. fol. decurrentibus ligulatis dentato-spinosis, caule ramoso erecto. *Mant. 109.*

pygmaeus. 4. C. fol. sessilibus sublinearibus confertissimis. calyce inermi. — Serratula pygmaea. *Jacq. Fl. austr. v. 5. t. 440.* M.

Acarna. 5. C. fol. decurrentibus lanceolatis indivisis, calyc. pinnato-spinosis.

spinosissimus. 6. C. fol. amplexicaulibus sinuato-pinnatis spinosis, caule simplici, flor. sessilibus. *Flores ochroleuci.*

Centauroides. 7. C. fol. pinnatifidis, calyc. scariosis: squamis acuminatis.

uniflorus. 8. C. fol. pinnatifidis, calyce scarioso villoso. *Mant. 572.* Centaurea calycibus membranaceis, foliis pinnatifidis dentatis. *Gmel. sib. 2. p. 86. t. 38. Flosculi steriles nulli.*

cernuus. 9. C. fol. cordatis, petiolis crispis spinosis amplexicaulibus, flor. cernuis, calyc. scariosis.

927. ONOPORDUM. *Recept.* favosum. *Cal.* squamae
1158. mucronatae.

Acanthium. 1. O. calycibus squarrosis: squamis patentibus, foliis ovato-oblongis sinuatis. *Planta canescenti-virens; Caule alis rectis ad ipsum calycem excurrentibus; Calyce squamis patentibus, subulatis.*

illyricum. 2. O. calyc. squarrosis: squamis inferioribus uncinatis, fol. lanceolatis pinnatifidis. — *Jacq. hort. v. 2. t. 148.* M. *Planta cinereo-cana; Caule alis undulatis infra calycem spatio desinentibus; Calyce squamis inferioribus reflexo-uncinatis, lanceolatis.*

arabicum. 3. O. calyc. imbricatis. — *Jacq. hort. v. 2. t. 149.* M.

graecum. 4. O. calyc. squarrosis arachnoideo-tomentosis, fol. spinosis subulato-lanceolatis sinuatis tomentosis. *Suppl. p. 349.* Onopordon graecum. *Gouan. bot. 64.*

acaulon. 5. O. acaule. *Folia A. illyrici, tomentoso-albida. Caulis omnino nullus. Calyx unus sessilis ad radicem, dein alii laterales calyces enascuntur pariter sessiles.*

928. CYNARA. *Cal.* dilatatus, imbricatus squamis car-
1159. nosis, emarginatis cum acumine.

Scolymus. 1. C. foliis subspinosis pinnatis indivisisque, calycinis squamis ovatis.

Cardunculus. 2. C. fol. spinosis: omnibus pinnatifidis, calycinis squamis ovatis.

humilis. 3. C. fol. spinosis pinnatifidis subtus tomentosis, calyc. squamis subulatis.

acaulis. 4. C. acaulis, fol. pinnatis inermibus supra glabris.

929. CARLINA. *Cal.* radiatus squamis marginalibus
1160. longis, coloratis.

acaulis. 1. C. caule unifloro flore breviore.

lanata. 2. C. caule bifido, calycibus sanguineis terminalibus: primo axillari sessili. Carlina squamis calycinis terminalibus purpureo-rubentibus, floribus inferioribus proliferis. *Ger. prov. 183. Calycis squamae verae terminantur omnes spina simpli-*

simplicissima; in reliquis autem spinae composi-tae sunt.

corymbosa. 3. C. caule multifloro subdiviso, flor. sessilibus, calyc. radio flavo. *Columm. ecphr. 1. p. 28. t. 27.* rectius.

vulgaris. 4. C. caule multifloro corymboso, flor. terminalibus, calyc. radio albo.

racemosa. 5. C. flor. sessilibus lateralibus paucissimis. Carlina squamis calycinis terminalibus longioribus, floribus inferioribus proliferis. *Ger. prov. 184.*

pyrenaica. 6. C. caule multifloro, fol. decurrentibus runcinatis. *Folia utrinque tomentosa: pinnis sessilibus hastatis dentatis apicibus omnibus spina flavescente. Calyces vix majores Card. pycnocephalo: squamis laxis spinosis, erectis, scariosis, angusto-lanceolatis, vix calycis longitudine. Flores purpurascentes.*

xeranthemoides. 7. C. fruticosa, ramosa, tomentosa, fol. lineari-subulatis: serraturis spinescentibus, panicula terminali, radio flavo. *Suppl. p. 349.*

atractyloides. 8. C. caule ramoso, calycibus spinis ciliatis. *Forte Gorteriae aut Atractylidis species, observannda iterum.*

930. ATRACTYLIS. *Cor.* radiatae: corollulis radii 5-dentatis.
1161.

gummifera. 1. A. flore acauli.

humilis. 2. A. foliis dentato-sinuatis, flore radiato: obvallato involucro patente, caule herbaceo.

cancellata. 3. A. involucris cancellatis ventricosis linearibus dentatis, calycibus ovatis, floribus flosculosis. *Caulis palmaris, simplex, albo-araneosus: Ramis ex alis 2 ultimis. Folia lineari-lanceolata, ciliata, araneosa. Flos terminalis, cinctus Bracteis 3 patentibus et inclusus 8 conniventibus, in peripheriam globosam inflatam, quorum 3 alternae apice recurvae. Bracteae singulae lineares, pinnato-dentatae dentibus bifurcatis. Corolla parva, coerulea, flosculosa, rarius radio. Involucrum cancellatum, naturae stupendum artificium, muscas arcet.*

lancea. 4. A. involucris pinnatis, fol. lanceolatis ciliatis glabris. *Thunb. jap. mspt.* M.

ovata. 5. A. involucris pinnatis, fol. ovatis ciliatis glabris. *Thunb. l. c.* M.

oppositifolia. 6. E. fol. oppositis. *Mant.* 477. Gorteria fruticosa. *Sp. plant.* 1285. *Berg. cap.* 302. *Fabr. helmst.* 442. *Radius corollae ligulatus staminibus syngenesistis, sed effoetis antheris stylo stigmateque destitutus. Receptaculum piloso paleaceum, ergo proprior Atractylidi quam Gorteriae.*

purpurea. 7. A. fol. hastatis runcinatis. *Suppl. p.* 349.

mexicana. 8. A. fol. oblongis integerrimis. *Suppl. p.* 350.

1419. BARNADESIA. *Cor.* radiata. *Cal.* nudus, imbricatus, pungens. *Pappus* radii plumosus: disci setosus retrofractus. *Suppl. p.* 55.

spinosa. 1. Barnadesia. *Suppl. p.* 348.

931. CARTHAMUS. *Cal.* ovatus, imbricatus squamis 1162. apice subovato-foliaceis.

tinctorius. 1. C. foliis ovatis integris serrato-aculeatis.

lanatus. 2. C. caule piloso, superne lanato, fol. inferioribus pinnatifidis: summis amplexicaulibus dentatis. *Flosculi radii neutri Hall.*

creticus. 3. C. caule laeviusculo, calyc. sublanatis, flosculis subnovenis, fol. inferioribus lyratis. *Corollulae albae fauce lineis 5 nigris, dein bifidis laciniarum margines nigros efficientibus. Flosculi radii abortiunt. Hall. Calyx arachnoides. Caulis laevis.*

tingitanus. 4. C. fol. radicalibus pinnatis; caulinis pinnatifidis, caul. unifloro.

coeruleus. 5. C. fol. lanceolatis spinoso-dentatis, caul. subunifloro. *Synonyma ulterius examinanda, et a praecedente distinguenda.*

mitissimus. 6. C. fol. inermibus: radicalibus dentatis: caulinis pinnatis. *Hortensis vix dignoscendus Caule decumbente palmari Foliisque sinuatis longioribus mollibus Ger.* 182.

Carduncellus. 7. C. fol. caulinis linearibus pinnatis longitudine plantae.

arbo-

arborescens. 8. C. fol. ensiformibus sinuato-dentatis. *Mant.* 462.
salicifolius. 9. C. fruticosus, petiolis spinosis, fol. lanceolatis integris subtus tomentosis apice pungentibus, ramis unifloris. *Suppl. p.* 350.
corymbosus. 10. C. flor. corymbosis numerosis. *Qualitas corrosiva. Fructificatio generis iterum examinanda.*

1287. SPILANTHUS. *Jacq.*

CAL. *Communis* erectus: foliolis pluribus, subaequalibus, oblongis: exterioribus duobus longioribus.
COR. *Composita* uniformis, tubulosa. *Corollulae* hermaphroditae, aequales. *Propria* infundibuliformis limbo *saepius quadrifido.*
STAM. *Filamenta* quinque, brevia. *Anthera* cylindrica, tubulosa.
PIST. *Germen* oblongum. *Stylus* filiformis, longitudine staminum. *Stigmata* duo, recurva.
PER. nullum. *Calyx* immutatus.
SEM. solitaria, oblonga, compresso-plana, membranaceo-marginata, apice biaristata: arista altera minore.
REC. paleaceum, conicum.

urens. 1. S. fol. lanceolatis integerrimis, caule prostrato. *Jacq. amer.* 214. *t.* 126. *f.* 1. — *Ed.* 2. *pict. p.* 105. *t.* 194. M.
Pseudo-Acmella. 2. S. fol. lanceolatis serratis, caule erecto. Verbesina Pseudo-Acmella. *Sp. pl.* 1270. *n.* 4. *Mant.* 475.
Acmella. 3. S. fol. ovatis serratis, caule erecto, flor. radiatis. Verbesina Acmella. *Sp. pl.* 271. *Mant.* 475.
salivaria. 4. S. fol. ovatis obsolete serratis, caule obliquo flexuoso paniculato. *Murr. in comm. gott.* 1783. *t.* 1. M.
atriplicifolia. 4. S. fol. alternis deltoidibus dentatis petiolatis stipulatis, caule paniculato. Bidens atriplicifolia. *Sp. plant.* 13. *Semina mutica.*
insipida. 6. S. fol. obovatis subdentatis sessilibus. *Jacq. amer.* 215. *Ed.* 2. *p.* 105. *t.* 261. *f.* 63. *quoad folium.* M.
oleracea. 7. S. fol. subcordatis serrulatis petiolatis. — Bidens acmelloides *Berg. in act. acad. Stockh. p.* 247. *t* 7. *Jacq. hort. v.* 2. *t.* 135. M. *Caules procumbentes, pedales, teretes, scabriusculi.*

fculi. Folia fubcordata, obtufa, ferrata, petiolata, oppofita. Flores folitarii, longius petiolati, omnino lutei.

932. BIDENS. 1165. *Recept* paleaceum. *Pappus* ariftis erectis, fcabris. *Cal.* imbricatus. *Cor.* rarius flofculo uno alterne radiante inftruitur.

tripartita. 1. B. foliis trifidis, calyc. fubfoliofis, feminibus erectis.

minima. 2. B. fol. lanceolatis feffilibus, floribus feminibusque erectis. *Fl. dan. t. 312.*

nodiflora. 3. B. fol. oblongis integerrimis unidentatis, caul. dichotomo, flor. folitariis feffilibus.

tenella. 4. B. fol. linearibus, pedunc. capillaribus, calyc. fubtetraphyllis, fem. erectis quinis.

cernua. 5. B. fol. lanceolatis amplexicaulibus, flor. cernuis, fem. erectis. — *Fl. dan. t. 841.* M. *Confer.* Coreopfis Bidens.

frondofa. 6. B. fol. pinnatis ferratis lineatis glabris, fem. erectis, calyc. frondofis, caule laevi. *Folia infimi paris ternata.*

pilofa. 7. B. fol. pinnatis fubpilofis, caule geniculis barbatis, calycibus involucro fimplici, fem. divergentibus. *β.* Agrimonia molucca. *Rumph. amb. 6 p. 38. t. 15. f. 2. Simillima, fed foliola diftincta et femina femper 4-ariftata. Radius etiam floris albus.*

bipinnata. 8. B. fol. bipinnatis incifis, calyc. involucratis, coroll. femiradiatis, fem. divergentibus.

nivea. 9. B. fol. fimplicibus fubhaftatis ferratis petiolatis, flor. globofis, pedunc. elongatis, fem. laevibus.

verticillata. 10. B. fol. oblongis integris: inferne alternis, fuperne oppofitis, flor. verticillatis.

fcandens. 11. B. fol. oppofitis ovatis acuminatis integerrimis, caule fcandente fruticofo, flor. oppofitis paniculatis.

bullata. 12. B. fol. ovatis ferratis: inferioribus oppofitis; fuperioribus ternatis; intermedio majore. *Arduin. fpec. 2. p. 37. t. 18.* Bidens paluftris annua fol. fubrotundis latioribus plerumque trilobis. *Mich. flor. 120.* Bidens foliis ovatis et tripteris, caulibus hirfutis et brachiatis. *Hall. goett. 383. Nunc in Italia.*

933. CACALIA. *Recept.* nudum. *Pappus* pilosus. *Cal.* 1168. cylindricus, oblongus, basi tantum subcalyculatus.

* *Frutescentes.*

papillaris. 1. C. caule fruticoso obvallato spinis petiolaribus truncatis.

Anteuphorbium. 2. C. caule fruticoso, fol ovato-oblongis planis, petiol. basi linea triplici deductis.

cuneifolia. 3. C. caule fruticoso, fol. cuneiformibus carnosis. *Mant.* 110. *Fructificationem non vidi.*

Kleinia. 4. C. caule fruticoso composito, fol. lanceolatis planis, petiolorum cicatricibus obsoletis.

Ficoides. 5. C. caule fruticoso, fol. compressis carnosis.

laciniata. 6. C. caule fruticoso, fol. carnosis pinnatifide laciniatis. *Jacq. in Litt Misc. v.* 3. *Icon. rar Habitus Cotyledonis laciniatae. Jacquin.*

repens. 7. C. caule fruticoso, fol. depressis carnosis. *Mant.* 110.

suffruticosa. 8. C. caule suffruticoso ramoso, fol. linearibus planis sparsis. *Mant.* 109 *Affinis C. Porophyllo.*

laurifolia. 9. C. fruticosa, glabra, fol. petiolatis ovatis triplinerviis obtusis integerrimis glaberrimis, thyrso terminali, calyce tetraphyllo glabro. *Suppl. p.* 351.

cordifolia. 10. C. frutescens, hirsuta, fol. petiolatis cordato-ovatis nervosis acutis scabris, calyce tetraphyllo quadrifloro pubescente. *Suppl p.* 351.

asclepiadea. 11. C. fruticosa, tomentosa, fol. petiolatis, ovato-lanceolatis integerrimis supra glaberrimis subtus tomentosis margine revolutis, paniculis terminalibus. *Suppl. p.* 352.

appendiculata. 12. C. fruticosa, tomentosa, fol. cordatis ouatis acutis angulatis subtus tomentosis, petiolis appendiculate foliosis. *Suppl. p.* 352.

tomentosa. 13. C. fruticosa, tomentosa, fol. lanceolatis dentatis subtus tomentosis sessilibus. *Suppl. p.* 353. — *Diversa a C. tomentosa Jacquini.* M.

** *Herbaceae.*

Porophyllum. 14. C. caule herbaceo indiviso, fol. ellipticis subcrenatis.

sonchifolia. 15. C. caule herbaceo, fol. lyratis amplexicaulibus dentatis. *Mant.* 463. *Mael. Schavi. Rheed. mal.*

mal 10. p. 135. t. 68. Murr. in comm. gtt. 1772. p. 79. tab. 7

incana. 16. C. caule herbaceo, fol. lanceolatis dentatis.

ſaracenica. 17. C. caule herbaceo, fol. lanceolatis ſerratis decurrentibus. *Simillima Senecioni ſaracenicae. Bracteae ſetaceae.*

haſtata. 18. C. caule herbaceo, fol. trilobis acuminatis ſerratis, flor. nutantibus. *Caulis rore glauco. Folia haſtato-deltoidea. Flores albi Floſculis 5. Antherae nigrae.*

ſvaveolens. 19. C. caule herbaceo, fol. haſtato-ſagittatis denticulatis, petiol. ſuperne dilatatis. *Corollae albae antheris luteis.*

atriplicifolia. 20. C. caule herbaceo, fol. ſubcordatis dentato-ſinuatis, calyc. quinquefloris.

alpina. 31. C. fol. reniformi cordatis acutis denticulatis. — *Jacq. Fl. auſtr. v. 3. t. 234.* M. *Calyc. ſubtrifloris. Calycis foliola conglutinata. Corollulae 4-fidae. Scop.*

echinata. 22. C. herbacea, fol. reniformibus cordatis angulato-dentatis ſubtus tomentoſis, foliolis calycinis tuberculatis. *Suppl. p. 353.*

albifrons. 23. C. herbacea, fol. cordatis biſerratis acutis ſubtus tomentoſis, ſtipulis oblongis rotundatis. *Suppl. p. 353.* Cacalia tomentoſa. *Jacq. auſtr. v. 1. t. 235.*

bipinnata. 24. C. herbacea, fol. bipinnatis linearibus. *Suppl. p. 353.*

acaulis. 25. C. acaulis, fol. ſemiteretibus, ſcapis unifloris. *Suppl. p. 353.*

radicans. 26. C. herbacea, repens, radicans, fol. tereti-ovatis carnoſis. *Suppl. p. 354.*

articulata. 27. C. carnoſa, caule decumbente articulato, fol. inferioribus haſtatis, ſuperioribus lyratis. *Suppl. p. 354.*

934. ETHULIA. *Recept.* nudum. *Pappus* nullus.

1171.

Conyzoides. 1. E. floribus paniculatis.

Sparganophora. 2. E. flor. ſeſſilibus lateralibus. *Habui plantam ind. orient. minimam, floribus ſeſſilibus; an valantiana eadem? (Exclude Brownii ſynonymon.)*

divaricata. 3. E. fol. linearibus dentatis decurrentibus, pedunc. oppoſitifloris unifloris, caule divaricato. *Mant. 110.*

110. et 572. Aethulia pedunculis oppositifoliis unifloris, foliis linearibus dentatis decurrentibus, caule divaricato. *Burm. ind. 176. t. 58. f. 1.* Chrysanthemum bengalense angustifolium pusillum, summo caule ramosum. *Pluk. alm. 103. t. 21. f. 4.* (*Artemisia minima distincta planta est.*

tomentosa. 4. E. suffruticosa, fol. linearibus integerrimis tomentosis. *Mant. 110. Folia alterna.*

bidentis. 5. E. racemulis secundis, calyc. subquinquefloris, fol. lanceolatis oppositis. *Mant. 110. Kallstroem, Hortul. reg.*

935. EUPATORIUM. *Recept.* nudum. *Pappus* plumo-
1171. sus. *Cal.* imbricatus, oblongus. *Stylus* semibifidus, longus.

* *Calycibus quadrifloris.*

Dalea. 1. E. foliis lanceolatis venosis obsolete serratis glabris calycibus quadrifloris, caule fruticoso.

hyssopifolium. 2. E. fol. lanceolato-linearibus trinerviis subintegerrimis.

scandens. 3. E. caule volubili, fol. cordatis dentatis acutis. *Planta indiae orientalis laevior, foliorum dentibus obsoletioribus, quod e Cordatum. Burm ind. 176. t. 58. f. 2.*

Houstonis. 4. E. caule volubili, fol. ovatis integerrimis.

** *Calycibus quinquefloris.*

zeylanicum. 5. E. fol. ovato-hastatis petiolatis dentatis. *Fructificatio ulterius examinanda, cum folia alterna sunt.*

sessilifolium. 6. E. fol. sessilibus amplexicaulibus distinctis lanceolatis.

album. 7. E. fol. lanceolatis serratis, calyc. foliolis lanceolatis apice scariosis coloratis. *Mant. 111.*

chinense. 8. E. fol. ovatis petiolatis serratis.

rotundifolium. 9. E. fol. sessilibus distinctis subrotundo-cordatis.

altissimum. 10. E. fol. lanceolatis nervosis: inferioribus extimo subserratis, caule suffruticoso. — *Jacq. hort. v. 2. t. 164.* M. *Descriptio Morisoni imperfecta.*

Inulae

Inulae speciem facit Vaillant, si vero flores Morisoni radiati fuissent, vix ad Eupatoria eam retulisset Morison.

hastatum. 11. E. fol. cordato-hastatis subdentatis nudis, caule volubili, flor. spicatis.

syriacum. 12. E. fol. oppositis subsessilibus ternatis. *Jacq. in Litt. Misc. v. 2. p. 349. Icon. rar. t. 35.* M.

trifoliatum. 13. E. fol. ternis.

cannabinum. 14. E. fol. digitatis. — *Fl. dan. t. 745.* M.

*** *Calycibus septem-vel octofloris.*

cinereum. 15. E. calycibus septemfloris, fol. oppositis lanceolatis tomentosis. *Suppl. p. 354.*

purpureum. 16. E. fol. quaternis scabris lanceolato-ovatis inaequaliter serratis petiolatis rugosis.

maculatum. 17. E. fol. quinis subtomentosis lanceolatis aequaliter serratis venosis petiolatis. *Pappus pilosus.*

scabrum. 18. E. villosum, fol. oppositis petiolatis ovatis integriusculis rugosis supra scabris. *Suppl. p. 354.*

**** *Calycibus quindecim pluribusve flosculis.*

perfoliatum. 19. E. fol. connato-perfoliatis tomentosis.

coelestinum. 20. E. fol. cordato-ovatis obtuse serratis petiolatis, calycibus multifloris.

aromaticum. 21. E. fol. ovatis obtuse serratis petiolatis trinerviis, calyc. simplicibus.

Ageratoides. 22. E. fol. ovatis serratis petiolatis, caule glabro. *Suppl. p. 355. Hort. ups. 254.* Eupatorium altissimum. *Syst. ed. 13. p. 614. non 613.* Ageratum altissimum. *Sp. plant. 1176.*

odoratum. 23. E. fol. deltoidibus inferne dentatis subtus tomentosis, calyc. multifloris.

ivaefolium. 24. E. fol. angusto lanceolatis trinerviis subserratis, calyc. squarrosis multifloris.

urticaefolium. 25. E. hispidum, fol. petiolatis cordatis inciso-serratis, panicula terminali, calyc. multifloris subulatis subpungentibus. *Suppl. p. 354.*

stoechadifolium. 26. E. tomentosum, fol. petiolatis linearibus crenatis tomentosis subtus canis, panicula terminali. *Suppl. p. 355.*

micro-

microphyllum. 27. E. fol. triangulari-ovatis novem-crenatis fubtus tomentofis fufco-venofis, panicula conglomerata terminali, pedunculo elongato. *Suppl. p.* 355.

† *Addatur feparatim.*

japonicum. 28. E. fol. indivifis trilobisque ferratis, caule fcabro. *Thunb. japon. mfpt.* M.

936. AGERATUM. *Recept.* nudum. *Pappus* 5-ariftatus. 1175. *Cal.* oblongus, fubaequalis. *Corollulae* quadrifidae.

Conyzoides. 1. A. foliis ovatis, caule pilofo.
ciliare. 2 A. fol. ovatis crenatis obtufis, caule glabro.

937. PTERONIA. *Recept.* fetis multipartitis. *Pappus* 1176. fubplumofus. *Cal.* imbricatus.

camphorata. 1. P. foliis fparfis bafi ciliatis. *Mant.* 464.

oppofitifolia. 2. P. fol. oppofitis, ramis dichotomis divaricatis. Cyanus centauroides frutefcens, lavandulae folio. *Breyn. prodr. 3 p. 28. t. 17. f. 3. centur. fafcic. p. 21. Habitat ad Cap. b. fpei. Fruticulus palmaris, nudus, Ramis oppofitis, dichotomis. Folia oppofita, parva, fublanceolata, incana f. fubtomentofa. Flores terminales, feffiles, lutei. Corollulae profunde divifae. Stigmata 2 longiufcula. Sem. hirfuta. Pappus fetaceus, hifpidus. Receptaculum paleaceum. Dav. Royen. Convenit cum genere Staehelinae, fed pappus neque ramofus, neque antherae caudatae, neque folia alterna.*

flexicaulis. 3. P. fol. filiformibus glabris, calycibus fubtetragonis, ramis brevibus rigidis. *Suppl. p.* 355.

retorta. 4. P. fol. ovatis reflexis glabris margine ciliatis fcabris, caule erecto, fquamis calycinis integris. *Suppl. p.* 356.

hirfuta. 5. P. fol. lanceolatis patentibus pilofis, caule procumbente, fquamis calycinis integris. *Suppl. p.* 356.

glabrata. 6. P. fol. lanceolatis glabris, fquamis calycinis ovatis membranaceis. *Suppl. p.* 356.

inflexa. 7. P. fol. ovatis pilofis, fquamis calycinis fubarticulatis membranaceis, pedunculo inflexo. *Suppl. p. 356.*

fcariofa. 8. P. ramis fpinofis, calyc. fcariofis, fol. ovalibus. *Suppl. p. 356.*

glomerata. 9. P. fol. ovato-triquetris glabris, caule tetragono. *Suppl. p. 356.*

cinerea. 10. P. fol. oblongis tomentofis, fquamis calycinis ovatis membranaceis. *Suppl p. 356.*

villofa. 11. P. fol. lanceolatis obtufis pilofis, fquamis calycinis ovatis membranaceis. *Suppl. p 356.*

membranacea. 12. P. fol. ovatis pulverulento-tomentofis, fquamis calycinis fubulatis margine fcariofis. *Suppl. p. 357.*

fpinofa. 13. P. fol. fubulatis fpinefcentibus pungentibus *Suppl. p. 357.*

Cephalotes. 14. P. fol. fubulatis conduplicatis carinatis ferrulatis, calyc. oblongis terminalibus minutiffime laceris. *Suppl. p. 358.*

pallens. 15. P. fol. filiformibus glabris, calycibus teretibus ovatis, caule ramisque incurvis teretibus. *Suppl p. 357.*

minuta. 16. P. fol. linearibus vagis, floribus axillaribus. *Suppl. 357.*

fafciculata. 17. P. floribus fafciculatis uniflofculofis. *Suppl. p. 357.*

938. STAEHELINA. *Recept.* breviffime paleaceum.
1176. *Pappus* ramofus. *Antherae* caudatae.

gnaphaloides. 1. S. foliis filiformibus tomentofis, fquamis calycinis apice membranaceis reflexis. *Stylus bifidus. Calyx fcariofus. Pappus plumofus bafi connatus. Antherae caudatae.*

dubia. 2. S. fol. linearibus denticulatis, fquamis calycinis lanceolatis, pappo calycibus duplo longiore. *Ger. prov. 190. t. 6. Caulis et Folia fubtus tomentofa. Stigma fimplex. Pappus pilofus bafi connatus.*

arborefcens. 3. S. fol. ovalibus. *Mant. 111.*

fruticofa. 4. S. fol. lanceolatis obtufis. Centaurea fruticofa. *Sp. plant. 1286.*

ilici-

ilicifolia. 5. S. fol. oppoſitis breviſſime petiolatis cordatis dentatis ſupra lucidis ſubtus tomentoſis. *Arbor Suppl. p. 358.*

corymboſa. 6. S. fol cuneatis praemorſis, flor. corymboſis. *Frutex. Suppl. p. 359.*

Chamaepeuce. 7. S. fol. linearibus confertis longiſſimis revolutis. Serratula chamaepeuce. *Sp. plant. 1147.*

imbricata. 8. S. fol. ſubulatis erectis tomentoſis. *Mant 281.* Staehelina calycibus turbinatis, foliis ovatis acuminatis imbricatis. *Berg. cap. 233.*

939. CHRYSOCOMA. *Recept.* nudum. *Pappus* ſimplex.
1177. *Cal.* hemiſphaericus, imbricatus. *Stylus* vix floſculis longior.

* *Fruteſcentes.*

oppoſitifolia. 1. C. fruticoſa, foliis oppoſitis obovatis, floribus faſciculatis pedunculatis. *Differt haec tantum a Chryſocomis, quantum convenit Pteroniae oppoſitifoliae facie externa, calycibus, caule reliquisque, ſed huic receptaculum nudum eſt.*

Comaurea. 2. C. fruticoſa, fol. linearibus rectis glabris dorſo decurrentibus.

dichotoma. 3. C. fruticoſa, prolifera, dichotoma, glabra, fol. linearibus planis ſerratis ſcabriuſculis, pedunculis corymboſis ſquamoſis hirtis. *Suppl. p. 359.*

ſericea. 4. C. fruticoſa, albo-ſericea, fol. linearibus canaliculatis, ramulis apice paniculatis. *Suppl. p. 360.*

patula. 5. C. ſuffruticoſa, fol. linearibus glabris, ramis divaricatis. *Mant. 280. Berg. cap. 234. Affinis C. Comaureae.*

cernua. 6. C. fruticoſa, fol. linearibus recurvis ſubſcabris, flor. nubilibus cernuis.

ciliata. 7. C. ſuffruticoſa, fol. linearibus rectis ciliatis, ramis pubeſcentibus.

tomentoſa. 8. C. ſuffruticoſa, foliis ramisque tomentoſis. *Dav. Royen. Rami tomentoſi, albidi. Folia linearia ſubtus ſimiliter tomentoſa, recta. Flores, ut in proximis.*

ſcabra. 9. C. ſuffruticoſa, fol. lanceolato-ovatis recurvis denticulato-ſerratis, pedunculis pubeſcentibus.

** *Herbaceae.*

Linofyris. 10. C. herbacea, fol. linearibus glabris, calycibus laxis.

biflora. 11. C. herbacea paniculata, fol. lanceolatis trinerviis punctatis nudis.

graminifolia. 12. C. herbacea, fol. linearibus lanceolatis glabris, flor. corymbofis. *Variat fl. flofculofis et radiatis radio coeruleo.*

villofa. 13. C. herbacea, fol. lanceolatis villofis, calyc. arctis.

940. TARCHONANTHUS. *Recept.* villofum. *Pappus* plumofus. *Cal.* 1-phyllus, femi 7-fidus turbinatus.
1179.

camphoratus. 1. T. fol. oblongis planis, calyce monophyllo quinquefido. *Suppl. p. 361.* Tarchonanthus camphoratus. *Syft. ed. 13. p. 616. Berg cap 236. Germen fuperum eft. Odor Eriocephali et fructus fere fimilis.*

glaber. 2. T. fol. glabris integris dentatisque. *Suppl. p. 361. Simillimus T. camphorato, fed ifte inodorus et totus glaberrimus.*

ericoides. 3. T. fol. acerofis, calycibus tetraphyllis. *Suppl. p. 360.*

941. CALEA. *Recept.* paleaceum. *Pappus* pilofus. *Cal.* imbricatus.
1179.

jamaicenfis. 1. C. floribus fubternis pedunculatis, foliis ovato-oblongis fubferratis petiolatis.

oppofitifolia. 2. C. corymbis congeftis, pedunculis longiffimis, fol. lanceolatis, caule herbaceo.

Amellus. 3. C. flor. fubpaniculatis, calycibus brevibus, feminibus nudis, fol. ovato lanceolatis petiolatis.

fcoparia. 4. C. caule fuffruticofo, ramis fuboppofitis angulatis. *Syft. nat. 3. p. 234. Folia minuta.*

942. SANTOLINA. *Recept.* paleaceum. *Pappus* nullus. *Cal.* imbricatus, hemifphaericus.
1179.

Chamae-Cypariffus. 1. S. pedunculis unifloris, foliis quadrifariam dentatis.

rofmarinifolia. 2. S. pedunc. unifloris, fol. linearibus margine tuberculatis.

alpina.

alpina. 3. S. pedunc. unifloris, fol bipinnatis caulibus ſimplicibus. *Flores absque floſculis foemineis.*

anthemoides. 4. S. pedunc. unifloris, fol. bipinnatis, caule ramoſiſſimo villoſo.

943. ATHANASIA. 1180. *Recept.* paleaceum. *Pappus* paleaceus, breviſſimus. *Cal.* imbricatus.

ſquarroſa. 1. A. pedunculis unifloris lateralibus, foliis ovatis recurvatis

ſeſſiliflora. 2. A. pedunc. unifloris folio brevioribus, fol. linearibus piloſis. *Suppl. p. 362.*

pumila. 3. A. pedunc. unifloris folio longioribus, fol. linearibus piloſis. *Suppl. p. 362.*

crenata. 4. A. floribus ſolitariis terminalibus, fol. linearibus.

uniflora. 5. A. flor ſolitariis terminalibus ſeſſilibus, fol. obovatis imbricatis glabris. *Suppl p. 362.*

capitata. 6. A. flor. terminalibus ſubſeſſilibus, fol. lanceolatis hirſutis. *Berg. cap. 237.* Athanaſia punctata. *Berg cap. 238. Moriſ. hiſt. 3. p. 21. ſ. 6. t. 3. f. 48 Planta glabra. Folia ſubrotunda. Flores 3 ſ. 4 terminales.*

maritima. 7. A. pedunc. bifloris, fol. lanceolatis crenatis obtuſis tomentoſis. *Semina ancipitia pappo deſtituta: an itaque potius Santolinae ſpecies? Media inter Athanaſias et Santolinas. Planta tota tomentoſa. Paleae longitudine calycis.*

geniſtifolia. 8. A. corymbis ſimplicibus, fol. lanceolatis indiviſis nudis confertis. *Mant. 464.*

pubeſcens. 9. A. corymb. ſimplicibus, fol. lanceolatis indiviſis villoſis.

annua. 10. A. corymb. ſimplicibus coarctatis, fol. pinnatifidis dentatis. *β.* Achillea inodora. *Sp. plant. 1265. Folia apicem verſus dilatata ut fere palmata apicibus ſetaceis. Paleae apice luteae longitudine floſculorum. Variat floribus ſolitariis duplo majoribus.*

trifurcata. 11. A. corymb. ſimplicibus, fol. trilobis cuneiformibus.

crithmifolia. 12. A. corymb ſimplicibus, fol. ſemitrifidis linearibus, *Folia tenella quaſi conglutinata ſunt. Floſculi plurimi.*

linifolia. 13. A. corymbo ſimplici, fol. linearibus. *Suppl. p. 361.*

dentata. 14. A. corymb. compofitis, fol. recurvis: inferioribus linearibus dentatis; fuperioribus ovatis ferratis. β. A. *laevigata*, corymbis compofitis, fol. ovatis amplexicaulibus fubdentatis recurvis. *Syft. ed. 12. p. 541.*

parviflora. 15. A. corymb. compofitis, fol. pinnatis linearibus. *Mant. 464.* Tanacetum crithmifolium. *Sp. plant. 1182. Berg. cap 239* Elichryfum aethiopicum f. Stoechas arborea, foliis abrotani. *Pluk. alm. 134. t. 325. f. 3. Flofculi faepius 3.*

pinnata. 16. A. corymb. denfis compofitis, fol. pinnatis linearibus tomentofis. *Suppl. p. 361.*

pectinata. 17. A. corymbo compofito, fol. pinnatis glabris. *Suppl. p. 361.*

dentata. 18. A. corymbo compofito, fol. lanceolatis dentatis ferratis. *Suppl. p. 361.*

filiformis. 19. A. corymbo compofito, fol. linearibus glabris patulis. *Suppl. p. 361.*

cinerea. 20. A. corymbo compofito, fol. linearibus tomentofis integris. *Suppl. p. 361.*

POLYGAMIA SUPERFLUA.

944. TANACETUM. *Recept.* nudum. *Pappus* fubmarginatus. *Cal.* imbricatus, hemifphaericus. *Cor.* radii obfoletae, 3-fidae. (*interdum nullae omnesque flofculi hermaphroditi.*)
1182.

fibiricum. 1. T. foliis pinnatis: laciniis lineari-filiformibus, corymbis glabris, caule herbaceo.

incanum. 2. T. fol. bipinnatis tomentofis, corymbo ovato compofito.

cotuloides. 3. T. fol. dentato-pinnatis acuminatis, caule ramofiffimo, floribus fubpaniculatis. *Mant. 282.*

annuum. 4. T. fol. bipinnatifidis linearibus acutis, corymbis tomentofis.

monanthos. 5. T. caul. fimpliciffimis unifloris longitudine foliorum. *Mant. 111.*

vulgare. 6. T. fol. bipinnatis incifis ferratis. — *Fl. dan. t. 871.* M. *Radius calidiore aeftate prodit.*

Balfamita. 7. T. fol. ovatis integris ferratis.

945.

945. ARTEMISIA. *Recept.* ſubvilloſum vel nudiuſculum. *Pappus* nullus. *Cal.* imbricatus ſquamis rotundatis, conniventibus. *Cor.* radii nullae.
1184.

* *Fruticoſae, erectae.*

vermiculata. 1. A. fruteſcens, foliis aceroſis confertis minimis, panicula racemoſa, floribus ſeſſilibus. *Mant.* 281. Abſinthium africanum arboreſcens, folio vermiculato incano. *Tournef. inſt.* 358.

capillaris. 2. A. fruticoſa, fol. ſimplicibus capillaceis. *Thunb. jap. mſpt.* M.

judaica. 3. A. fruticoſa, fol. obovatis obtuſis lobatis parvis, flor. paniculatis pedicellatis. *Mant.* 281 111.

aethiopica. 4. A. fruticoſa, fol. palmatis linearibus minutiſſimis, flor. racemoſis pedunculatis. *Mant.* 283.

contra. 5. A. fruticoſa, fol. palmatis linearibus minutis, panicula racemoſa, flor. ſeſſilibus *Mant.* 282.

Abrotanum. 6. A. fruticoſa, fol. ſetaceis ramoſiſſimis.

arboreſcens. 7. A. fruticoſa, fol. compoſitis multifidis linearibus, flor. ſubgloboſis.

** *Procumbentes ante floreſcentiam.*

ſantonica. 8. A. fol. caulinis linearibus pinnato-multifidis, ramis indiviſis, ſpic. ſecundis reflexis, flor. quinquefloris. β. Abſinthium ſantonicum gallicum. *Bauh. pin.* 139. *Cam. epit.* 457.

campeſtris. 9. A. fol. multifidis linearibus, caul. procumbentibus virgatis. *Racemi ſimplices, alterni, floribus ſolitariis.*

paluſtris. 10. A. fol. linearibus pinnatis integerrimis, flor. glomeratis ſubſeſſilibus.

crithmifolia. 11. A. fol. compoſitis divaricatis linearibus carnoſis glabris, caule adſcendente paniculato.

maritima. 12. A. fol multipartitis tomentoſis, racem. cernuis, floſculis foemineis ternis. γ. Abſinthium ſeriphium gallicum. *Bauh. pin.* 139.

glacialis. 13. A. fol. palmatis multifidis ſericeis, caul. adſcendentibus, flor. glomeratis faſtigiatis. – *Jacq. Fl. auſtr. v.* 5. *app. t.* 35. M.

rupeftris. 14. A. fol. pinnatis, caulibus adfcendentibus, flor. globofis cernuis: receptaculo pappofo. — *Fl. dan. t. 801.* M.

fpicata. 15. A. fol. radicalibus biternatis, caule adfcendente fpicato, flor. erectis. *Jacq. in Litt. Fl. auftr. v. 5. app. t. 34.* M.

*** *Erectae herbaceae, foliis compofitis.*

pontica. 16. A. fol. multipartitis fubtus tomentofis, flor. fubrotundis nutantibus: receptaculo nudo. — *Jacq. Fl. auftr. v. 1. t. 99.* M.

auftriaca. 17. A. fol. multipartitis tomentofis incanis, floribus oblongis nutantibus: receptaculis nudis. *Jacq. in Litt. Fl. auftr. v. 1. t. 100.* M.

annua. 18. A. fol. triplicato-pinnatis utrinque glabris, flor. fubglobofis nutantibus: receptaculo glabro conico.

tanaceti-folia. 19. A. fol. bipinnatis fubtus tomentofis nitidis: pinnis transverfis, racem. fimplicibus.

Abfinthi-um. 20. A. fol. compofitis multifidis, flor. fubglobofis pendulis: receptaculo villofo.

vulgaris. 21. A. fol. pinnatifidis planis incifis fubtus tomentofis, racem. fimplicibus recurvatis, flor. radio quinquefloro.

pectinata. 22. A. fol. pinnatis pectinatis glabris feffilibus, flor. axillaribus folitariis feffilibus quadrifloris. *Suppl. p. 362.* Artemifia pectinata. *Pall. it. vol. 3. p. 755. tab. H. h. f. 2.*

**** *Foliis fimplicibus.*

integrifo-lia. 23. A. fol. lanceolatis fubtus tomentofis integerrimis dentatisque, flofculis foemineis quinis.

japonica. 24. A. fol. glabris: rameis lanceolatis integris, caulinis oblongis trifidis, flor. racemofis cernuis. *Thunb. jap. mfpt.* M.

coerule-fcens. 25. A. fol. caulinis lanceolatis integris: radicalibus multifidis, flofculis foemineis ternis.

Dracun-culus. 26. A. fol. lanceolatis glabris integerrimis.

chinenfis. 27. A. fol. fimplicibus tomentofis obtufis lanceolatis: inferioribus cuneiformibus trilobis.

madera-fpatana. 28. A. fol. fimplicibus lyrato-finuatis, caulibus procumbentibus, flor. pedunculatis folitariis globofis

bosis oppositifoliis. Nelampala. *Rheed. mal. 10. p. 97. t. 49.*

minima. 29. A. fol. cuneiformibus repandis, caule procumbente, flor. axillaribus sessilibus. *Burm. ind. t. 58. f. 3. (Distincta ab Ethulia divarisata) – Ipse Jacquin in Litt. jam quaerit, anne forte eadem sit ac suum Tanacetum aegyptiacum. Hort. vind. v. 3. t. 88.* M.

946. GNAPHALIUM. *Recept.* nudum. *Pappus* plumosus. *Cal.* imbricatus: squamis marginalibus rotundatis, scariosis, coloratis.
1191.

* *Fruticosa Argyrocoma.*

eximium. 1. G. fruticosum, foliis sessilibus ovatis confertis erectis tomentosis, corymbo sessili. *Mant. 573.* Elichrysum africanum fol. sessilibus lanceolatis, capitulis congestis ex rubello aureis. *Edw. av. 183. t. 183.*

arboreum. 2. G. fruticosum, fol. sessilibus linearibus supra glabris margine revolutis, floribus subcapitatis, pedunculis elongatis. *Receptaculum lanatum.*

grandiflorum. 3. G. fruticosum, fol. amplexicaulibus ovatis trinerviis utrinque lanuginosis. *Berg. cap. 245. Capitulum longe pedunculatum.*

fruticans. 4. G. fruticosum, fol. ovatis amplexicaulibus, caule rigente, cyma sessili. *Mant. 282. Affine G. grandifloro.*

crispum. 5. G. fruticosum, fol. subtus tomentosis supra scabris: radicalibus petiolatis oblongis; caulinis amplexicaulibus undulatis. *Suppl. p. 363.*

appendiculatum. 6. G. frutescens, fol. sessilibus imbricatis lanceolatis lanatis apice membrana scariosa appendiculatis. *Suppl. p. 363.*

coronatum. 7. G. fruticosum, fol. sessilibus lanceolatis, corymbis compositis sessilibus, pedunculis aphyllis, calycibus coronatis.

discolorum. 8. G. fruticosum, fol. sessilibus lanceolatis, calycibus albis: squamis inferioribus incarnatis. Gnaphalium pyramidale. *Berg. cap. 465.* Gnaphalium frutescens tomentosum, folio oblongo, floribus cymosis. *Burm. afr. 224. t. 79. f. 4. Flores subumbellati.*

muricatum. 9. G. fruticosum, fol. subulatis mucronatis, umbella composita, cal. subtrifloris cylindricis. *Berg. cap. 262. Variat foliis instar Juniperi pungentibus. Flosculi 3 s. 5 s. 6. Flosculi varius 5. s. 6*

ericoides. 10. G. fruticosum, fol. sessilibus linearibus, calyc. exterioribus rudibus; interioribus incarnatis.

teretifolium. 11. G. fruticosum, fol. confertis teretiusculis, corymb. ramosis, calyc. extus ferrugineis. *Berg. cap. 261.*

** *Fruticosa Chrysocoma.*

mucronatum. 12. G. fruticosum, fol. subulatis mucronatis, calycinis squamis subrotundis. *Mant. 283.* Gnaphalium fruticosum, foliis subulatis tomentosis mucronatis, calycibus subrotundis majusculis paniculatis. *Berg. cap. 269.* Xeranthemum frutescens foliis linearibus angustissimis, capitulis sulphureis. *Burm. afr. 179. t. 66. f. 3.*

Stoechas. 13. G. fruticosum, fol. linearibus, corymbo composito, ramis virgatis.

ignescens. 14. G. fruticosum, fol. sublanceolatis tomentosis sessilibus, corymbis alternis conglobatis, flor. globosis.

dentatum. 15. G. fruticosum, fol. cuneiformibus dentatis sessilibus, corymbo simplici.

serratum. 16. G. fruticosum, fol. amplexicaulibus lanceolatis serratis supra nudis.

patulum. 17. G. fruticosum, fol. amplexicaulibus spatulatis, corymb. aggregatis, ramis patentibus. *Berg. cap. 256.*

petiolatum. 18. G. fruticosum, fol. ovatis integerrimis petiolatis, flor. confertis terminalibus. *Affinis maxime praecedenti.*

crassifolium. 19. G. fruticosum, fol. lato-lanceolatis subpetiolatis coriaceis tomentosis, corymbo composito, caule prolifero. *Mant. 112*

maritimum. 20. G. fruticosum ramosissimum, fol. lanceolatis sessilibus acutiusculis, calycinis intimis squamis aureis. *Mant. 283.* Gnaphalium sericeum, foliis oblongis acutis, floribus cymosis. *Burm. afr. 216. t. 77. f. 2. Differt a G. crassifolio foliis basi minime angustatis.*

repens.

repens. 21. G. ſuffruticoſum, fol. linearibus, caule repente recto, ramis erectis ſimpliciſſimis. *Mant.* 283.

umbellatum. 22. G. fruticoſum, fol. faſciculatis ſubulatis tortis, umbellis ſimplicibus terminalibus ſeſſilibus. *Suppl. p.* 363.

hiſpidum. 23. G. fruticoſum, fol. linearibus ſemiteretibus ſulcis exaratis hiſpidis patulis, capitulis terminalibus ſimplicibus. *Suppl. p.* 363.

*** *Herbacea Chryſocoma.*

cylindricum. 23. G. fol. herbaceum, fol. ſeſſilibus oblongis tomentoſis, corymbo inaequalibus, calyc. glabris cylindricis ſeſſilibus.

orientale. 25. G. ſubherbaceum, fol. lineari-lanceolatis ſeſſilibus, corymbo compoſito, pedunc. elongatis.

arenarium. 26. G. herbaceum, fol. lanceolatis: inferioribus obtuſis, corymbo compoſito, caul. ſimpliciſſimis. — *Fl. dan.* 641. M.

rutilans. 27. G. herbaceum, fol. lanceolatis, corymbo decompoſito, caule inferne ramoſo.

milleflorum. 28. G. (*addo* M. herbaceum) floribus corymboſis faſtigiatis ruſeſcenti-albidis, calyc. ſubcylindricis. *Suppl. p.* 362.

imbricatum. 29. G. herbaceum, fol. lanceolatis tomentoſis, ſquamis calycinis reflexis, caule ramoſo. Gnaphalium paniculatum. *Berg. cap.* 256.

cymoſum. 30. G. herbaceum, fol. lanceolatis trinerviis: ſupra glabris, racemo terminali, caule inferne ramoſo. *Berg. cap.* 258. Elichryſum aethiopicum, numeroſis et anguſtis foliis. *Pluk. alm.* 134. *t.* 279. *f.* 1.

nudifolium. 31. G. herbaceum, fol. lanceolatis trinerviis nudis reticulato-venoſis. *Berg. cap.* 247. Elichryſum quinquenerviifolio. *Pet. gaz. t.* 82. *f.* 1. *Receptaculum nudum adeoque non Athanaſiae generis.*

luteo-album. 32. G. herbaceum, fol. ſemiamplexicaulibus enſiformibus repandis obtuſis utrinque pubeſcentibus, flor. conglomeratis.

pedunculare. 33. G. herbaceum, fol. ſpatulatis ſubamplexicaulibus ſubtus tomentoſis, calycinis ſquamis acutiuſculis. *Mant.* 284.

odoratiſſimum. 34. G. herbaceum, fol. decurrentibus mucronatis utrinque tomentoſis planis. Gnaphalium aureo

reo fulvum. *Berg. cap. 257. Folia totaliter decurrentia.*

**** *Herbacea Argyrocoma.*

sanguineum. 35. G. herbaceum, fol. decurrentibus lanceolatis tomentosis planis apiculo nudo terminali.

foetidum. 36. G. herbaceum, fol. amplexicaulibus integerrimis acutis subtus tomentosis, caule ramoso. *Variat calycibus argenteis et aureis. Volk. norib. 194 t. 194.*

undulatum. 37. G. herbaceum, fol. subdecurrentibus lanceolatis undulatis acutis subtus tomentosis, caule ramoso. *Folia summa decurrentia.*

crispum. 38. G. herbaceum, fol. amplexicaulibus spatulatis tomentosis, calyc. obtusissimis plicato-undulatis, basi tomentosis. *Berg. cap. 253. Pluk. alm. 171. t. 298. f. 3.*

helianthemifolium. 39. G. herbaceum, fol. subamplexicaulibus lanceolatis, corymbis compositis, calycum squamis subplicatis.

squarrosum. 40. G. herbaceum, fol. sessilibus lingulatis tomentosis, calyc. squamis interioribus subulatis recurvatis.

stellatum. 41. G. herbaceum, fol. sessilibus lanceolatis villosis, calyc. acutis extus incarnatis.

obtusifolium. 42. G. herbaceum, fol. lanceolatis, caule tomentoso paniculato, flor. glomeratis conicis terminalibus.

margaritaceum. 43. G. herbaceum, fol. lineari-lanceolatis acuminatis alternis, caule superne ramoso, corymbis fastigiatis.

plantagineum. 44. G. sarmentis procumbentibus, caule simplicissimo, fol. radicalibus ovatis maximis. *Simile sequenti.*

dioicum. 45. G. sarmentis procumbentibus, caule simplicissimo, corymbo simplici, flor. divisis.

alpinum. 46. G. sarmentis procumbentibus, caule simplicissimo, capitulo aphyllo, flor. oblongis. *Fl. dan. t. 332. Foemineis adhuc solum visis.*

indicum. 47. G. herbaceum, fol. lanceolatis, caule ramosissimo diffuso, corymbis inaequalibus, calyc. intus coloratis (*Synonymon Plukenetii dubium*).

purpureum. 48. G. herbaceum, fol. lanceolatis nudis, caule erecto simplicissimo, flor. spicatis lateralibus sessilibus.

denu-

denudatum. 49. G. fol. ſpatulatis ſubtus niveis tomentoſis ſupra laevibus. *Suppl. p. 364.*

* * * * * *Filaginoidea.*

ſylvaticum. 50. G. caule herbaceo ſimpliciſſimo erecto, flor. ſparſis. *Fl. dan. t. 254. Varietas forte? minor, calyce ſimillimo ex alpibus europaeis.*

verticillatum. 51. G. caule herbaceo ſimpliciſſimo, flor. verticillatis, fol. linearibus. *Suppl. p. 364.*

Oculus Cati. 52. G. caule herbaceo proſtrato, fol ovatis glomeratis terminalibus villoſiſſimis. *Suppl. p. 364.*

piloſellum. 53. G. caule herbaceo, fol. lanceolatis quinquenerviis ſubtus tomentoſis, caule nudo, floribus capitatis. *Suppl. p. 364.*

declinatum. 54. C. caule herbaceo, fol. lineari-lanceolatis, calyc. radio albo lanceolato. *Suppl. p. 365*

coronatum. 55. G. caule herbaceo, fol. lanceolatis, calyc. radio multiplici ſubrotundo. *Suppl. p. 365.*

ſupinum. 56. G. caule herbaceo ſimplici procumbente, flor. ſparſis. *Syſt. nat. 3. p. 234.* Gnaphalium ſupinum, lavandulae folio. *Bocc. muſ. 107. t. 85.* Gnaphalium oblongo folio. *Scheuch. alp. 2. p. 134.*

uliginoſum. 57. G. caule herbaceo ramoſo diffuſo, floribus confertis terminalibus. — *Fl. dan. t. 859.* M.

glomeratum. 58. G. caule herbaceo diffuſo, calycib. ſquamis interioribus ſubulatis nudis, fol. ſubamplexicaulibus. *Berg. cap. 251. Folia ſpatulata, hirſutiſſima capitula folioſa. Rami caule altiores.*

† *Subjungo ſeorſim.*

japonicum. 59. G. herbaceum erectum, fol. lineari-enſiformibus ſubtus niveis, capitulis terminalibus. *Thunb. jap. mſpt.* M.

947. XERANTHEMUM. *Recept.* paleaceum. *Pappus* 1201. ſetaceus. *Cal* imbricatus, radiatus: radio colorato.

* *Receptaculo paleaceo; Pappo quinqueſeto.*

annuum. 1. X. herbaceum, foliis lanceolatis patentibus. — *Jacq. Fl. auſtr. v. 4. t. 388. Mill. illuſtr. ic* M. *Radii ſtigma ſimplex; Semen nudum. Diſci ſtigma ſubbifidum; Semen quinque ariſtatum.*

** *Re-*

* * *Receptaculo nudo. Pappo piloso.*

vestitum. 2. X. fruticosum erectum, fol. adnatis lanceolato-linearibus apice calloso-mucronatis, ramis unifloris foliosis. *Planta tota vestita denso tomento.*

speciosissimum. 3. X. fruticosum erectum, fol. amplexicaulibus lanceolatis trinerviis, flor. pedunculatis. *Pappus plumosus.*

proliferum. 4. X. caule fruticoso prolifero, flor. sessilibus, fol. granulato-subrotundis imbricatis obsoletis. *Mant. 467. Berg. cap. 272.*

imbricatum. 5. X. caul. fruticosis, fol. ovatis subtomentosis, pedunc. squamosis. Xeranthemum capense tartonaire foliis. *Pet. Gaz. t. 5. f. 10.* Xeranthemum variegatum. *Berg. cap. 271. Calyces nitidi, albi extus medio rufi. Pappus rubicundus.*

canescens. 6. X. fruticosum, fol. imbricatis ovato-subulatis glabris. *Calyces nitidi purpurei: infimis subtestaceis. Pappus albus.*

* * * *Receptaculo nudo, Pappo plumoso.*

retortum. 7. X. caul. frutescentibus provolutis, fol. tomentosis recurvatis.

spinosum. 8. X. squamis calycinis mucronato-spinosis.

sesamoides. 9. X. ramis unifloris imbricatis, fol. linearibus. *Berg. cap. 273. Calyx albus s. purpureus.*

virgatum. 10. X. ramis unifloris virgatis, fol. lanceolatis tomentosis, pedunc. subnudis. *Mant. 284. Berg. cap. 275.* Elichrysum africanum tomentosum, angustissimo folio, calyce sulphureo amplo. *Breyn. prodr. 3. t. 16. f. 3. Differt a X. sesamoide calyce flavo.*

Staehelina. 11. X. pedunculis terminalibus exsertis nudis unifloris, fol. lanceolatis tomentosis. *Habitat ad Cap. b. spei. Dav. Royen. Caulis lignosus, tener, paniculato-ramosus, ut tota Herba albo tomentosus. Pedunculi longi, terminales.*

variegatum. 12. X. flor. solitariis nutantibus, squamis calycinis obtusis maculatis. *Roy. mss.* Xeranthemum africanum, gnaphalii foliis tomentosis, foliis et squamarum summitatibus ferrugineis. *Raj. suppl. 181.*

pani-

panicula-tum. 13. X. flor. paniculatis, fol. lineari-lanceolatis. *Syst. ed. 13. p. 625. An ab hac differt* Xeranthemum *paniculatum*, fruticosum, foliis subulatis canaliculatis lanatis cuspidatis patulis, corymbis terminalibus. *Suppl. p. 366?*

**** —— †

fulgidum. 14. X. fol. lato-lanceolatis convoluto-incumbentibus, flor. nonnullis. *Suppl. p. 365.*

stolonife-rum. 15. X. procumbens, repens, sericeum, fol. oblongis recurvato-patulis, ramulis unifloris. *Suppl. p. 366.*

recurva-tum. 16. X. fol. recurvatis lanceolatis complicato-canaliculatis cuspidatis ciliatis, ramulis unifloris. *Suppl. p. 366.*

948. CARPESIUM. *Recept.* nudum. *Pappus* nullus.
1203. *Cal* imbricatus: squamis exterioribus reflexis.

cernuum. 1. C. floribus terminalibus. — *Jacq. Fl. austr. v. 3. t. 204.* M.

abrotanoides. 2. C. flor. lateralibus.

949. BACCHARIS. *Recept.* nudum. *Pappus* pilosus.
1205. *Cal.* imbricatus, cylindricus. *Flosculi* feminei hermaphroditis immixti.

ivaefolia. 1. B. foliis lanceolatis longitudinaliter dentato-serratis. *Barth. act. 2. p. 57. t. 57.* (*excluso Synonymo Morisoni*). *Flosculi Foeminei corollula 3-fida, copiosissimi; Hermaphroditi disci pauci, 5-fidi.*

neriifolia. 2. B. fol. lanceolatis superne uno alterove denticulo serratis.

arborea. 3. B. fol. elliptico-lanceolatis integerrimis nudis petiolatis. *Mant. 284. Arbor in hac classe maxima.*

halimifolia. 4. B. fol. obovatis superne emarginato-crenatis.

Dioscoridis. 5. B. fol. lato-lanceolatis dentatis sessilibus stipulatis. *Syst. ed. 13. p. 626. Suppl. p. 366. Se-*

ro

---

† *Supplementum plant. in speciebus novis hujus generis characterum subdivisionum rationem non habet; hinc tres junctim subiungendae.* M.

ro floret, in caldario vix ad florem pervenit luxurians.

indica. 6. B. fol. obovatis denticulatis petiolatis.

brasiliana. 7. B. fol. obovatis integris scabris sessilibus subtus venosis.

foetida. 8. B. fol. lanceolatis serrato-dentatis, corymb. foliosis.

950. CONYZA. *Recept.* nudum. *Pappus* simplex. *Cal.* 1205. imbricatus, subrotundus. *Cor.* radii trifidae.

squarrosa. 1. C. foliis lanceolatis acutis, caule herbaceo corymboso, calycibus squarrosis. — *Fl. dan. 622.* M.

linifolia. 2. C. fol. lineari-lanceolatis integerrimis, corollis radiatis.

sordida. 3. C. fol. linearibus integerrimis, pedunculis longis trifloris, caule suffruticoso. *Mant. 466.* Gnaphalium sordidum. *Sp. plant. 1193. Affinis C. saxatili.*

saxatilis. 4. C. fol. linearibus subdentatis, pedunc. longissimis unifloris, caule suffruticoso.

canescens. 5. C. fol. linearibus, panicula fastigiata. *Suppl. p. 397.*

rupestris. 6. C. fol. spatulatis subdentatis cauleque suffruticoso tomentosis, pedunc. elongatis unifloris. *Mant. 113.*

scabra. 7. C. fol. oblongis subdentatis sessilibus scabris, pedunc. unifloris elongatis. *Mant. 113.*

asteroides. 8. C. fol. lato-lanceolatis subserratis, coroll. radiatis, cal. squarrosis.

bifrons. 9. C. fol. ovato-oblongis amplexicaulibus. *Conf. Inula bifrons.*

lobata. 10. C. fol. inferioribus trifidis; superioribus ovato-lanceolatis obsolete serratis, flor. corymbosis.

bifoliata. 11. G. fol. ovalibus dentatis, pedunc. diphyllis: bracteis oppositis.

pubigera. 12. C. fol. oblongis subdentatis subpetiolatis, pedunc. lanatis subbifloris. *Mant. 113.*

tortuosa. 13. C. caule tortuoso fruticoso, fol. ovato-oblongis integerrimis, racem. reflexis.

candida. 14. C. fol. ovatis tomentosis, flor. confertis, pedunc. lateralibus terminalibusque. Aster ragusinus, folio verbasci. *Zan. hist. 33. Pedunculi superne*

perne incrassati. Variat radiata radio brevi recurvo.

anthelmintica. 15. C. fol. lanceolato-ovatis scabris, pedunc. unifloris, calyc. squarrosis. *Radix annua. Caulis, teres, pubescens, rectus. Folia alterna, acuta, serrata, angustata in Petiolum basi purpurascentem. Calycis apices lanceolati, elongati, patuli. Corolla parva, purpurascens: Flosculis 25, hermaphroditis.*

balsamifera. 16. C. fol. lanceolatis subtus tomentosis: petiolis etiam dentatis. *Sp. plant. 1208. Pappus ferrugineus.*

cinerea. 17. C. fol. oblongis, flor. paniculatis, coroll. cylindricis, calyce duplo longioribus. Senecio indicus atriplicis folio. *Moris. hist. 3. p. 106. s. 7. t. 17. f. 7. Caulis erectus, paniculatus, pubescens. Folia canescentia, lanceolato-elliptica, repando serrata, remota. Corollae cylindricae, purpureae. Styli breves. Pappus calyce longior.*

odorata. 18. C. fol. ovatis serratis subtomentosis acutis, caule corymboso, coroll. subglobosis.

chinensis. 19. C. fol. lanceolato-ovatis reflexo-serratis subtus tomentosis, flor. terminalibus congestis

hirsuta. 20. C. fol. ovalibus integerrimis scabris subtus hirsutis.

arborescens. 21. C. fol. ovatis integerrimis acutis subtus tomentosis, spicis recurvatis secundis, bract. reflexis.

fruticosa. 22. C. fol. ovatis integerrimis obtusis, flor. sessilibus alternis, ramulis flexuosis.

virgata. 23. C. fol. decurrentibus lanceolatis serrulatis, caul. virgatis, flor. spicatis sparsis congestis.

decurrens. 24. C. fol. decurrentibus lanceolatis serrulatis, flor. axillaribus sessilibus glomeratis.

aurita. 25. C. fol. dentato-sinuatis, auriculis subdecurrentibus. *Suppl. p. 367.*

951. ERIGERON. *Recept.* nudum. *Pappus* pilosus. *Cor.* 1209. radii lineares, angustissimae.

viscosum. 1. E. peduuculis unifloris lateralibus, foliis lanceolatis denticulatis basi reflexis, calycibus squarrosis, corollis radiatis. *Mant. 468. — Jacq. hort. v. 2. t. 165.* M. Virga aurea major, foliis glutinosis graveolentibus. *Tournef. inst. 580.*

 Vaill.

Vaill. Act. 579. Pedunculi diphylli, uniflori, vix foliis longiores. Flores radiati.

graveolens. 2. E. fol. sublinearibus integerrimis, ramis lateralibus multifloris. *Mant. 468. Flores radiati.*

glutinosum. 3. E. fol. lanceolato-linearibus piloso-viscidis, pedunculis unifloris. *Mant. 112. Flores purpuri.*

siculum. 4. E. squamis calycinis inferioribus laxis florem superantibus, pedunc. foliosis. *Caules rubentes. Inulae pulicariae affinis.*

carolinianum. 5. E. caule paniculato, flor. subsolitariis terminalibus, fol. linearibus integerrimis.

canadense. 6. E. caule floribus paniculatis, hirtis, fol. lanceolatis ciliatis. Virga aurea virginiana hirsuta, flore pallido. *Zanon. hist. 1. p. 204. t. 78.*

bonariense. 7. E. fol. basi revolutis.

jamaicense. 8. E. caule paucifloro subvilloso, fol. cuneiformi-lanceolatis: serraturis utrinque duabus.

philadelphicum. 9. E. caule multifloro, fol. lanceolatis subserratis: caulinis semiamplexicaulibus, flosculis radii capillaceis longitudine disci. (*Non descriptio, quae E. aegyptiaci.*)

aegyptiacum. 10. E. fol. semiamplexicaulibus spatulatis dentatis, flor. globosis. *Mant. 112. 517.* — *Jacq. hort. v. 3. t. 19.* M.

Gouani. 11. E. flor. congestis, cal. scariosis, sed lanceolatis subdentatis margine scabris. *Mant. 469.* — *Jacq. hort. v. 3. t. 79.* M.

acre. 12. E. pedunculis alternis unifloris.

alpinum. 13. E. caule subbifloro, calyce subhirsuto, fol. obtusis subtus villosis. *Fl. dan. t. 292.* Erigeron squamis calycinis planis, foliis obtusis subtus villosis *Ger. prov. 202. Variat extra alpes Caule paniculato, Calyce glabro.*

uniflorum. 14. E. caule unifloro, calyce piloso.

gramineum. 15. E. caule unifloro, fol. linearibus ciliatis scabris.

camphoratum. 16. E. fol. lanceolato-ovatis villosis: serraturis apice cartilagineis.

japonicum. 17. E. fol. sessilibus obovatis serratis villosis, flor. paniculatis. *Thunb. jap. mspt.* M.

scandens. 18. E. fol. ovatis serratis villosis, flor. axillaribus, caule scandente *Thunb. l. c.* M.

tuberosum. 19. E. fol. linearibus, ramis unifloris, caule suffruticoso. Erigeron fol. rigidis, caul. sublignoso pauci-

pauciflоro. *Ger. prov. 205. Radix praemorſa. Varietates a Gronovio.*

foetidum. 20. E. ſol. lanceolato-linearibus retuſis, flor. corymboſis. Pſeudo-Helichryſum fruteſcens africanum, retuſis foliis viridibus, flore luteo nudo. *Moriſ. hiſt. 3. p. 90. n. 1. Conf.* Inulam foetidam.

tricuneatum. 21. E. fruticuloſum, fol. cuneatis trilobis. *Suppl. p. 368.*

pinnatum. 22. E. fol. pinnatifidis dentatis. *Suppl. p. 368.*

952. TUSSILAGO. *Recept.* nudum. *Pappus* ſimplex.
1213. *Cal.* ſquamae aequales, diſcum aequantes, ſubmembranaceae.

Anandria. 1. T. ſcapo unifloro ſquamoſo erecto, foliis lyrato-ovatis. *In frigidioribus Calyx clauſus flore floſculoſo; in calidioribus flore radiato patente.*

dentata. 2. T. ſcapo unifloro ebracteato, fol. lanceolatis dentatis villoſis.

nutans. 3. T. ſcapo unifloro ebracteato, flore nutante, fol. lyratis obtuſis.

alpina. 4. T. ſcapo unifloro ſubnudo, fol. cordato-orbiculatis crenatis, (*addo* M. *auctore Jacq.*) utrinque virentibus. *Jacq. Fl. auſtr. t. 246.* M. *Scapus una alterave bractea.*

diſcolor. 5. T. ſcapo unifloro ſubnudo, fol. cordato-orbiculatis crenatis ſupra lucidis, ſubtus tomentoſo-incanis. *Jacq. in Litt. Fl. auſtr. v. 3. t. 247* M.

ſylveſtris. 6. T. ſcapo ſubunifloro ſubnudo, fol. cordato-orbiculatis, inciſo-lobatis. *Jacq. in Litt. Fl. auſtr. v. 5. app. t. 12.* M.

Farfara. 7. T. ſcapo unifloro imbricato, fol. ſubcordatis angulatis denticulatis. *Fl. dan. t. 595.*

japonica. 8. T. floribus alternis radiatis. *Mart. 113.* Arnica tuſſilaginea. *Burm. ind. 182.* Doronicum tuſſilaginis folio. *Pluk. amalth. 71. t. 390. f. 6. Burm.*

frigida. 9. T. thyrſo faſtigiato, flor. radiatis. *Fl. dan. t. 61. Variat floribus floſculoſis et radiatis.*

alba. 10. T. thyrſo faſtigiato, floſculis foemineis nudis paucis. *Fl. dan. t. 524.*

hybrida. 11. T. thyrſo oblongo, floſculis foemineis nudis plurimis.

Petasites. 12. T. thyrso ovato, flosculis foemineis nudis paucis. — *Fl. dan. t. 842.* M. *Flosculi foeminei (inter hermaphroditos) 2 s. 3, vix petaloidei, ligulati, albi. Filius.*

953. SENECIO. *Recept.* nudum. *Pappus* simplex. *Cal.* 1215. cylindricus, calyculatus: squamis apice sphacelatis.

* *Floribus flosculosis.*

hieracifolius. 1. S. corollis nudis, foliis amplexicaulibus laceris, caule herbaceo erecto. *Mant. 469.*

purpureus. 2. S. coroll. nudis, fol. lyratis hirtis; superioribus lanceolatis dentatis. *Berg. cap. 276.*

cernuus. 3. S. coroll. nudis nubilibus cernuis, fol. erosis auriculatis. *Suppl. p. 370.* Senecio rubens. *Jacq. hort. v. 3. p. 50. t. 98.*

persicifolius. 4. S. coroll. nudis, fol. lanceolatis integerrimis basi dentatis.

virgatus. 5. S. coroll. nudis, fol. lyratis subtus tomentosis, pedunc. unifloris: squamis subulatis.

divaricatus. 6. S. coroll. nudis, fol. lanceolatis dentatis scabris, ramulis floriferis divaricatis.

Pseudo-China. 7. S. coroll. nudis, scapo subnudo longissimo.

reclinatus. 8. S. coroll. nudis, fol. linearibus sparsis scabris recurvis, caule frutescente. *Suppl. p. 369.* Senecio graminifolius. *Jacq. Misc. 2. p. 322. Icon. rar.* M.

vulgaris. 9. S. coroll. nudis, fol. pinnato-sinuatis amplexicaulibus, flor. sparsis. *Fl. dan. t. 513.*

arabicus. 10. S. coroll. nudis, fol. subbipinnatis petiolatis laevibus. *Mant. 114.*

peucedanifolius. 11. S. coroll. nudis, fol. pinnatis filiformibus. *Suppl. p. 372.*

japonicus. 12. S. coroll. nudis, fol. petiolatis inciso-pinnatifidis dentatis glabris. *Thunb. jap. mspt.* M.

** *Flor. radiatis: radio revoluto.*

triflorus. 13. S. coroll. revolutis, fol. sessilibus sinuatis, calyc. conicis: squamis minimis intactis.

aegyptius. 14. S. coroll. revolutis, fol. amplexicaulibus sinuatis, squamis calycinis brevioribus integris sphacelatis. *Mant. 517.*

livi-

lividus. 15. S. coroll. revolutis, fol. amplexicaulibus lanceolatis dentatis, ſquamis calycinis breviſſimis intactis.

trilobus. 16. S. coroll. revolutis, fol. amplexicaulibus, ſquamis calycinis ſphacelatis laceris.

viſcoſus. 17. S. coroll. revolutis, fol pinnatifidis viſcidis. ſquamis calycinis laxis longitudine perianthii.

ſylvaticus. 18. S. coroll. revolutis, fol. pinnatifidis denticulatis, caule corymboſo erecto. — *Fl. dan. t. 869.* M.

nebrodenſis. 19. S. coroll. revolutis, fol. lyratis ſinuatis obtuſis petiolatis, caule hirto.

glaucus. 20. S. coroll. revolutis, fol. amplexicaulibus lanceolatis obtuſis dentatis integerrimis.

varicoſus. 21. S. coroll. revolutis, fol. ovatis petiolatis dentatis puculato-varicoſis.

*** *Floribus radiatis: radio patente, fol. pinnatifidis.*

haſtatus. 22. S. coroll. radiantibus, petiolis amplexicaulibus, pedunc. folio triplo longioribus, fol. pinnato-ſinuatis.

pubigerus. 23. S. coroll. radiantibus, petiol. radicalibus lanatis, fol. runcinatis, caul. ſimpliciſſimis, flor. lateralibus ſeſſilibus.

elegans. 24. S. coroll. radiantibus, fol. pinnatifidis aequalibus patentiſſimis margine incraſſato recurvato. *Calycis ſquamae ſubciliatae.*

ſqualidus. 25. S. coroll. radiantibus calyce longioribus integris, fol. pinnatifidis: laciniis linearibus diſtantibus.

erucifolius. 26. S. coroll. radiantibus, fol. pinnatifidis dentatis ſubhirtis, caule erecto. *Culta villoſitatem exuit.*

incanus. 27. S coroll. radiantibus, fol. utrinque tomentoſis ſubpinnatis obtuſis, corymbo ſubrotundo. *Pluk. phyt. 39. f. 6.*

abrotanifolius. 28. S. coroll. radiantibus, fol. pinnato-multifidis linearibus nudis acutis, pedunc. ſubbifloris. — *Jacq. Fl. auſtr v. 1. t. 79.* M. Jacobaea alpina, foliis multifidis etſcheriana, flore luteo plerumque gemello. *Pluk. alm. 194. Folia Radicalia bipinnatifida; Caulina ſimpliciter pinnatifida. Pedunculi pubeſcentes,* 3 *ſ.* 4, *ſaepius biflori.*

canadensis. 29. S. coroll. radiantibus, fol. omnibus bipinnatis linearibus, pedunc corymbosis. Jacobaea chaerophylli foliis mariana. *Pluk. mant. 107.*

diffusus. 30. S. coroll. radiantibus, fol. bipinnatis linearibus, caulibus diffusis. *Suppl. p.* 371.

Jacobaea. 31. S. coroll. radiantibus, fol. pinnato-lyratis: laciniis lacinulatis, caule erecto.

tenuifolius. 32. S. coroll. radiantibus, fol omnibus pinnatis pinnis linearibus, pedunculis corymbosis, caule erecto. *Jacq. in Litt. Fl. austr. v.* 3. *t.* 278. M.

aureus. 33. S. coroll. radiantibus, fol. crenatis: infimis cordatis petiolatis; superioribus pinnatifidis lyratis.

lyratus. 34. S. coroll. radiantibus, fol infimis lyratis dentatis, supremis serratis amplexicaulibus: lobis margine muricatis. *Suppl. p.* 369. *Pilosus.*

alpinus. 35. S. coroll. radiantibus, fol. cordatis lyratis grosse serratis, petiolis auritis. *Suppl. p. 371.* Cineraria alpina. *Syst. ed. 13 p 636.*

umbellatus. 36. S. coroll. radiantibus linearibus, fol. pinnato-denticulatis: laciniis distantibus. *Mant. 470.* Senecio filifolius. *Berg. cap. 278.*

**** *Floribus radiatis: radio patente, fol. indivisis.*

linifolius. 37. S. coroll. radiantibus, fol. linearibus integerrimis, corymb. subsquamato, caule herbaceo.

rosmarinifolius 38. S. coroll. radiantibus, fol. linearibus margine revolutis, caule fruticoso. *Suppl. p.* 369.

paludosus. 39. S. coroll. radiantibus, fol. ensiformibus acute serratis subtus subvillosis, caule stricto. *Fl. dan. t* 385.

nemorensis. 40. S. coroll. radiantibus octonis, fol. lanceolatis biserratis subtus villosis, caule ramoso. — *Jacq. Fl. austr. v. 1. t. 184.* M.

sarracenicus. 41. S. coroll. radiantibus, flor. corymbosis, fol. lanceolatis serratis glabriusculis. — *Jacq. Fl. austr. v. 2. t. 186.* M.

sibiricus. 42. S. coroll. radiantibus quinqueradiis, fol. ellipticis laevibus. *Suppl p.* 370.

Doria. 43. S. coroll. radiantibus, flor. corymbosis, fol. subdecurrentibus nudis lanceolatis denticulatis, superioribus sensim minoribus. — *Jacq Fl. austr. v. 2. t. 185.* M. *Folia utrinque laevia.*

Bra-

Bracteae setaceae sub calyce. Similis Cacaliae saracenicae.

Doronicum. 44. S. coroll. radiante, caule indiviso subunifloro, fol. indivisis serratis: radicalibus ovatis subtus villosis. *Ger. prov. 196. t. 7. – Jacq. Fl. austr. v. 5. app. t. 45.* M. Doronicum helveticum humile, crassis foliis. *Bauh. pin. 185. prodr. 97. Varietates progressivas α - ε vidit Jacquin, at omnes negat convenire D. Haller.*

longifolius. 45. S. coroll. radiantibus, fol. linearibus sparsis, caule fruticoso. *Mant. 470. Berg. cap. 279.*

cruciatus. 46. S. coroll. radiantibus, fol. linearibus subtus tomentosis: inferioribus cruciatis, superioribus integris. *Suppl. p. 371.*

juniperinus. 47. S. coroll. radiantibus, caule fruticoso, fol. subulatis. *Suppl. p. 371.*

byzantinus. 48. S. coroll. radiantibus, fol. oblongis remote dentatis spinoso-denticulatis supra nudis, caule herbaceo. Solidago isatidis folio. *Raj. suppl. 177. n. 46. 58?* Jacobaea sicula, caule rigido ramoso, foliis ad marginem laciniatis, floribus parvis luteis. *Raj. suppl. 178. n. 49?* Hieracium montanum Conyzae s. Dentariae folio. *Bocc. sic. Statura S. rigidi, sed omnibus partibus longe angustior.*

halimifolius. 49. S. coroll. radiantibus, fol. obovatis carnosis dentatis, caule fruticoso.

ilicifolius. 50. S. coroll. radiantibus, fol. sagittatis amplexicaulibus dentatis, caule herbaceo. *Berg. cap. 281. Folia suprema hastata.*

rigidus. 51. S. coroll. radiantibus, fol. amplexicaulibus spatulatis repandis erosis scabris, caule fruticoso. *Seb. mus. 1. t. 22. f. 5. Caulis rigidus, scaber, inamoenus. Folia rigida, supra quasi oleo oblinita, non tamen glabra; subtus incana, villosiuscula. Flores parvi radio luteo pentapetalo: flosculis remotis integris.*

polifolius. 52. S. coroll. radiantibus, fol. ovatis spatulatis integris obtusis, adultioribus supra glabris, caule fruticoso.

angulatus. 53. S. coroll. radiantibus, fol. petiolatis ovatis dentato-angulatis glabris. *Suppl. p. 369.*

maritimus. 54. S. coroll. radiantibus, fol. amplexicaulibus ovatis denticulatis carnofis, caule herbaceo procumbente. *Suppl. p.* 369.

erofus. 55. S. coroll. radiantibus, fol. radicalibus petiolatis oblongis finuatis ferratis villofis, caule unifloro fubnudo. *Suppl. p.* 370.

marginatus. 56. S. coroll. radiantibus, fol. amplexicaulibus lanceolatis glabris fubarticulatis marginatis, corymbo compofito. *Suppl. p.* 370.

lanatus. 57. S. coroll. radiantibus, fol. feffilibus utrinque lanatis dentatis, infimis ovatis, fuperioribus lanceolatis. *Suppl. p.* 370.

cordifolius. 58. S. coroll. radiantibus, fol. cordatis dentatis, calycibus fimpliciffimis. *Suppl. p.* 372.

glaftifolius. 59. S. coroll. radiantibus, fol. amplexicaulibus lanceolatis fubdentatis laevibus. *Suppl. p.* 372.

954. ASTER. *Recept.* nudum. *Pappus* fimplex. *Cor.*
1224. radii plures 10. *Cal.* imbricati fquamae inferiores patulae.

* *Fruticofi.*

taxifolius. 1. A. fuffruticofus, foliis decurrentibus fubulatis canaliculatis ciliatis, floribus terminalibus. *Berg. cap.* 286.

reflexus. 2. A. fruticofus, fol. ovatis fubimbricatis recurvatis ferrato-ciliatis, flor. terminalibus. *Berg. cap.* 285. After africanus frutefcens, fplendentibus parvis et reflexis foliis. *Comm. hort.* 2. *p.* 51. *t.* 28. *Caulis prolifer. Radius fanguineus.*

crinitus. 3. A. fruticulofus, fol. ovato-oblongis acutis fubtus tomentofis, calyc. pilo terminatis. *Folia exquifite acuminata.*

fruticulofus. 4. A. fruticofus, fol. linearibus punctatis, pedunc. unifloris nudis. *Berg. cap.* 287.

** *Herbacei Integrifolii, pedunculis nudis.*

tenellus. 5. A. fol. fubfiliformibus aculeato ciliatis, pedunc. nudis, calyc. hemifphaericis aequalibus. *Mant.* 471. After parvus aethiopicus, chamaemeli floribus, tamarifci aegyptiaci foliis tenuiffime denticulatis. *Pluk. alm.* 56. *t.* 271. *f.* 4. *Raj. fuppl.* 164. *n.* 84.

alpi-

alpinus. 6. A. fol. ſpatulatis hirtis: radicalibus obtuſis, caul. ſimpliciſſimo unifloro. — *Jacq. Fl. auſtr. v. 1. t. 88.* M. *Folia caulina 2, rarius 3. Gouan. Calyx aequalis.*

ſibiricus. 7. A. fol. lanceolatis venoſis ſcabris extimo ſerratis, caul. ſtriatis, pedunc. tomentoſis.

Tripolium. 8. A. fol. lanceolatis integerrimis carnoſis glabris, ramis inaequatis, flor. corymboſis. — *Fl. dan. t.* 615. M.

Amellus. 9. A. fol. lanceolatis obtuſis ſcabris trinerviis integris, pedunc. nudiuſculis corymboſis, ſquamis calycinis obtuſis. *Eſt etiam flos in pratis, cui nomen Amello. Virg.*

divaricatus. 10. A. ramis divaricatis, fol. ovatis ſerratis, floralibus integerrimis obtuſiuſculis amplexicaulibus.

*** *Herbacei Integrifolii, pedunculis ſquamoſis.*

hyſſopifolius. 11. A. fol. linearibus integerrimis obliquatis acutis margine ſcabris, pedunc. ſubnudis. *Mant.* 114. 517.

dumoſus. 12. A. fol. linearibus integerrimis, caule paniculato, flor. terminalibus.

ericoides. 13. A. fol. linearibus integerrimis, caule paniculato, pedunc. racemoſis: pedicellis folioſis.

tenuifolius. 14. A. fol. ſublinearibus integerrimis, pedunc. folioſis.

linariifolius. 15. A. fol. linearibus integerrimis mucronatis ſcabris carinatis, pedunc. folioſis.

linifolius. 16. A. fol. linearibus acutis integerrimis, caule corymboſo ramoſiſſimo. *Folia lanceolata, ſenſim verſus apicem attenuata. Pedunculi ſquamis ſubulatis minimis.*

acris. 17. A. fol. lanceolato-linearibus ſtrictis integerrimis planis, flor. corymboſis faſtigiatis, pedunc. folioſis.

concolor. 18. A. fol. ovatis ſeſſilibus integerrimis, caule ſimpliciſſimo, racemo terminali.

rigidus. 19. A. fol. linearibus alternis, flor. terminalibus ſolitariis.

novae-angliae. 20. A. fol. lanceolatis alternis integerrimis ſemiamplexicaulibus, flor. confertis terminalibus, caule hiſpido.

undulatus. 21. A. fol. amplexicaulibus undulatis ſubtus tomentoſis, flor. racemoſis adſcendentibus.

grandiflorus. 22. A. fol. amplexicaulibus lingulatis integerrimis, ramis unifloris, calyc. ſquarroſis *Mill. ic.* 282. *Cateſby hunc in Europam primus introduxit.*

**** *Herbacei Serratifolii, pedunculis laevibus.*

cordifolius. 23. A. fol. cordatis ſerratis petiolatis, caule corymboſo, pedunc. aphyllis, caul. laevibus. *Caulis ſublaevis, ſuperne magis ramoſus. Folia radicalia cordata, acute ſerrata, ſubtus piloſiuſcula; Caulina inferiora ovata, ſerrata petiolis marginatis; ſuprema ſpatulato-lanceolata. amplexicaulia. Panicula corymboſa. Pedunculi nudi. Calyces imbricati, arcti. Radius exalbidus, vix purpuraſcens, 12-petalus.*

puniceus. 24. A. fol. ſemiamplexicaulibus lanceolatis ſerratis ſcabris, pedunc. alternis ſubunifloris, calyc. diſcum ſuperantibus.

annuus. 25. A. fol. lanceolatis: inferioribus crenatis, caule corymboſo, pedunc. nudis, calyc. hemiſphaericis. *Fl. dan. t.* 486.

vernus. 26. A. fol. radicalibus lanceolatis integerrimis obtuſis, caul ſubnudo filiformi ſubramoſo, pedunc. nudis.

***** *Herbacei Serratifolii, pedunculis ſquamoſis.*

indicus. 27. A. fol. ovato-oblongis ſerratis: floralibus ovali-lanceolatis integerrimis, ramulis unifloris.

laevis. 28. A. fol. lanceolatis ſeſſilibus laevibus ſubſerratis, pedunc. folioſis ſubdiviſis.

mutabilis. 29. A. fol. lanceolatis ſerratis, calyc. ſquarroſis, panic. ſubfaſtigiata.

Tradeſcanti 30. A. fol. lanceolato-linearibus medio ſerratis, pedunc. folioſis, caule racemoſo, calyc. erectis.

novi belgii. 31. A. fol. lanceolatis ſubſerratis ſeſſilibus, caule paniculato, ramulis unifloris ſolitariis, calyc. ſquarroſis.

tardiflorus. 32. A. fol. ſpatulato lanceolatis ſerratis oblongis: baſi flexuoſis ſemiamplexicaulibus, caul. proſtratis, flor. terminalibus.

miſer.

miser. 33. A. fol. serratis: ramorum integerrimis, flor. ovatis: disco radiis longiore.

macrophyllus. 34. A. fol. serratis: radicalibus maximis cordatis trinervatis; caulinis ovatis sessilibus.

chinensis. 35. A. fol. ovatis angulatis dentatis petiolatis, caul. patentibus foliosis terminalibus. *Differt nonnihil a congeneribus.*

tataricus. 36. A. fol. radicalibus lanceolato-ovatis serratis scabris, caule paucifloro. *Suppl. p.* 373.

† *Seorsim collocantur.*

hispidus. 37. A. fol. infimis oblongis crenatis scabris, caulinis lanceolatis integris ciliatis, caule scabro. *Thunb. jap. mspt.* M.

scaber. 38. A. fol. oblongis serratis scabris, pedunculis paniculatis. *Thunb. jap. mspt.* M.

955. SOLIDAGO. *Recept.* nudum. *Pappus* simplex. 1232. *Cor.* radii circiter 5. *Cal.* squamae imbricatae, clausae.

sempervirens. 1. S. foliis lanceolatis subcarnosis glaberrimis margine scabriusculis, panicula corymbosa.

canadensis. 2. S. paniculata-corymbosa, racem. recurvatis, flor. adscendentibus, fol. trinerviis subserratis scabris.

altissima. 3. S. paniculato-corymbosa, racem. recurvis, flor. adscendentibus, fol. enerviis serratis.

lateriflora. 4. S. panic. corymbosa, racem. recurvis adscendentibus, caule inferne ramoso floriferoque.

bicolor. 5. S. racem. spicatis, fol. subserratis, florum radio bicolore. *Mant.* 114.

lanceolata. 6. S. corymb. terminalibus, fol. lineari-lanceolatis integerrimis trinerviis. *Mant.* 114.

caesia. 7. S. panic. corymbosa, racem. supra densioribus, caule glabro laevi.

mexicana. 8. S. caule obliquo, pedunc. erectis foliolatis ramosis, fol. lanceolatis integerrimis.

flexicaulis. 9. S. caule flexuoso, fol. ovatis acuminatis serratis, racem. lateralibus simplicibus.

latifolia. 10. S. caule erecto, fol. ovatis acuminatis serratis, racem. lateralibus simplicibus.

Vir-

Virgaurea. 11. S. caule subflexuoso angulato, racem. paniculatis erectis confertis. — *Fl. dan. t. 663.* M.

minuta. 12. S. caule simplicissimo, fol. caulinis integerrimis, pedunc. axillaribus unifloris.

rigida. 13. S. fol. caulinis ovatis scabris integerrimis, ram. alternis fastigiatis, corymb. terminalibus.

noveboracensis. 14. S. fol. radicalibus ovato-oblongis petiolatis, caule nudiusculo ramoso fastigiato.

957. CINERARIA. *Recept.* nudum. *Pappus* simplex.
1242. *Cal.* simplex, polyphyllus, aequalis.

geifolia. 1. C. pedunculis ramosis, foliis reniformibus suborbiculatis sublobatis dentatis petiolatis. *Berg. cap. 289.*

cymbalarifolia. 2. C. fol. lyratis: impari reniformi denticulato; caulinis summis amplexicaulibus lobatis integerrimis.

sibirica. 3. C. racemo simplici, fol. cordatis obtusis denticulatis laevibus, caule simplicissimo monophyllo. *Mant. 472. Bracteae 2, oblongae, emarcescentes.*

glauca. 4. C. racemo simplici, fol. spatulato-cordatis integerrimis, caule simplicissimo. *Folia colore Crambes maritimae, subcarnosa glauca petiolis marginato-spatulatis.*

sonchifolia. 5 C fol. amplexicaulibus sinuatis difformibus.

cordifolia. 6. C. panicula pauciflora, fol. caulinis petiolatis cordatis acute serratis glabris, caule angulato. *Suppl. p. 375.* Cineraria cordifolia. *Jacq. austr. v. 2. t. 176.* — Varietas β. Cineraria cordifolia auriculata. *Jacq. austr. v. 2. t. 177. in qua petioli foliorum superiorum appendiculati ad basin, non in medio, ita ut non possim cum Senecione alpino Suppl. p. 371. eandem habere.* M.

crispa. 7. C. floribus paniculatis, fol. caulinis spatulato-oblongis serratis obtusis amplexicaulibus, basi dilatato-dentatis. *Suppl. p. 376.* — *Jacq. Fl. austr. v. 2. t. 178.*

integrifolia. 8. C. α. *alpina*, flor. umbellatis, fol. denticulatis lanceolatis, radicalibus spatulatis. *Murr. Jacq. Fl. austr. v. 2. t. 179.* M.

β pra-

β. *pratensis*, – – – fol. subintegris, radicalibus basi sensim angustatis. *Staturae minoris quam praecedens. Murr.* Cineraria alpina γ. integrifolia. *Linn. spec. pl. p. 1243. Jacq. Fl. austr. v. 2. t. 180.* M.

longifolia. 9. C. fol. obsolete denticulatis, omnibus oblongis. M. *Jacq. Fl. austr. v. 2. t. 181. Proxime venit ad Cinerariam integrifoliam.* M.

palustris. 10. C. floribus corymbosis, fol. lato-lanceolatis dentato-sinuatis, caule villoso. *Fl. dan. t. 573.*

aurea. 11. C. flor. corymbosis, fol. lanceolatis serratis subtus tomentosis.

maritima. 12. C. flor. paniculatis, fol. pinnatifidis tomentosis: laciniis sinuatis, caule frutescente.

canadensis. 13. C. flor. paniculatis, fol. pinnatifidis subvillosis: laciniis sinuatis, caule herbaceo.

capillacea. 14. C. fol. pinnatis, pinnis capillaceis integris. *Suppl. p. 375.*

linifolia. 15. C. pedunc. unifloris, fol. sparsis, caule fruticoso.

purpurata. 16. C. caule subbifloro, fol. obovatis subtomentosis. *Mant. 285.*

Amelloides. 17. C. pedunc. unifloris, fol. oppositis ovatis nudis, caule suffruticoso. *Berg. cap. 290. Amello lychnitidi similis. Radius coeruleus. Folia petiolata ovato-oblonga, viridia, nec cinerea.*

americana. 18. C. fruticosa, paniculis axillaribus, fol. alternis petiolatis lato-lanceolatis serratis supra glabris subtus canis. *Suppl. p. 373.*

alata. 19. C. caule herbaceo, fol. obovatis decurrentibus, flor. corymbosis. *Suppl. p. 374.*

elongata. 20. C. fol. subcordatis erosis, pedunculis longissimis subulato-squamosis. *Suppl. p. 374.*

Cacalioides. 21. C. fol. teretibus oblongis carnosis, panicula terminali elongata pauciflora, pedunculis alternis. *Suppl. p. 374.*

denticulata. 22. C. fol. lanceolatis glabris denticulatis, flor. paniculatis. *Suppl. p. 375.*

perfoliata. 23. C. fol. ovatis cordatis amplexicaulibus, pedunculis unifloris elongatis. *Suppl. p. 375.*

lineata. 24. C. fol. lanceolatis subtus tomentosis apice serratis basi dentatis. *Suppl. p. 375.*

hastifolia. 25. C. fol. hastatis: laciniis lateralibus bifidis divaricatis. *Suppl. p. 376.*

japo-

japonica. 26, C. fol. enſiformibus dentatis tomentoſis, flor. terminalibus. *Thunb. jap. mſpt.* M.

956. INULA. *Recept.* nudum. *Pappus* ſimplex. *Antherae* baſi in ſetas duas deſinentes.
1236.

Helenium. 1. I. foliis amplexicaulibus ovatis rugoſis ſubtus tomentoſis, calycum ſquamis ovatis. — *Fl. dan. t. 728.* M.

odora. 2. I. fol. amplexicaulibus dentatis hirſutiſſimis: radicalibus ovatis; caulinis lanceolatis, caule paucifloro. *Folia mollia: caulina amplexicaulia. Flos 1 ſ. 2 pedunculatus.*

ſuaveoleus. 3. I. fol. lanceolatis ſubſerratis: inferioribus petiolatis, ſuperioribus ſeſſilibus, caule multifloro ſubcorymboſo. *Jacq. in Litt. Hort. v. 3. t. 51.* M.

Oculus Chriſti. 4. I. fol. amplexicaulibus oblongis integris hirſutis, caule piloſo corymboſo — *Jacq. Fl. auſtr. v. 3. t. 223.* M.

britannica. 5. I. fol. amplexicaulibus lanceolatis ſerratis diſtinctis ſubtus villoſis, caule ramoſo erecto villoſo. *Fl. dan. t. 413.*

dyſenterica. 6. I. fol. amplexicaulibus cordato-oblongis, caule villoſo paniculato, ſquamis calycinis ſetaceis. *Fl. dan. t. 410.*

undulata. 7. I. fol. amplexicaulibus cordato-lanceolatis undulatis. *Mant. 115.*

indica. 8. I. fol. amplexicaulibus cordato-lanceolatis ſerratis, pedunc. unifloris filiformibus, flor. globoſis. *Folia ſubſcabra, ſubtus ſubtomentoſa. Calyx cum diſco corollae conficit globum. Flos luteus diſco flavo.*

Pulicaria. 9. I. fol. amplexicaulibus undulatis, caule proſtrato, flor. ſubgloboſis radio breviſſimo. — *Fl. dan. t. 613.* M.

arabica. 10. I. fol. oblongis ſeſſilibus, pedunc. filiformibus, calycib. cylindricis. *Mant. 115.*

ſpiraeifolia. 11. I. fol. ſubſeſſilibus ovato-oblongis nudis reticulatis confertis ſerrulatis, flor. terminalibus ſubſeſſilibus.

ſquarroſa. 12. I. fol. ſeſſilibus ovalibus laevibus reticulato-venoſis ſubcrenatis, cal. ſquarroſo. *Caulis pubeſcens, ſtriatus, ſaepe uniflorus. Folia ſeſſilia,*

lia, ſcabriuſcula, nuda, ſubſerrata, margine magis ſcabra. Flos terminalis, ſeſſilis. Calyx foliolis lanceolatis, exterioribus majoribus.

Bubonium. 13. I. fol. lanceolatis rigidulis denticulatis, ſubvilloſis ſeſſilibus, caule ramisque ſubbifloris, cal. ſquarroſo. *Jacq. in Litt. Fl. auſt. v. 5. app. t. 19.* M.

ſalicina. 14. I. fol. lanceolatis recurvis ſerrato ſcabris, ramis angulatis, flor. inferioribus altioribus. — *Fl. dan. t. 786.* M.

hirta. 15. I. fol. ſeſſilibus lanceolatis recurvis ſubſerrato-ſcabris, caule teretiuſculo ſubpiloſo, flor. inferioribus altioribus. — *Jacq. Fl. auſtr. v. 4. t.* 358. M. *Folia utrinque hirta lanugine ſubruſa.*

mariana. 16. I. fol. ſeſſilibus lanceolatis ſubſerratis piloſis, pedunc. ſubunifloris ſubviſcoſis: foliolis linearibus.

germanica. 17. I. fol. ſeſſilibus lanceolatis recurvis ſcabris, flor. ſubfalcatis. — *Jacq. Fl. auſtr. v. 2. t* 134. M.

japonica. 18. I. fol. ſeſſilibus lanceolatis denticulatis, pedunculis virgatis unifloris. *Thunb. jap. mſpt* M.

dubia. 19. I. fol. ſeſſilibus oblongis ciliatis, caule unifloro. *Thunb. l. c.* M

enſifolia. 20. I. fol. ſeſſilibus linearibus acuminatis nervoſis glabris ſparſis, caule ſubunifloro. — *Jacq. Fl. auſtr. v. 2. t. 162.* M.

crithmifolia. 21. I. fol. linearibus carnoſis tricuſpidatis.

provincialis. 22. I. fol. ſubſerratis ſubtus tomentoſis: radicalibus petiolatis ovatis, caule erecto unifloro.

montana. 23. I. fol. lanceolatis hirſutis integerrimis, caule unifloro, calyce brevi imbricato.

aeſtuans. 24. I. fol. ſpatulatis ſubtus tomentoſis.

bifrons. 25. I. fol. decurrentibus oblongis denticulatis, flor. congeſtis terminalibus ſubſeſſilibus.

coerulea. 26. I. fol. decurrentibus obovatis ſubſerratis, caule ſuffruticoſo. flor. ſeſſilibus terminalibus. *Mant.* 471. Inula cernua *Berg cap. 288. Antherae caudatae. Radius coeruleus.*

aromatica. 27. I. fol. linearibus integerrimis tomentoſis ſparſis, caule fruticoſo.

pinifolia. 28. I. fol. ſubulato-linearibus triquetris confertiſſimis, caule fruticoſo. *Mant. 472.*

foetida.

foetida. 29. I. fol. lanceolato-linearibus integerrimis, corymb. ramosis, radiis florum brevissimis. Pseudo-Helichrysum melitense, retusis foliis viridibus, flore luteo radiato. *Moris. hist.* 3. *p.* 90. (*Exclusa Milleri figura.*) *Affinis Senec. foetido. Habitus Cinerariae.*

958. ARNICA. 1245. *Recept.* nudum. *Pappus* simplex. *Corollulae* radii filamentis 5 absque antheris.

montana. 1. A. foliis ovatis integris: caulinis geminis oppositis. *Fl. dan. t.* 63.

piloselloides. 2. A. fol. integerrimis ellipticis villosis, scapo unifloro aphyllo lanato, calyce radium aequante.

scorpioides. 3. A. fol. alternis dentatis mollibus. *Jacq. in Litt. Fl. austr. v.* 4. *t.* 349. *Semina omnia papposa.*

Doronicum. 4. A. fol. alternis subserratis, oblongis asperis. *Jacq. in Litt. Fl. austr.* 1. *t.* 92.

maritima. 5. A. fol. lanceolatis: inferioribus serratis, caule folioso multifloro.

crocea. 6. A. fol. ovatis repando-denticulatis subtus tomentosis. *Folia quibusdam cordata.*

ciliata. 7. A. fol. amplexicaulibus ovatis dentatis ciliatis glabris, caule simplici unifloro. *Thunb. jap. mspt.* M.

japonica. 8. A. fol. inciso-palmatis denticulatis, flor. terminalibus subbinis. *Thunb. l. c.* M.

palmata. 9. A. foliis inciso-palmatis dentatis, flor. paniculatis. *Thunb. l. c.* M. *Est sine dubio* Arnica japonica. *Suppl. p.* 376. M.

Gerbera. 10. A. fol. pinnatifidis: lobis rotundatis.

coronopifolia. 11. A. fol. pinnatis: laciniis linearibus.

959. DORONICUM. 1247. *Recept.* nudum. *Pappus* simplex. *Calycis* squamae duplicis ordinis aequales, disco longiores. *Sem.* radii nuda pappoque destituta.

Pardalianches. 1. D. foliis cordatis obtusis denticulatis: radicalibus petiolatis; caulinis amplexicaulibus. — *Jacq. Fl. austr. v.* 4. *t.* 350. M. *Semina radii*

dii nuda. Caulis ramosus. — Doronicum austriacum. *Jacq. Fl. austr. v. 2. t. 130. differt ab isto praecipue, quod radix lignescen et parum prolifera sit, in D. Pardalianche autem radix in omnem ambitum cespitose et longa distantia surculos trudat. Varietates igitur modo habeo.* M.

plantagineum. 2. D. fol. ovatis acutis subdentatis, ramis alternis. *Caulis ramosus.*

Bellidiastrum. 3. D. caule nudo simplicissimo unifloro. — *Jacq. Fl. austr. v. 4. t. 400.* M. *Semina papposa. Turr.*

960. PERDICIUM *Recept.* nudum. *Pappus* simplex. 1258. *Corollulae* bilabiatae.

semiflosculare. 1. P. flore semiflosculoso, scapo unifloro nudo.

radiale. 2. P. floribus subradiatis, calyce exteriore tetraphyllo, caule fruticoso.

brasiliense. 3. P. flor. subradiatis, calycibus simplicibus, caule herbaceo. *Mant.* 115.

magellanicum. 4. P. fol. runcinatis, caule diphyllo simplici unifloro. *Suppl. p.* 376.

tomentosum. 5. P. fol. lyratis subtus tomentosis. *Thunb. jap. mspt.* M.

1421. MUTISIA. *Recept* nudum. *Pappus* plumosus. *Cal.* cylindricus, imbricatus. *Corollulae radii* ovali-oblongae; *disci* trifidae. *Suppl. p.* 57.

Clematis. 1. MUTISIA. *Supp. p.* 373.

961. HELENIUM. *Recept.* nudum: *Radii* paleaceum. 1248. *Pappus* 5 aristatus. *Cal* simplex, multipartitus. *Corollulae* radii semitrifidae.

autumnale. 1. H. foliis serratis. *Speciem alteram foliis integerrimis Mill. dict. non vidi.*

962. BELLIS. *Recept* nudum, conicum. *Pappus* nullus. *Cal* hemifphaericus: fquamis aequalibus. *Sem.* obovata.
1248.

perennis. 1. B. fcapo nudo. *Fl. dan. t.* 503

annua. 2. B. caule fubfoliofo. (*Exclufo Triumfetti et Bocconis fynonymo.*)

1322. BELLIUM. *Recept.* nudum. *Sem.* conica corona paleacea 8-phylla, *Pappoque* ariftato. *Cal* foliolis aequalibus.

bellidioides. 1. B. fcapis nudis filiformibus. *Mant.* 285. Bellis annua minima. *Triumf. obf.* 82. *t.* 82. Bellis maritima minima, roris folis folio, cyrenaica. *Bocc. muf.* 140. *t.* 107. *Raj. fuppl.* 222.

minutum. 2. B. caule foliofo. *Mant.* 286. Pectis minuta. *Sp. plant.* 1250. Bellis cretica fontana omnium minima. *Tournef. Cor.* 37. *Vaill. act.* 547. — *Schreb. in act. upf. nov. v.* 1. *p.* 84. *tab.* 5. *fig.* 2. M. *Planta inter omnium minutiffimas.*

964. TAGETES. *Recept.* nudum. *Pappus* ariftis 5, erectis. *Cal* 1-phyllus, 5-dentatus, tubulofus. *Flofculi* radii 4, perfiftentes.
1249.

patula. 1. T. caule fubdivifo patulo.

erecta. 2. T. caule fimplici erecto, pedunculis nudis unifloris.

minuta. 3. T. caule fimplici recto, pedunc. fquamofis multifloris.

963. LEYSERA. *Recept.* fubpaleaceum. *Pappus* paleaceus; difci etiam plumofus. *Cal.* fcariofus.
1249.

gnaphalodes. 1. L. foliis fparfis, floribus pedunculatis. *Seb. muf.* 2. *t.* 66. *f.* 6. *Caulis prolifer. Folia fparfa, filifiliformia, villofo-incana, fetis breviffimis fparfis glanduliferis. Pedunculi terminales folitarii, purpurei. Calyces turbinati fquamis omnibus fcariofis. Margines foliorum ciliati glandulis pilo infidentibus. Semina omnia coronata margine membranaceo, fed infuper difci femina pap-*

pappofa. *Receptaculum radii paleaceum, difci nudum. Dav. Royen.*

Callicornia. 2. L. fol. trifariis, flor. fubfeffilibus. *Mant.* 286. Callicornia gnaphalodes. *Burm. prodr* 24. *Pluk. phyt.* 350. *f.* 4.

paleacea. 3. L. fol. triquetris apice callofis recurvatis *Roy.* Leyfera ericoides, *Berg. cap.* 294. *Folia raris pilis obfita, interius fulco tomentofo exarata. Receptaculum totum paleis longitudine fere florum. Seminum corona omnis membranacea; nec ulla pappofa. Hinc* Buphthalmis *charactere convenit, fed adeo fimilis priori, ut facie vix diftinguatur.*

974. ZINNIA. 1269. *Recept.* paleaceum. *Pappus* ariftis 2 erectis. *Cal* ovato-cylindricus, imbricatus. *Flofcula* radii 5, perfiftentes, integri.

pauciflora. 1. Z. floribus feffilibus. Verbefina fol. oppofitis ovatis acutis integerrimis fcabris. *Acta petrop.* 1763. *p.* 325. *t.* 13. *Flores lutei.*

multiflora. 2. Z. flor. pedunculatis. *Linn. dec* 23. *t.* 12. *Jacq. obf.* 2. *t.* 40. *Caulis hirtus; Folia petiolata; Radius ruber. Habitat in Louifania.*

965. PECTIS. 1250. *Recept.* nudum. *Pappus* ariftatus. *Cal.* 5-phyllus, cylindricus. *Flofculi* radiantes 5.

ciliaris. 1. P. foliis linearibus ciliatis.

punctata. 2. P. fol. linearibus integerrimis fubtus punctatis. — *Jacq. amer. pict. p.* 106 *t.* 196. M.

linifolia. 3. P. fol. linearibus integerrimis utrinque laevibus.

966. CHRYSANTHEMUM. 1251. *Recept* nudum. *Pappus* marginatus. *Cal.* hemifphaericus, imbricatus: fquamis marginalibus membranaceis.

* *Leucanthema.*

frutefcens. 1. C. fruticofum, foliis carnofis linearibus pinnatis dentatis apice trifidis.

 fero-

ſerotinum. 2. C. fol. lanceolatis ſuperne ſerratis utrinque acuminatis.

atratum. 3. C. fol. omnibus cuneiformibus oblongis inciſis carnoſis. *Folia Radicalia cuneiformia, apice lobata; Caulina lanceolata, ſerrata. Caulis uniflorus. Calyx margine atro.*

alpinum. 4. C. fol. cuneiformibus pinnatifidis: laciniis integris, caul. unifloris. *Ger. prov.* 206. *Calycis ſquamae nigrae ſcarioſae.*

Leucanthemum. 5. C. fol. amplexicaulibus oblongis: ſuperne ſerratis; inferne dentatis. β. Bellis montana, folio obtuſo crenato. *Bauh pin* 261. *prodr.* 121. *Barr. ic.* 458. *f.* 2. *Ger. prov.* 206. γ. Leucanthemum vulgare, caule villis caneſcente. *Tournef. inſt* 492. *Semina nigra ſtriis albis capitulo luteo cylindrico cavo.*

montanum. 6. C. fol. imis ſpatulato-lanceolatis ſerratis: ſummis linearibus *Varietas* C. Leucanthemi *ſecundum Gerardum.*

graminifolium. 7. C. fol. linearibus ſubintegerrimis.

monſpelienſe. 8. C. fol. imis palmatis: foliolis linearibus pinnatifidis.

Balſamita. 9. C. fol. ovatis oblongis ſerratis auriculatis. *Simillimum Tanaceto Balſamitae, ſed radiatum. Caulis ſubangulatus, ramoſus Folia lanceolato-ovata, obtuſiuſcula, ſerrata, ſubtomentoſa, petiolata, auricula utrinque parva. Flos Aſteris annui Calyx fere Achilleae. Corolla lutea radio albo. Pappus nullus.*

inodorum. 10. C. fol pinnatis multifidis, caule ramoſo diffuſo. — *Fl. dan. t.* 896. M.

Achilleae. 11. C. fol. bipinnatis: pinnis imbricatis, caule ſtricto multifloro. Parthenium foliis tenuiſſimis, achilleae caeſuris. *Mich. gen.* 34 *t.* 29. *Habitat in Italia.* ♃. *Caulis erectus, ſubangulatus, pedalis, multiflorus. Folia Milleſolii, ſed octuplo majora: punctis eminentibus vix conſpicuis adſperſa; ſubtus pilis albis raris; apicibus mucrone terminali albido.*

corymboſum. 12. C. fol. pinnatis inciſo ſerratis, caule multifloro. — *Jacq. Fl. auſtr. v.* 4. *t.* 379. M.

** *Chry-*

** *Chryſanthema.*

indicum. 13. C. fol. ſimplicibus ovatis ſinuatis angulatis ſerratis acutis.

pinnatifidum. 14 C. fruticoſum, fol. ſimplicibus oblongis pinnatifidis: pinnis ſerratis. *Suppl. p. 377.*

arcticum. 15. C. fol. ſimplicibus cuneiformibus ſubpalmatis multifidis obtuſis.

pectinatum. 16. C. fol. pinnatis linearibus parallelis acutis integerrimis, pedunc. ſolitariis unifloris.

ſegetum. 17. C. fol. amplexicaulibus: ſuperne laciniatis; inferne dentato-ſerratis.

myconis. 18. C. fol. lingulatis obtuſis ſerratis, calyc. ſquamis aequalibus. *Caulis erectus, laevis, teretiuſculus. Folia extrorſum latiora, obtuſa, obtuſe ſerrata, laevia, ſemiamplexicaulia. Pedunculus terminalis, ſtriatus, obſcurior, apice non incraſſatus. Calyx ſquamis apice ſcarioſis. Corolla ſaturate lutea. Radius brevis, tridentatus. Seminum corona membranacea.*

italicum. 19. C. fol. bipinnatis ſerratis, florum radiis longitudine diſci, caule procumbente. *Mant.* 116.

millefoliatum. 20. C. fol. bipinnatis dentatis, caule decumbente, corollae radiis diſco brevioribus. Anthemis millefolia. *Sp. pl.* 1265. *Diſcus omnino absque paleis. Differt a C. bipinnato diſci corollarum diametro non ſuperante longitudinem calycis, at C bipinnatum diſco duplo latiore gaudet. Affinis C. italico.*

bipinnatum. 21. C. fol. bipinnatis ſerratis villoſis, radiis diſco brevioribus.

coronarium. 22. C. fol. pinnatis inciſis extrorſum latioribus.

floſculoſum. 23. C. floſculis omnibus uniformibus hermaphroditis. β. Cotula grandis. *Sp. pl.* 1257. *Mant.* 473. *ſempervirens. Folia obovata, ſinuato-dentata, rigidula. Flos terminalis, ſolitarius. G.*

† *Addo ſeorſim.*

japonicum. 24. C. fol. petiolatis apice inciſis dentatis. *Thunb. jap. mſpt.* M.

967. MATRICARIA. *Recept* nudum. *Pappus* nullus.
1255. *Cal.* hemisphaericus, imbricatus: marginalibus solidis, acutiusculis.

Parthenium. 1. M foliis compositis planis: foliolis ovatis incisis, pedunculis ramosis. — *Fl. dan. t.* 674. M.
maritima. 2. M. receptaculis hemisphaericis, fol. bipinnatis subcarnosis: supra convexis, subtus carinatis.
suaveolens. 3. M. receptac. conicis, radiis deflexis, squamis calycinis margine aequalibus.
Chamomilla. 4. M. receptac. conicis, radiis patentibus, squamis calycinis margine aequalibus.
argentea. 5. M. foliis bipinnatis, pedunc. solitariis.
Asteroides. 6. M. fol. lanceolatis integris glabris obliquis. *Mant.* 116.

1420. UNXIA. *Recept* nudum. *Pappus* nullus. *Cal.* 5-phyllus: foliolis ovatis. *Flores radii et disci* quinque. *Suppl. p.* 56.

camphorata. 1. Unxia. *Suppl. p.* 368.

968. COTULA. *Recept.* subnudum. *Pappus* marginatus.
1256. *Corollulae* disci 4-fidae; radii fere nullae.

Anthemoides. 1. C. foliis pinnato-multifidis dilatatis, floribus flosculosis. *Murr. Fl. Gott.* 230. *β.* Artemisia nilotica. *Sp. pl.* 1188. *Caulis pilosus. Folia pinnatifida, incisa. Pedunculi longi, solitarii, uniflori. Flos globosus, cernuus, luteus. Calyx non imbricatus.*
aurea. 2. C. fol. pinnato-setaceis multifidis, flor. flosculosis cernuis. (*Exclusis C. B. et Lob. synonymis*) *Flores absque paleis flosculis quadrifidis.*
stricta. 3. C. fol. pinnatifidis planis nudis punctatis, caule erecto stricto, flor. radiatis. *Mant.* 287. *Syst. nat.* 12. *p.* 734. Lidbeckia pectinata. *Berg. cap.* 306. *t.* 5. *f.* 9.
coronopifolia. 4. C. fol. lanceolato-linearibus amplexicaulibus dentatis, flor. flosculosis. *Fl. dan. t.* 341.
umbellata. 5. C. fol. lanceolatis hirsutis, floribus umbellatis, caule erecto. *Suppl. p.* 378.

quin-

quinqueloba. 6. C. quinquelobis subtomentosis, caulibus erectis. *Suppl. p.* 377.
viscosa. 7. C. fol. lyrato-pinnatis, flor. radiatis.
turbinata. 8. C. raceptaculis subtus inflatis turbinatis, flor. radiatis. *Mant.* 473.
tanacetifolia. 9. C. fol. tripinnatis: lacinulis acutis, caule *erecto*, flor. flosculosis corymbosis. *Flosculi foeminei vix ulli; disci quadrifidi.* ⊙
Verbesina. 10. C. fol. oppositis trinerviis cordatis crenatis, flor. radiatis pedunculatis binis. *Mant.* 473.
capensis. 11. C. fol. pinnatis subcarnosis teretiusculis: infimis subbipinnatis, flor. radiatis. *Mant.* 287. Matricaria capensis. *Mant.* 115. Matricaria africana. *Berg. cap.* 296. Chamaemelum africanum annuum, petalis florum brevibus magisque sparsis. *Raj. suppl.* 224. Chamaemelum leucanthemum crassioribus foliis e Cap. b. spei. *Pluk. mant.* 45. *Corollulae radii distantes, subpedicellatae, lineatae, neutrae. Planta Chamomillae similis.*
pilulifera. 12. C. fol. bipinnatis, capitulis globosis, caule erecto. *Suppl. p.* 378.
sericea. 13. C. fol. supradecompositis tomentosis linearibus. *Suppl. p.* 377.

969. ANACYCLUS. *Recept.* paleaceum. *Pappus.* emarginatus. *Semin.* lateralibus membranaceis.
1258.

creticus. 1. A. foliis decompositis linearibus: laciniis divisis planis.
orientalis. 1. A. fol. compositis setaceis acutis rectis. *Receptaculum nudum. Vaill. ergo dubii generis. Descriptio deficit.*
aureus. 3. A. fol. bipinnatis teretiusculis incanis, excavato-punctatis. *Mant.* 287. Chamaemelum luteum capite aphyllo. *Bauh. pin.* 135. Chamaemelum aureum peregrinum, capite sine foliis. *Bauh. hist.* 3. *p.* 110. Anthemis Chrysanthemum herbariorum. *Lob. ic.* 771.
valentinus. 4. A. fol. decompositis linearibus: laciniis divisis teretiusculis acutis, flor. flosculosis. *Confer.* Anthemis valentina, *cui Corollae similiter aristatae.*

ſtatae, ſed Calyx minus ſcarioſus; forte ſola varietas eſt.

970. ANTHEMIS. *Recept.* paleaceum. *Pappus* nullus.
1259. *Cal.* hemiſphaericus, ſubaequalis. *Floſculi* radii plures quam 5.

* *Radio diſcolore ſ. albo.*

Cota. 1. A. florum paleis rigidis pungentibus. *Mant.* 474. *Till. piſ. t. 19. rectius.*

altiſſima. 2. A. erecta, foliis pinnatis: pinnarum baſibus denticulo reflexo aſperis. *Mant.* 474.

maritima. 3. A. fol. pinnatis denticulatis carnoſis nudis punctatis, caule proſtrato, calyc. ſubtomentoſis.

tomentoſa. 4. A. fol. pinnatifidis obtuſis planis, pedunculis hirſutis folioſis, calyc. tomentoſis. — *Fl. dan. t.* 685.? M. *Corollae laciniis 2 exterioribus maioribus. Caules pedales uniflori. Folia tomentoſo-ſericea.*

mixta. 5. A. fol. ſimplicibus dentato-laciniatis.

alpina. 6. A. fol. dentato-pinnatis integerrimis linearibus, caule villoſo unifloro, petalis ovatis, paleis ſphacelatis. — *Jacq. Fl. auſtr. v.* 5. *t.* 30. M.

chia. 7. A. fol. pinnatifidis laciniatis, pedunc. nudis ſubvilloſis. Chamaemelum chium vernum, folio craſſiore, flore magno. *Tournef. cor.* 37.

nobilis. 8. A. fol. pinnato-compoſitis linearibus acutis ſubvilloſis. (*Excluſo Tournef.*)

arvenſis. 9. A. receptac. conicis: paleis ſetaceis, ſem. coronato-marginatis.

auſtriaca. 10. A. receptaculis conicis: paleis oblongis mucronatis, ſeminibus nudis, fol. bipinnatis lanuginoſo-villoſis. *Jacq. in Litt. Fl. auſtr. t.* 444. M.

Cotula. 11. A. receptac. conicis: paleis ſetaceis, ſem. nudis.

Pyrethrum. 12. A. caul. ſimplicibus unifloris decumbentibus, fol. pinnato multifidis. *Mill. fig. t.* 38.

** *Radio concolore ſ. luteo.*

valentina. 13. A. caule ramoſo, fol. pubeſcentibus tripinnatis ſetaceis, calyc. villoſis pedunculatis.

repanda. 14. A. fol. ſimplicibus ovato-lanceolatis repando-crenatis.

ame-

trinervia. 15. A. fol. (*addo* M. ſimplicibus) ovatis ſerratis trinerviis oppoſitis petiolatis, receptaculo conico. *Suppl. p* 378. — *ubi quidem* americana *dicitur, cujus nominis loco autem* trinerviam *voco, ob ſpeciem ſubſequentem.* M

americana. 16. A. fol. triternatis, pedunc. terminalibus ramo longioribus.

tinctoria. 17. A. fol. bipinnatis ſerratis ſubtus tomentoſis, caule corymboſo. — *Fl. dan. t.* 741. M.

arabica. 18. A. caule decompoſito, calyc. ramiferis.

971. ACHILLEA. *Recept.* paleaceum. *Pappus* nullus.
1264. *Cal.* ovatus, imbricatus. *Floſculi* radii circiter 4.

Santolina. 1. A. foliis ſetaceis dentatis: denticulis ſubintegris ſubulatis reflexis.

Ageratum. 2. A. fol. lanceolatis obtuſis acute ſerratis.

falcata. 3. A. fol. linearibus dentatis obtuſis planis: denticulis crenatis.

tomentoſa. 4. A. fol. pinnatis hirſutis: pinnis linearibus dentatis.

pubeſcens. 5. A. fol. pinnatis: foliolis lanceolatis inciſis ſerratis ſubtus lanigeris.

abrotanifolia. 6. A. fol. pinnatis ſupradecompoſitis: laciniis linearibus diſtantibus.

bipinnata. 7. A. fol. bipinnatis tomentoſis: foliolis ovatis integris.

aegyptiaca. 8. A. fol. pinnatis: foliolis obtuſe lanceolatis ſerrato-dentatis.

** *Corollis radio albis.*

macrophylla. 9. A. fol. pinnatis pinnis inciſo-ſerratis: extimis majoribus coadunatis.

impatiens. 10. A. fol. pinnatis: pinnis diſtantibus lineari-lanceolatis: baſi ſurſum acutis.

Clavennae. 11. A. fol. laciniatis planis obtuſis tomentoſis. — *Jacq. Fl. auſtr. v. 1. t. 76.* M.

Ptarmica. 12. A. fol. lanceolatis acuminatis argute ſerratis. — *Fl. dan. 643.* M.

alpina. 13. A. fol. lanceolatis dentato-ſerratis; denticulis tenuiſſime ſerratis.

atrata. 14. A. fol. pinnulis pectinatis integriuſculis, pedunc. villoſis. — *Jacq auſtr. v. 1. t. 77.* M. Achillea foliis pinnatifidis acutis trifidis. *Hall. act. 6. p. 114. n. 89*

moſchata. 15. A. fol. pinnatis, pinnulis ſimplicibus, flor. umbellatis. *Jacq. in Litt. Fl. auſtr. v. 5. app. t. 33* M.

nana. 16. A. fol. pinnatis dentatis hirſutiſſimis, flor. glomerato-umbellatis. *Hall. act. 6. p. 116. n. 89.*

magna. 17. A. fol. bipinnatis ſubpiloſis: laciniis linearibus dentatis: auriculis decuſſatis.

Millefolium. 18. A. fol bipinnatis nudis: laciniis linearibus dentatis, caul. ſuperne ſulcatis. — *Fl. dan 737.* M.

nobilis. 19. A. fol. bipinnatis: inferioribus nudis planis, ſuperioribus obtuſis tomentoſis, corymb. convexis confertiſſimis.

odorata. 20. A. fol. bipinnatis ovalibus nudiuſculis, corymb. faſtigiatis confertis. *Varietatem A. nobilis credidit Gerard.*

cretica. 21. A. fol. linearibus: pinnis ſubrotundis retrorſum imbricatis, caule tomentoſo.

972. TRIDAX. *Recept.* paleaceum. *Pappus* multiradiatus ſimplex. *Cal.* imbricatus, cylindricus. *Corollulae* radii 3-partitae.
1268.

procumbens. 1. TRIDAX.

978. AMELLUS. *Recept.* paleaceum. *Pappus* ſimplex. *Cal.* imbricatus. *Corollulae* radii indiviſae.
1276.

lychnitis. 1. A. foliis oppoſitis lanceolatis obtuſis tomentoſis, pedunculis unifloris. *Mant. 476. Berg. cap. 298.*

umbellatus. 2. A. fol. oppoſitis triplinerviis ſubtus tomentoſis, flor. umbellatis.

1321. ECLIPTA. *Recept.* paleaceum. *Pappus* nullus. *Corollulae* diſci 4-fidae.

erecta. 1. E. caule erecto, foliis baſi deflexis ſeſſilibus. *Mant. 286.* Verbeſina alba. *Sp. plant. 1272. Mant. 475.* Eclipta *Rumph. amb. 6. t. 18. f. 1.*

punctata. 2. E. caule erecto punctato, fol. planis. *Mant. p. 286. Jacq. amer. pict. p. 106. t. 197.* M.

latifolia. 3. E. caule erecto, fol. ovatis petiolatis. *Suppl. p. 378.*

pro-

prostrata. 4. E. caule prostrato, fol. subundulatis subpetiolatis. *Mant. 128.* Verbesina prostrata. *Spec. plant. 286. Mant. 475.*

973. SIGESBECKIA. *Recept.* paleaceum. *Pappus* nullus. *Cal.* exterior 5-phyllus,
1269. proprius, patens. *Radius* dimidiatus.

orientalis. 1. S. petiolis sessilibus, calycibus exterioribus linearibus majoribus patentibus.

occidentalis. 2. S. petiol. decurrentibus, calyc. nudis. *Mant. 475. An Milleriae generis? (Excluso Plukenetii synonymo).*

975. VERBESINA. *Recept.* paleaceum. *Pappus* aristatus. *Cal.* 2-plici ordine. *Flosculi*
1270. radii circiter 5.

alata. 1. V. foliis alternis decurrentibus undulatis obtusis.

chinensis. 2. V. fol. alternis petiolatis ovato-lanceolatis serratis.

virginica. 3. V. fol. alternis lanceolatis petiolatis, flor. corymbosis.

alba. 1. B. foliis palmatis utrinque calloso-scabris. — *addo* M. floribus monoicis – *Fl. dan. t. 813.* M.

dioica. 2. B. fol. palmatis utrinque callofo-fcabris, floribus dioicis. *Jacq. in Litt. Fl. auftr. t. 199.* M.
palmata. 3. B. fol. palmatis laevibus quinquepartitis: laciniis lanceolatis repando-ferratis.
grandis. 4. B. fol. cordatis angulatis bafi fubtus glandulofis. *Mant. 126.*
cordifolia. 5. B. fol. cordatis oblongis quinquelobis dentatis fcabris, petiolis bidentatis. (*Exclufo Rumphio*).
laciniofa. 6. B. fol. palmatis: laciniis lanceolatis ferratis, petiolis muricatis. *Fructus feffiles lineis 6 lacteis.* (*Exclufis fynonymis*).
africana. 7. B. fol. palmatis quinquepartitis utrinque laevibus: laciniis pinnatifidis.
cretica. 8. B. fol. palmatis fupra callofo-punctatis.
fcabra. 9. B. fol. cordatis angulatis dentatis, fupra callofe punctatis infra pilofis, utrinque fcabris, flor. umbellatis. *Suppl. p. 423.*
fcabrella. 10. B. fol. cordatis quinquangulatis dentatis fcaberrimis eglandulatis. *Suppl. p. 424.*
japonica. 11. B. fol. cordatis indivifis angulatisque dentatis inermi-hifpidis. *Thunb. jap. mfpt.* M.

1094. SICYOS. 1439. MASC. *Cal.* 5-dentatus. *Cor.* 5-partita. *Filamenta* 3.
FOEM. *Cal.* 5-dentatus. *Cor.* 5-partita. *Stylus* 3-fidus. *Drupa* 1-fperma.

angulata. 1. S. foliis angulatis.
laciniata. 2. S. fol. laciniatis.
Garcini. 3. S. fol. quinquepartitis erofo-dentatis, fructibus ciliatis. *Mant. 297.* Sicyos foliis quinquepartitis: laciniis cuneiformibus quinquefidis cum acumine. *Burm. ind. 311. t. 57. f. 3. Mihi non vifa.*

GYNAN-

GYNANDRIA.

1095. ANDRACHNE. MASC. *Cal.* 5-phyllus. *Cor.* 5-petala. *Stam.* 5, *Styli* rudimento inserta.
1439.
FOEM. *Cal.* 5-phyllus. *Cor.* 0. *Styli* 3. *Capsula* 3-locularis. *Sem.* 2.

Telephioides. 1. A. procumbens herbacea. — *Mill. illustr. ic.* M.

fruticosa. 2. A. erecta herbacea. β. Clutia androgyna. *Mant.* 128.

1320. AGYNEJA. MASC. *Cal.* 6-phyllus. *Cor.* nulla. *Antherae* 3, styli rudimento adnatae.
FOEM. *Cal.* 6-phyllus. *Cor.* nulla. *Germen* apice perforatum absque stylo stigmateve.

impubes. 1. A. foliis utrinque glabris. *Mant.* 296.

pubera. 2. A. fol. subtus tomentosis. *Mant.* 296.





CLASSIS XXII.

DIOECIA.

MONANDRIA.

1430. PANDANUS. ♂ *Cal.* o. *Cor.* o. *Anthera* ſeſſilis, ramificationibus thyrſi inſerta.
♀ *Cal.* o. *Cor.* o. *Stigmata* 2.
Fruct. compoſitus.

1096. NAJAS. ♂ *Cal.* 2-fidus. *Cor.* 4-fida.
Filam. nullum.
♀ *Cal.* nullus. *Cor.* o. *Piſt.* 3.
Capſ. 1-locularis.

DIANDRIA.

1097. VALLISNERIA. ♂ *Spath.* multiflora, 2-part. *Cor.* 3-partita.
♀ *Spath.* 1-flora. *Cal.* 3-part. *C.* 3-pet. *Piſt.* 1.
Capſ. 1-locularis.

1099. CECROPIA. ♂ *Spath.* recept. comm. *Cor.* nulla.
♀ *Spath.* recept. comm. *Cor.* o. *Piſt.* 1.
Bacca 1-ſperma.

1098. SALIX. ♂ *Ament.* ſquama. *Cor.* nulla.
Stam. 2, raro 5.
♀ *Ament.* ſquama. *Cor.* o. *Stigm.* 2.
Capſ. 2-valvis. *Sem.* papposa.

TRIANDRIA.

* *Phoenix.* (Cfr. App.)

1100. EMPETRUM. ♂ *Cal.* 3-partitus. *Cor.* 3-petala.
♀ *Cal.* 3-partitus. *Cor.* 3-pet. *Styl.* 9.
Bacca 9-ſperma.

1101. OSYRIS. ♂ *Cal.* 3-fidus. *Cor.* nulla.
♀ *Cal.* 3-fidus. *Cor.* o. *Styl.* o.
Drupa 1-locularis.

1280. CATURUS. ♂ *Cal.* o. *Cor.* 3-fida.
♀ *Cal.* 3-partitus. *Cor.* o. *Styl.* 3.
Capſ. 3-cocca.

1102. EXCOECARIA. ♂ *Ament.* ſquama. *Cor.* nulla.
♀ *Ament.* ſquama. *Cor.* o. *Styl.* 3.
Capſ. 3 - cocca.

1331. RESTIO. ♂ *Ament.* ſquama. *Cor.* 6 - petala.
♀ *Ament.* ſquama. *Cor.* 6-petala. *Styli* 3.
Capſ. 3 locularis, plicata, polyſperma.

1431. MABA. ♂ *Cal.* 3 - fidus. *Cor.* 3 - fida.
♀ *Cal.* ut in mare. *Drupa* ſupera, 2-locularis.

TETRANDRIA.

1106. HIPPOPHAE. ♂ *Cal.* 2 - partitus. *Cor.* nulla.
♀ *Cal.* 2 - fidus. *Cor.* o. *Piſt.* 1.
Bacca 1 - ſperma: arillo truncato.

1103. TROPHIS. ♂ *Cal.* nullus. *Cor.* 4 - petala.
♀ *Cal.* nullus. *Cor.* o. *Styl.* bifid.
Bacca 1 - ſperma.

1105. VISCUM. ♂ *Cal.* 4 - partitus. *Cor.* nulla.
♀ *Cal.* 4 phyllus. *Cor.* o. *Stigm.* obtuſ.
Bacca 1 - ſperma, infera.

1432. MONTINIA. ♂ *Cal.* 4 - dentatus, ſuperus. *Petala* 4.
♀ *Cal.* et *Cor.* ut in mare. *Filamenta* ſterilia. *Styl.* 2 - fidus. *Capſula* oblonga, 2 - locularis.

1104. BATIS. ♂ *Amentum.* *Cor.* nulla.
♀ *Invol.* 2-phyllum. *Cor.* o. *Stigm.* 2 fid.
Bacca 2 - ſperma.

1107. MYRICA. ♂ *Ament.* ſquama. *Cor.* nulla.
♀ *Ament.* ſquama. *Cor.* o. *Styl.* 2.
Bacca 1 - ſperma.

* *Urticae variae.* * *Morus nigra.* * *Rhamnus.*

PENTANDRIA.

1113. IRESINE. ♂ *Cal.* 2 phyllus. *Cor.* 5 - petala.
Nectar. 5 - phyllum.
♀ *Cal.* 2 - phyllus. *Cor.* 5-pet. *Styl.* 2.
Capſ. polyſperma.

1115. CANNABIS. ♂ *Cal.* 5 - partitus. *Cor.* nulla.
♀ *Cal.* 1 - phyllus. *Cor.* o. *Styl.* 2.
Nux.

1116. HUMULUS. ♂ *Cal.* 5-phyllus. *Cor.* nulla.
♀ *Cal.* 1-phyllus. *Cor.* o. *Styl.* 2.
Sem. calyce alatum.

1108. PISTACIA. ♂ *Cal.* 5-fidus. *Cor.* nulla.
♀ *Cal.* 3-fidus. *Cor.* o. *Styl.* 3.
Drupa ſicca.

1117. ZANONIA. ♂ *Cal.* 3-phyllus. *Cor.* 5-partita.
♀ *Cal.* 3-phyllus. *Cor.* 5-part. *Styl.* 3.
Bacca infera, 3-loc.

1112. SPINACIA. ♂ *Cal.* 5-partitus. *Cor.* nulla.
♀ *Cal.* 4-fidus. *Cor.* o. *Styl.* 4.
Sem. 1, calycinum.

1114. ACNIDA. ♂ *Cal.* 5-phyllus. *Cor.* nulla.
♀ *Cal.* 2-phyllus. *Cor.* o. *Styl.* 5.
Sem. 1, calyce veſicario.

1110. ANTIDESMA. ♂ *Cal.* 5-phyllus. *Cor.* nulla.
♀ *Cal.* 5-phyllus. *Cor.* o. *Stigm.* 5.
Bacca 1-ſperma.

1111. ASTRONIUM. ♂ *Cal.* 5-phyllus. *Cor.* 5-petala.
Nectar. glandulis 5.
♀ *Cal.* 5-phyllus. *Cor.* 5-petala.
Styli 5. *Sem.* 1.

1281. CANARIUM. ♂ *Cal.* 2-phyllus. *Cor.* 3-petala.
♀ *Cal.* 2-phyllus. *Cor.* 3-petala.
Stigma ſeſſile. *Drupa.*

1109. ZANTHOXYLON. ♂ *Cal.* 5-partitus. *Cor.* nulla.
♀ *Cal.* 5-partitus. *Cor.* o. *Piſt.* 5.
Capſ. 1-ſperma.

1118. FEWILLEA. ♂ 5-partitus. *Cor.* 5-fida.
Nectarium. Filamentis 5.
♀ *Cal.* 5-fidus. *Cor.* 5-fid. *Styl.* 5.
Bacca infera.

* *Phylica dioica.* * *Rhamnus Alaternus.*
* *Salix pentandra.*

HEXANDRIA.

* *Boraſſus* (Cfr. App.) * *Elais* (Cfr. App.)

1120. SMILAX. ♂ *Cal.* 6-phyllus. *Cor.* nulla.
♀ *Cal.* 6-phyllus. *Cor.* o. *Styl.* 3.
Bacca ſupera, 3-loc.

1119. TAMUS. ♂ *Cal.* 6-phyllus. *Cor.* nulla.
♀ *Cal.* 6-phyllus. *Cor.* o. *Styl.* 3-fid.
Bacca infera, 3-loc.

1122. DIOSCOREA. ♂ *Cal.* 6-phyllus. *Cor.* nulla.
♀ *Cal.* 6-phyllus. *Cor.* o. *Styl.* 3.
Capſ. ſupera, 3-loc.

1121. RAJANIA. ♂ *Cal.* 6-phyllus. *Cor.* nulla.
♀ *Cal.* 6-phyllus. *Cor.* o. *Styl.* 3.
Sem. inferum ala aurita.

* *Rumex Acetoſa, Acetoſella, aculeatus.*

OCTANDRIA.

1123. POPULUS. ♂ *Ament.* lacerum. *Cor.* o. *Nect.* ovat.
Stam. 8-16.
♀ *Ament.* lacerum. *Cor.* o. *Stigm.* 4-fid.
Capſ. 2-valvis. *Sem.* pappoſa.

1124. RHODIOLA. ♂ *Cal.* 4-partitus. *Cor.* 4-petala.
♀ *Cal.* 4-partitus. *Cor.* o. *Piſt.* 4.
Capſ. 4, polyſpermae.

1433. MAGARITARIA. ♂ *Cal.* 4-dentatus. *Cor.* 4-petala.
♀ *Cal.* et *Cor.* ut in mare. *Styl.* 4. ſ. 5.
Bacca cartilaginea, 4-5-cocca.

* *Laurus nobilis.* * *Acer rubrum.*
* *Loranthus europaeus.*

ENNEANDRIA.

1125. MERCURIALIS. ♂ *Cal.* 3-phyllus. *Cor.* nulla.
Stam. 9-12.
♀ *Cal.* 3-phyllus. *Cor.* o. *Styl.* 2.
Capſ. 2-cocca.

1126. HYDROCHARIS. ♂ *Cal.* 3-phyllus. *Cor.* 3-petala.
♀ *Cal.* 3-phyllus. *Cor.* 3-pet. *Styl.* 6.
Capſ. infera, 6-locul.

* *Laurus, an omnis?*

DECANDRIA.

1127. CARICA. ♂ *Cal.* ſubnullus. *Cor.* 5-fida.
♀ *Cal.* 5-dentatus. *Cor.* 5-pet. *Stigm.* 8.
Bacca polyſperma.

1128.

1128. KIGGELARIA. ♂ *Cal.* 5-partitus. *Cor.* 5-petala. *Nectar.* glandulae 5.
♀ *Cal.* 5-partitus. *Cor.* 5-pet. *Styl.* 5. *Capſ.* 5-valvis.

1129 CORIARIA. ♂ *Cal.* 5-phyllus. *Cor.* 5-petala.
♀ *Cal.* 5-phyllus. *Cor.* 5 pet. *Styl.* 5. *Bacca* 5-ſperma: petalina.

1130. SCHINUS. ♂ *Cal.* 4-fidus. *Cor.* 5-petala.
♀ *Cal.* 5-fidus, *Cor.* 5-petala. *Bacca* 3-cocca.

* *Lychnis dioica.* * *Cucubalus otites.*
* *Guilandina dioica.* * *Phytolacca dioica.*

DODECANDRIA.

EUCLEA. ♂ *Cal.* 5-dentatus. *Cor.* 5 petala. *Stam.* 15.
♀ *Cal.* 5-dentatus. *Cor.* 5-petala. *Styli* 2.

1131. MENISPERMUM. ♂ *Cal.* 2-phyllus. *Cor.* 12-petala.
♀ *Cal.* 6-phyllus. *Cor.* 6-petala. *Bacca* 3-cocca.

1132. DATISCA. ♂ *Cal.* 5-phyllus. *Cor.* nulla. *Antherae* ſeſſiles, 15.
♀ *Cal.* 2-dentatus, ſuperus. *Cor.* o. *Capſ.* 1-locularis, polyſperma.

ICOSANDRIA.

* *Spiraea Aruncus.* *Rubus chamaemorus.*

POLYANDRIA.

* *Cycas* (Cfr. App.) * *Zamia* (Cfr. App.)

1133. CLIFFORTIA. ♂ *Cal.* 3-phyllus. *Cor.* nulla.
♀ *Cal.* 3-phyllus. *Cor.* o. *Styl.* 2. *Capſ.* 2-cocca, infera.

1434. HEDYCARIA. ♂ *Cal.* 8-ſ. 10-fidus. *Cor.* o. Filamenta o. *Antherae* in fundo calycis, 4-ſulcae, apice barbatae.
♀ *Cal.* et *Cor.* maris. *Germina* pedicellata. *Nuces* pedicellatae, monoſpermae.

* *Clematis dioica.* * *Thalictrum dioicum.*
* *Stratiotes aloioides,* rectius heic quam in Polyandr. Hexagynia. *Murr.*

MONA-

MONADELPHIA.

1134. JUNIPERUS. ♂ *Ament.* *Cor.* nulla.
Stam. 3.
♀ *Cal.* 3-partitus. *Cor.* 3-pet. *Styl.* 3.
Bacca infera, 3-ſperma, calycina.

1135. TAXUS. ♂ *Cal.* 4-phyllus. *Cor.* nulla.
Anther. 8-fidae.
♀ *Cal.* 4-phyllus. *Cor.* o. *Stigm.* 1.
Bacc. 1-ſperma, recutita.

1136. EPHEDRA. ♂ *Ament.* 2-fidum. *Cor.* nulla.
Stam. 7.
♀ *Cal.* imbricatus. *Cor.* o. *Piſt.* 2,
Bacc. 2-ſperma, calycina.

1138. CISSAMPELOS. ♂ *Cal.* nullus. *Cor.* 4-petala.
Stam. 4.
♀ *Cal.* nullus. *Cor.* o. *Stigm.* 3.
Bacc. 1-ſperma.

838. NAPAEA. ♂ *Cal.* 5-fidus. *Cor.* 5-petala.
Stam. plurima. Styli plures.
♀ *Cal.* 5-fidus: *Cor.* 5-petala.
Stam. plur. effoeta. *Styli* plures.
Arilli 10 in orbem.

1137. ADELIA. ♂ *Cal.* 3-partitus. *Cor.* nulla.
Stam. 20.
♀ *Cal.* 5-partitus. *Cor.* o. *Styl.* 3.
Capſ. 3-cocca.

* *Napaea dioica.*

SYNGENESIA.

1139. RUSCUS. ♂ *Cal.* 6-phyllus. *Cor.* nulla. *Stam.* 5.
♀ *Cal.* 6-phyllus. *Cor.* o. *Piſt.* 1.
Bacc. 3-loc. 2-ſperma.

* *Gnaphalium dioicum.* * *Bryonia dioica.*

GYNANDRIA.

1140. CLUTIA. ♂ *Cal.* 5-phyllus. *Cor.* 5-petala.
Stam. 5.
♀ *Cal.* 5-phyllus. *Cor.* 5-pet. *Styl.* 3.
Capſ. 3-cocca.

MONAN-

MONANDRIA.

1430. PANDANUS. Masc. *Cal.* o. *Cor.* o. *Anthera* sessilis, ramificationibus thyrsi inserta.
Foem. *Cal.* o. *Cor.* o. *Stigmata* 2. *Fruct.* compositus. *Suppl. p.* 64. Cfr. Keura. *Thunb. Diss. nov. pl. gen. p.* 26.

odoratissima. 1. Pandanus. *Suppl. p.* 424. *Odoris praestantissimi causa colitur.*

1096. NAJAS. Masc. *Cal.* cyliudricus, 2-fidus. *Cor.*
1441. 4-fida. *Filamentum* nullum.
Foem. *Cal.* o. *Cor.* o. *Pist.* 1. *Caps.* ovata, unilocularis.

marina. 1. Najas.

DIANDRIA.

1097. VALLISNERIA. Masc. *Spatha* 2-partita. *Spa-*
1441. *dix* tectus flosculis. *Cor.* 3-partitae.
Foem. *Spatha* 2-fida, 1-flora. *Cal.* 3-partitus, superus. *Cor.* 3-petala. *Styli* 3. *Caps.* 1-locularis, polysperma.

spiralis. 1. Vallisneria. *Habitat vulgaris in India orient.*

1099. CECROPIA. Masc. *Spatha* caduca. *Amenta* im-
1449. bricata squamis turbinatis, subtetragonis. *Cor.* o.
Foem. utin mare. *Germina* imbricata. *Styl.* 1. *Stigm.* lacerum. *Bacca* monosperma.

peltata. 1. Cecropia. *Jacq. obs. 2. t. 46. f. 4. Amer. pict. p. 126. t. 262. f. 66. quoad spatham clausam.* M. *Mant.* 499.

1098.

1098. SALIX. MASC. *Amenti* ſquamae. *Cor.* o. *Glandula* baſeos nectarifera.
1442.. FOEM. *Amenti* ſquamae. *Cor.* o. *Stylus* 2-fidus. *Capſ.* 1-locularis; 2-valvis. *Sem.* papposa.

* *Foliis glabris ſerratis.*

hermaphroditica. 1. S. foliis ſerratis glabris, floribus hermaphroditis diandris.
triandra. 2. S. fol. ſerratis glabris, flor. triandris.
pentandra. 3. S. fol. ſerratis glabris, flor. pentandris.
phylicifolia. 4. S. fol. ſerratis glabris lanceolatis: crenis undatis.
japonica. 5. S. fol. ſerratis glabris lanceolatis ſubtus glaucis rarioribus villoſis. *Thunb. jap. mſpt.* M.
vitellina. 6. S. fol. ſerratis ovatis acutis glabris: ſerraturis cartilagineis, petiolis calloſo-punctatis.
amygdalina. 7. S. fol. ſerratis glabris lanceolatis petiolatis, ſtipulis trapeziformibus.
haſtata. 8. S. fol. ſerratis glabris ſubovatis acutis ſeſſilibus, ſtipulis ſubcordatis.
aegyptiaca. 9. S. fol ſubſerratis lanceolato-ovatis nudis venoſis, petiolis ſimplicibus exſtipulatis. Biedmuſk. *Brun. it. 191. t. 72.*
fragilis. 10. S. fol. ſerratis glabris ovato-lanceolatis, petiolis dentato-glanduloſis.
babylonica. 11. S. fol. ſerratis glabris lineari-lanceolatis, ramis pendulis.
purpurea. 12. S. fol. ſerratis glabris lanceolatis: inferioribus oppoſitis. *Flores monandri ſecundum Arduinum.*
Helix. 13. S. fol. ſerratis glabris lanceolato-linearibus: ſuperioribus oppoſitis obliquis.
myrſinites. 14. S. fol. ſerratis glabris ovatis venoſis.
arbuſcula. 15. S. fol. ſubſerratis glabris ſubdiaphanis ſubtus glaucis, caule ſuffruticoſo. — *Jacq. Fl. auſtr. v. 5. t. 408.* M.
herbacea. 16. S. fol. ſerratis glabris orbiculatis. *Fl. dan. t. 117.*
retuſa. 17. S. fol. ſubſerratis glabris obovatis obtuſiſſimis. *Folia venis parallelis.*

** *Foliis glabris integerrimis.*

reticulata. 18. S. fol. integerrimis glabris ovatis obtuſis. *Fl. dan. t. 212.*

myrtil-

myrtilloides. 19. S. fol. integris glabris ovatis acutis.

integra. 20. S. fol. integris glabris lineari-oblongis obtusis. *Thunb. jap. mspt.* M.

glauca. 21. S. fol. integerrimis subtus tenuissime villosis ovato-oblongis.

*** *Foliis integerrimis, villosis.*

aurita. 22. S. fol. integerrimis utrinque villosis obovatis appendiculatis.

lanata. 23. S. fol. utrinque lanatis subrotundis acutis.

lapponum. 24. S. fol. integerrimis hirsutis lanceolatis.

arenaria. 25. S. fol. integris ovatis acutis supra subvillosis, subtus tomentosis. (*Excluso Halleri synonymo.*)

incubacea. 26. S. fol. integerrimis lanceolatis: subtus villosis nitidis, stipulis ovatis acutis.

repens. 27. S. fol. integerrimis lanceolatis utrinque nudiusculis, caule repente.

fusca. 28. S. fol. integerrimis ovatis subtus pubescens. — *Jacq. Fl. austr. v. 5. t. 409.* M. *Affines sunt S. arenaria, incubacea, repens, fusca.*

rosmarinifolia. 29. S. fol. integerrimis lanceolato-linearibus strictis sessilibus subtus tomentosis.

**** *Foliis subserratis, villosis.*

caprea. 30. S. fol. ovatis rugosis subtus tomentosis undatis superne denticulatis.

viminalis. 31. S. fol. subintegerrimis lanceolato-linearibus longissimis acutis subtus sericeis, ramis virgatis.

cinerea. 32. S. fol. subserratis oblongo-ovatis subtus subvillosis, stipulis dimidiato-cordatis.

alba. 33. S. fol. lanceolatis acuminatis serratis utrinque pubescentibus: serraturis infimis glandulosis.

TRIANDRIA.

1101. EMPETRUM. Masc. *Cal.* 3-partitus. *Cor.* 3-petala. *Stam.* longa.
1350.
Foem. *Cal.* 3-partitus. *Cor.* 3-petala. *Styli* 9. *Bacca* 9-sperma.

album. 1. E. erectum. *Differt a sequenti ramulis pubescentibus, foliis longioribus supra scabriusculis, subtus canaliculatis.*

nigrum. 2. E. procumbens. — *Mill. illustr. ic.* M.

1101. OSYRIS. MASC. *Cal.* 3-fidus. *Cor.* o.
1450. FOEM. *Cal.* 3-fidus. *Cor.* o. *Stylus* o. *Stigma* subrotundum. *Drupa* 1-locularis.

alba. 1. O. foliis linearibus. M. — *Syst. ed. 13. p. 737.*
japonica. 2. O. fol. ovatis floriferis. *Thunb. jap. mspt.* M.

1431. MABA. MASC. *Cal.* 3-fidus. *Cor.* 3-fida. FOEM. *Cal.* ut in mare. *Drupa* supera, 2-locularis. *Suppl. p. 65.*

elliptica. 1. MABA. *Suppl. p. 426.*

1331. RESTIO. *Syst. nat. 12. p. 735.*

MASC. CAL. Spica ovata, imbricata squamis unifloris, ovatis membranaceis.
COR. *Petala* 6, oblongiuscula, membranacea, persistentia.
STAM. *Filamenta* 3, capillaria. *Antherae* oblongae, erectae.

FOEM. CAL. ut in Mare.
COR. ut in mare.
PIST. *Germen* inferum. *Styl.* 3, subulati, persistentes. *Stigmata* filiformia.
PER. *Capsula* 3-locularis, subrotunda, 6-plicata: plicis paribus approximatis, stylis convergentibus.
SEM. nonnulla oblongo-cylindrica, obtusa.

paniculatus. 1. R. caule frondoso, spicis paniculatis. Restio panicula sesquipedali multiflora, spicis oblongis ovatis. *Fris. descr. 1772. p. 10. n. 4.*
verticillaris. 2. R. ramis verticillatis articulatis, panicula composita coarctata. *Suppl. p. 425.*
dichotomus. 3. R. culmis dichotomis, spicis solitariis. Restio culmo prostrato, ramis filiformibus secundis adscendentibus, spicis terminalibus pluribus. *Fris. descr. 1772. p. 10. n. 3.*
vimineus. 4. R. culmis simplicibus, spicis corymbosis. Restio scapis floriferis longissimis, panicula filiformi nutante laxa, spicis oblongis squarrosis. *Fris. descr. 1772. p. 10. n. 1.* *Spicae plurimae collectae pedicellis capillaribus laxis. Spicarum squamae acuminatissimae.*

triflorus. 5. R. culmis ſimplicibus, ſpicis alternis ſeſſilibus ſimplicibus. Reſtio culmis teretibus erectis, vaginis membranaceis bifidis, ſpicis cylindricis terminalibus ſubternis. *Friſ. deſcr. 1772. p. 10. n. 2.*

ſimplex. 6. R. culmis ſimplicibus ſpica terminali. Reſtio ſpica ſimplici terminali oblonga diſticha. *Friſ. deſcr. 1772. p. 11. n. 10.*

Elegia. 7. R. culmis ſimplicibus, ſpica glomerata, ſpathis partialibus vagis ſimplicibus. Reſtio thyrſifer thyrſo oblongo terminali, ſpathis alternis maximis in lobos diviſis. *Friſ. deſcr. 1772. p. 11. n. 9.* Elegia juncea. *Mant. alt. 297.*

cernuus. 8. R. culmo ſimplici aphyllo, ſpicis turbinatis pendulis. *Suppl. p. 425.*

tectorum. 9. R. culmo ſimplici aphyllo, racemo compoſito erecto. *Suppl. p. 425.*

1102. EXCOECARIA. Masc. *Amentum* nudum. *Cal.* 0. *Cor.* 0.
1451. Foem. *Amentum* nudum. *Cal.* 0. *Cor.* 0. *Styli* 3. *Capſ.* tricocca.

Agallocha. 1. Excoecaria.

1280. CATURUS. Masc. *Cal.* 0. *Cor.* 3-fida.
Foem. *Cal.* 3-partitus. *Cor.* 0. *Styli* 3. *Capſ.* 3-cocca.

ſpiciflorus. 1. B. ſpicis axillaribus pendulis. *Mant. 127.* Acalypha hiſpida. *Burm. ind. 303. t. 61. f. 1.* Watta-Taly. *Rheed. mal. 5. t. 62.*

ramiflorus. 2. B. floribus lateralibus ſeſſilibus. *Mant. 127.* — *Boehmeria ramiflora. Jacq. amer. pict. p. 120. t. 236. Sed in foemina calyx nullus eſt, et ſtylus unicus. Jacq.* M.

TETRANDRIA.

1103. TROPHIS. Masc. *Cal.* 0. *Cor.* 4-petala.
1451. Foem. *Cal.* 0. *Cor.* 0. *Stylus* 2-partitus. *Bacca* 1-ſperma.

americana. 1. Trophis. *Obſ. Bucephalon* racemoſum. *Sp. plant. 1661. hujus generis; an ſpecies?*

1104.

1104. BATIS. MASC. *Amentum* 4-fariam imbricatum.
1451. *Cal.* o. *Cor.* o.
FOEM. *Amentum* ovatum: involucro 2-phyllo. *Cal.* o. *Cor.* o. *Stigma* bilobum, ſeſſile. *Baccae* coadunatae, 4-ſpermae.

maritima. 1. BATIS. *Jacq. amer. pict. p. 127. t. 246.* M. *An a* Bucephalo *Plum. diſtincta?*

1105. VISCUM. MASC. *Cal.* 4-partitus. *Cor.* o. *Fila-*
1451. *menta* o. *Antherae* calyci adnatae.
FOEM. *Cal.* 4-phyllus, ſuperus. *Stylus* o. *Cor.* o. *Bacca* 1-ſperma. *Sem.* cordatum.

album. 1. V. foliis lanceolatis obtuſis, caule dichotomo, ſpicis axillaribus. — *Mill. illuſtr. ic.* M.
rubrum. 2. V. fol. lanceolatis obtuſis, ſpicis lateralibus.
purpureum. 3. V. fol. obovatis, racemis lateralibus.
opuntioides. 4. V. caule prolifero ramoſiſſimo aphyllo compreſſo.
capenſe. 5. V. aphyllum, ramis brachiatis. *Suppl. 426.*
verticillatum. 6. V. caule verticillato, fol. ovatis trinerviis obtuſis.
pauciflorum. 7. V. fol. ovatis obtuſis enerviis, floribus ſparſis ſolitariis, caule fruticoſo, ramis alternis. *Suppl. p. 426.*
terreſtre. 8. V. caule herbaceo tetragono brachiato, fol. lanceolatis.
rotundifolium. 9. V. fol. orbiculatis, flor. verticillatis. *Suppl. p. 426.*

1432. MONTINIA. MASC. *Cal.* 4-dentatus, ſuperus. *Petala* 4.
FOEM. *Cal.* et *Cor.* ut in mare. *Filamenta* ſterilia. *Styl.* 2-fidus. *Capſ.* oblonga, 2-locularis. *Suppl. p. 65.* Cfr. *Thunb. Diſſ. nov. pl. gen. p. 27.* M.

acris. 1. MONTINIA. *Suppl. p. 427.* — Montinia caryophyllacea. *Thunb. in act. lund. P. 1. p. 108.* M.

1106. HIPPOPHAE. Masc. *Cal.* 2-partitus. *Cor.* 0.
1452. Foem. *Cal.* 2-fidus. *Cor.* 0. *Styl.* 1. *Bacca* monosperma.

Rhamnoides. 1. H. foliis lanceolatis. *Fl. dan. t.* 265.
canadensis. 2. H. fol. ovatis.

1107. MYRICA. Masc. *Amenti* squama lunata. *Cor.* 0.
1453. Foem. *Amenti* squama lunata. *Cor.* 0. *Styli* 2. *Bacca* 1-sperma.

Gale. 1. M. foliis lanceolatis subserratis, caule suffruticoso. *Fl. dan. t.* 327.
cerifera. 2. M. fol. lanceolatis subserratis, caule arborescente.
aethiopica. 3. M. fol. lanceolatis dentatis: infimis integerrimis. *Mant.* 298. Myrtus brabanticae accedens africana conifera. *Pluk. alm.* 250. *t.* 48. *f.* 8. Arbor conifera odorata, foliis salicis rigidis leviter serratis. *Raj. hist.* 1800.
nagi. 4. M. fol. lanceolatis integris aveniis. *Thunb. jap. mspt.* M.
quercifolia. 5. M. fol. oblongis oppositе sinuatis.
cordifolia. 6. M. fol. subcordatis serratis sessilibus.
trifoliata. 7. M. fol. ternatis dentatis.

PENTANDRIA.

1108. PISTACIA. Masc. Amenti. *Cal.* 5-fidus. *Cor.* 0.
1454. Foem. distincta. *Cal.* 3-fidus. *Cor.* 0. *Styl.* 2. *Drupa* monosperma.

trifolia. 1. P. foliis subternatis simplicibusque.
narbonensis. 2. P. fol. pinnatis ternatisque suborbiculatis.
vera. 3. P. fol. impari-pinnatis: foliolis subovatis recurvis. *E Syria in Italiam intulit L. Vitellius, postea Caesar factus, cum Legatus in ea provincia esset. Plin. XIII.* 5.
Terebinthus. 4. P. fol. impari pinnatis: foliolis ovato-lanceolatis.
Lentiscus. 5. P. fol. abrupte pinnatis: foliolis lanceolatis.

1109. ZANTHOXYLUM. Masc. *Cal.* 5-partitus. *Cor.* 0.
1455. Foem. *Cal.* 5-partitus, *Cor.* 0. *Pist.* 5. *Caps.* 5, monospermae.

Clava Herculis. 1. Z. foliis pinnatis. *Pluk. phyt. t.* 328. *f.* 6. *Browneo Cal. 5-dentatus; Cor. 5-partita laciniis conchatis;*

chatis; Stam.5; Styli o; Stigmata 5; Capsula 5-cocca; aliter alii. Ulterius commendanda autoptis. — In horto bot. gott. omnes flores hermaphroditi, alternatim congesti ad latera ramorum: Pedunculis brevibus; Calyce infero, 5-, rarius 4 vel 6-partito; Corolla o; Staminibus divaricatis 5, rarius 4 vel 6; Stylo 1 brevi; Stigmatibus globoso ovatis 3, subinde 2 vel 4. absque ratione reliquarum floris partium. Fructum apud nos non maturat. M.

trifoliatum. 2. Z. fol. ternatis. *Sp. pl. t. 270.*

1111. ASTRONIUM. MASC. *Cal.* 5-phyllus. *Cor.* 5-petala.
1456. FOEM. *Cal.* 5-phyllus. *Cor.* 5-petala. *Styli* 3. *Sem.* unicum.

graveolens. 1. ASTRONIUM. — *Jacq. amer. pict. p. 127. t. 262. f. 65. quoad calycem et folia.* M. *Arbor foliis pinnatis.*

1281. CANARIUM. MASC. *Cal.* 2-phyllus. *Cor.* 3-petala.
FOEM. *Cal.* 2-phyllus. *Cor.* 3-petala. *Stigma* sessile. *Drupa* nuce trigona.

commune. 1. CANARIUM. *Mant. 127.*

1110. ANTIDESMA. MASC. *Cal.* 5-phyllus. *Cor.* o. *Antherae* 2-fidae.
1455. FOEM. *Cal.* 5-phyllus. *Cor.* o. *Stigmata* 5. *Bacca* cylindrica. 1-sperma.

alexiteria. 1. ANTIDESMA.

1113. IRESINE. MASC. *Cal.* 2-phyllus. *Cor.* 5-petala. *Nectaria* 7.
1456. FOEM. *Cal.* 2-phyllus. *Cor.* 5-petala. *Stigmata* 2, sessilia. *Caps.* seminibus tomentosis.

Celosia. 1. IRESINE.

1112. SPINACIA. Masc. *Cal.* 5-partitus. *Cor.* o.
1456. Foem. *Cal.* 4-fidus. *Cor.* o *Styli* 4. *Sem.* 1, intra calycem induratum.

oleracea. 1. S. fructibus sessilibus.
fera. 2. S. fructibus pedunculatis.

1114. ACNIDA. Masc. *Cal.* 5-phyllus. *Cor.* nulla.
1457. Foem. *Cal.* 2-phyllus. *Cor.* o. *Styli* 5. *Sem.* 1, calyce succulento tectum.

cannabina. 1. Acnida.

1115. CANNABIS. Masc. *Cal.* 5-partitus. *Cor.* o.
1457. Foem. *Cal.* 1-phyllus, integer, latere hians. *Cor.* o. *Styli* 2 *Nux* 2-valvis, intra calycem clausum.

sativa. 1. Cannabis. *Rumph. amb.* 5. *t.* 180.

1116. HUMULUS. Masc. *Cal.* 5-phyllus. *Cor.* o.
1457. Foem. *Cal.* 1-phyllus, oblique patens, integer. *Cor* o. *Styli* 2. *Sem.* 1, intra calycem foliatum.

Lupulus. 1. Humulus. — *Mill. illustr. ic.* M.

1117. ZANONIA. Masc. *Cal.* 3-phyllus. *Cor.* 5-partita.
1457. Foem. *Cal.* 3-phyllus. *Cor.* 5-partita. *Styli* 3. *Bacca* 3-locularis, infera. *Sem.* 2.

indica. 1. Zanonia.

1118. FEVILLEA. Masc. *Cal.* 5-fidus. *Cor.* 5-fida. *Stam.* 5. *Nectar.* filamenta 5, conniventia.
1457. Foem. *Cal.* 5-fidus. *Styli* 3. *Pomum* durum, 3-loculare, corticosum.

trilobata. 1. F. foliis lobatis subtus punctatis. Trichosanthes *punctata,* fol. quinquelobis obtusis incisis subtus

tus glanduloso-punctatis. *Sp. plant. 1432. Dioicam statuit D. Browne.*

cordifolia. 2. F. fol. cordatis angulatis. *An specie distincta?*

HEXANDRIA.

1119. TAMUS. Masc. *Cal.* 6-partitus. *Cor.* o.
1458. Foem. *Cal.* 6-partitus. *Cor.* o. *Stylus* 3-fidus. *Bacca* 3-locularis, infera. *Sem.* 2.

communis. 1. T. foliis cordatis indivisis. — *Mill. illustr. ic.* M.

cretica. 2. T. fol. trilobis. *Varietas praecedentis. Ger. 136.*

1120. SMILAX. Masc. *Cal.* 6-phyllus. *Cor.* o.
1458. Foem. *Cal.* 6-phyllus. *Cor.* o. *Styli* 3. *Bacca* 3-locularis. *Sem.* 2.

* *Caule aculeato, angulato.*

aspera. 1. S. caule aculeato angulato, foliis dentato-aculeatis cordatis novemnerviis.

excelsa. 2. S. caule aculeato angulato, fol. inermibus cordatis novemnerviis.

zeilanica. 3. S. caule aculeato angulato, fol. inermibus: caulinis cordatis; rameis ovato-oblongis. China amboinensis. *Rumph. amb. 5. p. 457. t. 161. Petioli bidentati, non cirrhosi. Cirrhi ex alis s. pedunculi rudimento.*

Sarsaparilla. 4. S. caule aculeato angulato, fol. inermibus ovatis retuso-mucronatis trinerviis.

** *Caule aculeato, tereti.*

China. 5. S. caule aculeato teretiusculo, fol. inermibus ovato-cordatis quinquenerviis.

rotundifolia. 6. S. caule aculeato tereti, fol. inermibus cordatis acuminatis septemnerviis.

laurifolia. 7. S. caule aculeato tereti, fol. inermibus ovato-lanceolatis trinerviis.

tamnoides. 8. S. caule aculeato tereti, fol. inermibus cordatis oblongis septemnerviis.

caduca. 9. S. caule aculeato tereti, fol. inermibus ovatis trinerviis.

*** *Caule inermi, angulato.*

bona nox. 10. S. caule inermi angulato, fol. ciliato-aculeatis.
herbacea. 11. S. caule inermi angulato, fol. inermibus ovatis ſeptemnerviis.
tetragona. 12. S. caule inermi tetragono, fol. cordatis quinquenerviis acuminatis inermibus. *Suppl. p. 427.*

**** *Caule inermi, tereti.*

lanceolata. 13. S. caule inermi tereti, fol. inermibus lanceolatis.
Pſeudo-China. 14. S. caule inermi tereti, fol. inermibus: caulinis cordatis; rameis ovato-oblongis quinquenerviis.

1121. RAJANIA. MASC. *Cal.* 6-partitus. *Cor.* o.
1461. FOEM. *Cal.* 6-partitus. *Cor.* o. *Styli* 3. *Fructus* ſubrotundus, ala obliqua, inferus.

haſtata. 1. R. foliis haſtato-cordatis.
cordata. 2. R. fol. cordatis ſeptemnerviis.
quinquefolia. 3. R. fol. quinis ovato-oblongis.
quinata. 4. R. fol. quinatis: foliolis emarginatis, floribus umbellaribus axillaribus. *Thunb. jap. mſpt.* M.
hexaphylla. 5. S. fol. ſenariis: foliolis oblongis acutis, flor. racemoſis. *Thunb. l. c.* M.

1122. DIOSCOREA. MASC. *Cal.* 6-partitus. *Cor.* o.
1462. FOEM. *Cal.* 6-partitus. *Cor.* o. *Styli* 3. *Capſ.* 3-locularis, compreſſa. *Sem.* 2, membranacea.

pentaphylla. 1. D. foliis digitatis. *Rumph. amb. 5. t. 127.*
triphylla. 2. D. fol. ternatis. *Rumph. amb. 5. t. 128.*
trifida. 3. D. fol. cordatis trifidis. *Suppl. p. 427.*
aculeata. 4. D. fol. cordatis, caule aculeato bulbifero. *Rumph. amb. 5. t. 126.*
alata. 5. D. fol. cordatis, caule alato bulbifero.
bulbifera. 6. D. fol. cordatis, caule laevi bulbifero. *Rumph. amb. 5. t. 124.*
ſativa. 7. D. fol. cordatis alternis, caule laevi tereti. *Rumph. amb. 5. t. 180.*
villoſa. 8. D. fol. cordatis alternis oppoſitisque: caule laevi. *Rumph. amb. 5. t. 162?*

oppo-

oppositifolia. 9. D. fol. oppositis ovatis acuminatis. *Rumph. amb. 5. t. 120.*
septemloba. 10. D. fol. cordatis septemlobis septemnerviis. *Thunb. jap. mspt.* M.
quinquelobata. 11. D. fol. cordatis quinquelobis novemnerviis. *Thunb. l. c.* M.
japonica. 12. D. fol. cordatis acuminatis novemnerviis. *Thunb. l. c.* M.

OCTANDRIA.

1123. POPULUS. 1463. MASC. Amenti *Cal.* lamina lacera. *Cor.* turbinata, obliqua, integra.
FOEM. Amenti *Cal.* et *Cor.* maris. *Stigma* 4-fidum. *Caps.* 2-locularis. *Sem.* multa, papposa.

alba. 1. P. foliis subrotundis dentato-angulatis subtus tomentosis.
tremula. 2. P. fol. subrotundis dentato angulatis utrinque glabris. *Petioli apice compressi, unde Folia tremula. Gouan.*
nigra. 3. P. fol. deltoidibus acuminatis serratis. — *Mill. illustr. ic.* M.
balsamifera. 4. P. fol. ovatis serratis subtus albidis, stipulis resinosis. Populus foliis subcordatis inferne incanis, superne atroviridibus. *Mill. dict. 7.* Tacamahaca foliis crenatis. *Pluk. alm. 360. t. 281. f. 3. Mill. dict. app. Trew. Ehret. t. 46. Folia ovato-oblonga, subtus alba superficie vix conspicue tomentosa venis nudis reticulata. Stipulae resiniferae, subspinescentes.*
heterophylla. 5. P. fol. cordatis: junioribus villosis. *Ramuli truncati repraesentant stellam pentagonam Angl.*

1124. RHODIOLA. 1465. MASC. *Cal.* 4-partitus. *Cor.* 4-petala.
FOEM. *Cal.* 4-partitus. *Cor.* 0. *Nectaria* 4. *Pist.* 4. *Caps.* 4, polyspermae.

rosea. 1. RHODIOLA. *Fl. dan. t. 483.*

1433. MARGARITARIA. Masc. *Cal.* 4-dentatus. *Cor.* 4-petala.
Foem. *Cal.* et *Cor.* ut in mare. *Styli* 4. f. 5. *Bacca* cartilaginea, 4-f.5-cocca. *Suppl. p.* 66.

nobilis. 1. Margaritaria. *Suppl. p.* 428.

ENNEANDRIA.

1125. MERCURIALIS. Masc. *Cal.* 3-partitus. *Cor.* 0.
1465. *Stam.* 9-f. 12. *Antherae* globofae, didymae.
Foem. *Cal.* 3-partitus. *Cor.* 0. *Styli* 2. *Capf.* dicocca, 2-locularis, 1-fperma.

perennis. 1. M. caule fimpliciffimo, foliis fcabris. *Fl. dan. t.* 400. — *Mill. illuftr. ic.* M.
ambigua. 2. M. caule brachiato, fol. glabriufculis, floribus verticillatis: foemineo mafculisque.
annua. 2. M. caule brachiato, fol. glabris, flor. fpicatis.
tomentofa. 3. M. caule fuffruticofo, fol. tomentofis.

1126. HYDROCHARIS. Masc. *Spatha* 2-phylla. *Cal.*
1466. 3-fidus. *Cor.* 3-petala. *Filamenta* 3 interiora ftylifera.
Foem. *Cal.* 3-fidus. *Cor.* 3-petala. *Styli* 6. *Capf.* 6-locularis, polyfperma, infera.

Morfus ranae. 1. Hydrocharis. — *Fl. dan. t.* 878. M.

DECAN-

DECANDRIA.

1127. CARICA. Masc. *Cal.* ſubnullus. *Cor.* 5-fida, infundibuliformis. *Filamenta* in tubo corollae: alterna breviora,
1466.
Foem. *Cal.* 5-dentatus *Cor.* 5-petala. *Stigmata* 5. *Bacca* 1-locularis, polyſperma.

Papaya. 1. C. foliorum lobis ſinuatis. *Rumph. amb. 1. t. 50. 51. Trew. ehret. t. 7. Hugh. barb. 181. t. 14, 15.*

Poſopoſa. 2. C. foliorum lobis integris.

1128. KIGGELARIA. Masc. *Cal.* 5-partitus. *Cor.* 5-petala: glandulae 5 trilobae. *Antherae* apicibus perforatae.
1466.
Foem. *Cal.* et *Cor.* maris. *Styli* 5. *Capſ.* 1-locularis, 5-valvis, polyſperma.

africana. 1. Kiggelaria. — *Mill. illuſtr. ic.* M.

1130. SCHINUS Masc. *Cal.* 5-fidus. *Petala* 5.
1467. Foem. *Flos* maris. *Bacca* 3-cocca.

Molle. 1 S. foliis pinnatis: foliolis ſerratis impari longiſſimo, petiolis aequalibus.

Areira. 2. S. fol. pinnatis: foliolis integerrimis aequalibus, petiolis aequalibus.

1129. CORIARIA. Masc. *Cal.* 5-phyllus. *Cor.* 5-petala, calyci ſimillima, connexa. *Antherae* bipartitae.
1467.
Foem. *Cal.* 5-phyllus. *Cor.* maris. *Styli* 5. *Sem.* 5, petalis ſucculento-baccatis tecta.

myrtifolia. 1. C. foliis ovato-oblongis. Coriaria hermaphroditica. *Turr. farſet. 13. (foemina). Foemina gaudet Antheris ſterilibus. Ger. 341.*

ruſcifolia. 2. C. fol. cordato-ovatis ſeſſilibus.

DODE-

DODECANDRIA.

EUCLEA. Masc. *Cal.* 5-dentatus. *Cor.* 5-petala. *Stam.* 15.
Foem. *Cal.* et *Cor.* maris. *Germen* ſuperum. *Styli* 2. *Bacca* 2-locularis. Cfr. *Suppl.* *p.* 67.

racemoſa. 1. Euclea. *Burm. afric.* 4. 84. *f.* 2. Cfr. *Suppl.* *p.* 429.

1132. DATISCA. Masc. *Cal.* 5-phyllus. *Cor.* 0. *Antherae* ſeſſiles, longae, 15.
1469. Foem. *Cal.* 2-dentatus. *Cor.* 0. *Styli* 3. *Capſ.* 3-angularis, 3-cornis, 1-locularis, pervia, polyſperma, infera.

cannabina. 1. D. caule laevi.
hirta. 2. D. caule hirſuto.

1131. MENISPERMUM. Masc. *Petala* 4 exteriora; 8 interiora. *Stam.* 16.
1468. Foem. *Cor.* maris. *Stam.* 8. ſterilia. *Baccae* binae monoſpermae.

canadenſe. 1. M. foliis peltatis cordatis ſubrotundo-angulatis. — *Mill. illuſtr. ic.* M.
virginicum. 2. M. fol. peltatis cordatis lobatis.
japonicum. 3. M. fol. peltatis rotundato-ovatis integris. *Thunb. jap. mſpt.* M.
carolinum. 4. M. fol. cordatis ſubtus villoſis.
Cocculus. 5. M. fol. cordatis retuſis mucronatis, caule lacero.
criſpum. 6. M. fol. cordatis exquiſitis, caule quadrangulo criſpo.
acutum. 7. M. fol. cordatis poſtice angulatis acuminatis, caule tereti ſtriato. *Thunb. jap. mſpt.* M.
orbiculatum. 8. M. fol. orbiculatis ſubtus villoſis.
hirſutum. 9. M. fol. lanceolato-ovatis villoſis.
myoſotoides. 10. M. fol. lineari-lanceolatis hirſutis.
trilobum. 11. M. fol. trilobis. *Thunb. jap. mſpt.* M.

POLY-

POLYANDRIA.

1133. CLIFFORTIA. MASC. *Cal.* 3-phyllus, ſuperus.
1469. *Stam.* fere 30.
FOEM. *Cal.* 3-phyllus, ſuperus. *Cor.* 0. *Styli* 2. *Capſ.* 2-locularis. *Sem.* 1.

* *Foliis ſimplicibus* M.

odorata. 1. O. foliis ovatis ſerratis, coſtatis ſubtus villoſis. *Suppl. p.* 431.

ilicifolia. 2. C. fol. ſubcordatis dentatis. *Mant.* 499. — *Mill. illuſtr. ic.* M.

ruſcifolia. 3. C. fol. lanceolatis integerrimis. *Folia floralia utrinque ſpina, marginali prope terminalem armata.*

ferruginea. 4. C. fol. lanceolatis ſetaceo-ſerratis. *Suppl. p.* 429.

graminea. 5. C. fol. enſiformibus ſerrulatis, petiolis dilatatis terminatis ariſtis binis ſtipuliformibus. *Suppl. p.* 429.

polygonifolia. 6. C. fol. linearibus piloſis.

filifolia. 7. C. fol. filiformibus triquetris glabris integerrimis. *Suppl. p.* 430.

* * *Foliis compoſitis.* M.

crenata. 8. C. fol. binatis orbiculatis crenulatis. *Suppl. p.* 430.

pulchella. 9. C. fol. binatis orbiculatis integerrimis. *Suppl. p.* 430.

trifoliata. 10. C. fol. ternatis: intermedio tridentato.

ſarmentoſa. 11. C. fol. ternatis linearibus villoſis. *Mant.* 299. *Frutex ſarmentoſus.*

ſtrobilifera. 12. C. fol. ternatis linearibus acutis laevibus. Cedrus conifera, juniperi foliis, racemoſa, conis candicantibus parvis. *Pluk. alm.* 91. *t.* 275. *f.* 2. *Habitat ad Cap. b. ſpei. Frutex ramis teretibus, parcius ramoſus. Stipulae (antea Petioli) vaginantes, ſcarioſae, ſubovatae, bidentatae, glabrae, perſiſtentes. Folia ternata, ſeſſilia, linearia acuta, carinata, glabra: Petiolo breviſſimo, vaginali, bidentato. Fructificationem non vidi, genus ex ſtructura hariolor. Strobili ſunt Gallae, nec fructus.*

obcor-

obcordata. 13. C. fol. ternatis: foliolis ſubrotundis: intermedio obcordato. *Suppl. p. 429.*

ternata. 14. C. fol. ternatis: foliolis integris piloſis. *Suppl. p. 430.*

juniperina. 15. C. flor. ternatis triquetris ſubulatis confertis. *Suppl. p. 430.*

falcata. 16. C. fol. ternatis linearibus falcatis glabris. *Suppl. p. 431.*

teretifolia. 17. C. fol. faſciculatis teretibus ſubulatis incurvis glabris integris. *Suppl. p. 430.*

ericaefolia. 18. C. fol. faſciculatis teretibus ſulcatis glabris. *Suppl. p. 430.*

1432. HEDYCARIA. Masc. *Cal.* 8-ſ. 10-fidus. *Cor.* 0. *Filamenta* 0. *Antherae* in fundo calycis, 4-ſulcae, apice barbatae.
Foem. *Cal.* et *Cor.* maris. Germina pedicellata. *Nuces* pedicellatae 1-ſpermae. *Suppl. p.* 67.

dentata. 1. Hedycaria. *Suppl. p. 431.*

MONADELPHIA.

1134. JUNIPERUS. Masc. *Amenti* Calyx ſquamae. *Cor.*
1470. 0. *Stam.* 3.
Foem. *Cal.* 3-partitus. *Petala* 3. *Styli* 3. *Bacca* 3-ſperma, tribus tuberculis calycis inaequalis.

thurifera. 1. J. foliis quadrifariam imbricatis acutis.

barbadenſis. 2. J. fol. omnibus quadrifariam imbricatis: junioribus ovatis, ſenioribus acutis.

bermudiana. 3. J. fol. inferioribus ternis: ſuperioribus binis decurrentibus ſubulatis patulis acutis.

chinenſis. 4. J. fol. decurrentibus imbricato-patentibus confertis: caulinis ternis, rameis quaternis. *Mant.* 127.

Sabina. 5. J. fol. oppoſitis erectis decurrentibus: oppoſitionibus pyxidatis.

virginiana. 6. J. fol. ternis baſi adnatis: junioribus imbricatis; ſenioribus patulis. (*Excluſo Plukenetio.*)

communis. 7. J. fol. ternis patentibus mucronatis, bacca longioribus. *Mill. illuſtr. ic.* M.

Oxy-

Oxycedrus. 8. J. fol. ternis patentibus mucronatis, bacca brevioribus. *Mant.* 499.
phoenicea. 9. J. fol. ternis obliteratis imbricatis obtusis.
lycina. 10. J. fol. ternis undique imbricatis ovatis obtusis.

1135. TAXUS. Masc. *Cal.* 3-phyllus gemmae. *Cor.* o.
1472. *Stamina* multa. *Antherae* peltatae, 8-fidae.
Foem. *Cal.* 3-phyllus gemmae. *Cor.* o. *Stylus* o. *Sem.* 1, calyculo baccato, integerrimo.

baccata. 1. T. foliis approximatis.
nucifera. 2. T. fol. distantibus.
macrophylla. 3. T. fol. solitariis lanceolatis remotis. *Thunb. jap. mspt.* M.
verticillata. 4. T. fol. verticillatis linearibus falcatis. *Thunb. l. c.* M.

1136. EPHEDRA. Masc. *Amenti* Calyx 2-fidus. *Coroll.*
1471. o. *Stamina* 7. *Antherae* 4 inferiores; 3 superiores.
Foem. *Cal.* 2-partitus, 5-tuplex. *Cor.* o. *Pist.* 2. *Sem.* 2, calyce baccato tecta.

distachya. 1. E. pedunculis oppositis: amentis geminis.
monostachia. 2. E. pedunc. pluribus: amentis solitariis. *Nimis affinis praecedenti.*

1138. CISSAMPELOS. Masc. *Cal.* 4-phyllus. *Cor.* o.
1473. *Nectarium* rotatum. *Stam.* 4: filamentis connatis.
Foem. *Cal.* monophyllus, ligulato-subrotundus. *Cor.* o. *Styli* 3. *Bacca* 1-sperma.

Pareira. 1. C. foliis peltatis cordatis emarginatis. *Forte foemina sequentis.*
Caapeba. 2. C. fol. basi petiolatis integris.
smilacina. 3. C. fol. cordatis acutis angulatis.
fruticosa. 4. C. caule erecto fruticoso, fol. ovatis petiolatis integris. *Suppl. p.* 432.
capensis. 5. C. caule volubili, fol. ovatis obtusis petiolatis integris. *Suppl. p.* 432.

838. NAPAEA. Masc. *Cal.* 5-fidus. *Petala* 5. *Stam.*
965. monadelpha, plurima, fertilia. *Styli* plures, steriles.
Foem. *Cal.* 5-fidus. *Petala* 5. *Stam.* monadelpha, plurima, sterilia. *Styli* plures, stamine longiores. *Caps.* orbicularis, depressa, 10-locularis. *Sem.* solitaria.

laevis. 1. N. pedunculis nudis laevibus, foliis lobatis glabris. Napaea hermaphrodita. *Sp. pl* 965.
scabra. 2. N. pedunc. involucratis angulatis, fol. palmatis scabris. Napaea dioica. *Sp. plant.* 965.

1137. ADELIA. Masc. *Cal.* 3-partitus. *Cor.* o. *Stam.*
1473. plurima, basi coalita.
Foem. *Cal.* 5-partitus. *Cor.* o. *Styli* 3, laceri. *Caps.* 3-cocca.

Bernardia. 1. A. foliis oblongis tomentosis serratis.
Ricinella. 2. A. fol. obovatis integerrimis.
Acidoton. 3. A. ramis flexuosis, spinis gemmaceis.

SYNGENESIA.

1139. RUSCUS. Masc. *Cal.* 6-phyllus. *Cor.* o. *Necta-*
1474. *rium* centrale, ovatum, apice perforatum.
Foem. *Calyx, Corolla* et *Nectarium* maris. *Stylus* 1. *Bacca* 3-locularis. *Sem.* 2.

aculeatus. 1. R. foliis supra floriferis nudis. — *Mill. illustr. ic.* M.
Hypophyllum. 2. R. fol. subtus floriferis nudis.
Hypoglossum. 3. R. fol. subtus floriferis sub foliolo.
androgynus. 4. R. fol. margine floriferis.
racemosus. 5. R. racemo terminali hermaphroditico. Laurus alexandrina angustifolia ramosa, fructu ad extremum ramoso. *Moris. hist.* 3. *p.* 541. *s.* 13. *t.* 5.

t 5. f. 14. Calyx cum corolla coalita fere in totum et deciduus. Hort. cliff. 466. Fructus monospermus. Hall. goett. 78. Flos hermaphroditus.

GYNANDRIA.

1140. CLUTIA. Masc. *Cal.* 5-phyllus. *Cor.* 5-petala.
1475. Foem. *Cal.* 5-phyllus. *Cor.* 5-petala. *Styli* 3. *Caps.* 3-locularis. *Sem.* 1.

alaternoides. 1. C. foliis subsessilibus lineari-lanceolatis, floribus solitariis erectis.

polygonoides. 2. C. fol. lanceolatis, flor. axillaribus plurimis.

pulchella. 3. C. fol. ovatis integerrimis, flor. lateralibus. — *Mill. illustr. ic.* M.

hirta. 4. C. fol. ovatis nudis integris, flor. lateralibus glomeratis hirsutis. *Suppl. p. 432.*

tomentosa. 5. C. fol. ellipticis utrinque tomentosis. *Mant. 299. Folia magnitudine Thymi.*

retusa. 6. C. fol. ovalibus retusis, flor. racemosis axillaribus.

Eluteria. 7. C. fol. cordato-lanceolatis. *Decandra generis dubii.*

stipularis. 8. C. fol. ovalibus subtus tomentosis. *Mant. 127.*

acuminata. 9. C. herbacea, fol. ovatis glabris obtusis cum acumine, flor. axillaribus solitariis. *Suppl. p. 432.*



CLASSIS XXIII.

P O L Y G A M I A.

M O N O E C I A.

1141. **Musa.** ☿ *Cal.* nullus. *Cor.* 2-petala. *Stam.* 6: 1. fertil. *Pist.* 1. *Bacc.* infera.
☿ *Cal.* nullus. *Cor.* 2-petala. *Stam.* 6: 5. perfect. *Pist.* 1. *Bacc.* nulla.

1146. **Holcus.** ☿ *Glum.* 1-flora. *Glum.* 2 valv. *Stam.* 3. *Styl.* 2. *Sem.* 1.
♂ *Glum.* 1-flor. *Glum.* 2 valv. *Stam.* 3.

1149. **Cenchrus.** ☿ *Glum.* 2-flor. *Glum.* 2-valvis. *Stam.* 3. *Styl.* 2-fid. *Sem.* 1.
♂ *Involucr.* idem. *Glum.* 2 valv. *Stam.* 3.

1148. **Ischaemum.** ☿ *Glum.* 2 flor. *Glum.* 2-valv. *Stam.* 3. *Styl.* 2. *Sem.* 1.
♂ *Glum.* eadem. *Glum.* 2 valv. *Stam.* 3.

1334. **Manisuris.** ☿ *Glum.* 1-flora. *Cor.* 2-valvis. *Stam.* 3. *Stylus* bifidus.
♂ *Glum.* 1 flora. *Cor.* 2-valvis. *Stam.* 3. *Valvulae* calycis omnes emarginatae apice lateribusque.

1150. **Aegilops.** ☿ *Glum.* 3-flor. *Glum.* 3-arist. *Stam.* 3. *Styl.* 2. *Sem.* 1.
♂ *Glum.* 3-flor. *Glum.* 3-arist. *Stam.* 3.

1333. **Spinifex.** ☿ *Gluma* 2 flor. *Gluma* 2-valvis. *Stam.* 3. *Styli* 2.
♂ *Gluma* communis *Gl.* 2 valvis. *Stam.* 3. *Valvulae* omnes calyci parallelae (Lolii).

1145. **Andropogon.** ☿ *Glum.* 1-flor. *Glum.* basi arist. *Stam.* 3. *Styl.* 2. *Sem.* 1.
♂ *Glum.* 1-flor. *Glum.* basi arist. *Stam.* 3.

1147. **Apluda.** ☿ *Cal* Gluma communis flosculo foemineo sessili; masculis pedunculatis.
♀ *Cal.* 0. Gluma 2-valv. *Styl.* 1. *Sem.* 1.
♂ *Cal.* 0. *Glum.* 2-valv. *Stam.* 3.

1151.

1151. VALANTIA. ☿ *Cal.* nullus. *Cor.* 4-partita. *Stam.* 4. *Styl.* 2-fid. *Sem.* 1.
♂ *Cal.* null. *Cor.* 3-f. 4-part. *St.* 3 f. 4.

1142. OPHIOXYLON. ☿ *Cal.* 5-fidus. *Cor.* 5-fida. *Stam.* 3. *Pist* 1.
♂ *Cal.* 2-fidus. *Cor.* 5-fida. *Stam.* 2.

1143. CELTIS. ☿ *Cal.* 5-partitus. *Cor.* nulla. *Stam.* 5. *Styl* 2. *Drupa*
♂ *Cal.* 6-partitus. *Cor.* nulla. *Stam.* 6.

1144. VERATRUM. ☿ *Cal.* nullus. *Cor* 6-petala. *Stam.* 6. *Pist.* 3. *Capf.* 3.
♂ *Cal.* nullus. *Cor.* 6-petala. *Stam.* 6.

1155. ACER. ☿ *Cal.* 5-fidus. *Cor* 5-petala. *Stam.* 8. *Styli* 2. *Capf.* 2-cocca alata.
♂ *Cal.* 5 fidus. *Cor.* 5-petala. *Stam.* 8.

1157. GOUANIA. ☿ *Cal* 5 fidus, fuperus. *Cor.* o. *Stam.* 5. *Styl.* 3 fidus. *Fructus* 3 queter, 3-partibilis.
♂ *Cal.* 5-fidus. *Cor.* o. *Stam.* 5.

1158. MIMOSA. ☿ *Cal.* 5-dent. *Cor.* 5 fid. *Stamina* 4-100. *Pist.* 1. *Legum.*
♂ *Cal.* 5-dent. *Cor.* 5-fida. *Stamina* 4-100.

160. BRABEIUM. ☿ Amenti *Cor.* 4-partita. *Stam.* 4. *Stylus* 2-fidus. *Drupa* nucleo carnofo globofo.
☿ Amenti *Cor.* 4-partita. *Stam.* 4. *Stylus* 2-fidus, abortiens.

1283. TERMINALIA. ☿ *Cal.* 5 partitus. *Cor* o. *Stam.* 10. *Drupa* infera.
♂ *Cal* 5-partitus. *Cor.* o. *Stam.* 10.

1154. CLUSIA. ☿ *Cal.* 6-phyllus. *Cor.* 4. f. 6 petala. *Antherae* aggreg. *Stigm.* 4. 6 *Capf.* 6-loc. polyfperma.
♂ *Cal.* 4-f. 6-phyll. *Cor.* 6-petala. *Stam.* pl.

MIMOSAE *Species difficillime omnium Generis charactere combinantur,*
Aliae Calyce corollaque 4-*fida*, 5-*fida*, *polypetala*, *apetala.*
Aliae Staminibus 4, 5, 10, *plurimis*, *fubdiadelphis*
Aliae Legumine *membranaceo*, *alato*, *baccato*, *articulato.*

1332. HERMAS. ☿ Umbella. Floris *Cor.* 5-petala. *Stam.* 5, ſterilia.
♂ Umbella. Florum *Cor.* 5-petala. *Stam.* 5, fertilia.
Styli 2. *Sem.* 2 infera, ſuborbiculata.

1152. PARIETARIA. ☿ *Cal* 4-fidus. *Cor.* nulla. *Stam.* 4. *Styl.* I *Sem.* I.
♀ *Cal.* 4 fidus. *Cor.* nulla. *Styl* I. *Sem.* I.

1153. ATRIPLEX. ☿ *Cal.* 5-phyll. *Cor.* nulla. *Stam.* 5. *Styl.* 2-fid. *Sem.* I.
♀ *Cal.* 2-phyllus. *Cor.* nulla. *Styl.* I-fid. *Sem.* I.

* *Aeſculus. Mammea. Jacq. Euphorbia. Melothria. Ilex.*

DIOECIA.

1266. PANAX. ☿ *Umbell. Cal.* 5-d. *Cor.* 5-petala. *Stam.* 5. *Styl.* 2. *Bacc.* 2-ſperm.
♂ *Umbell. Cal.* integ. *Cor* 5 petala. *Stam.* 5.

1161. DIOSPYROS. ☿ *Cal* 4-fidus. *Cor* 4 fida. *Stam.* 8. *Styl.* 4-fid. *Bacca* 8-ſperma.
♂ *Cal.* 4-fidus. *Cor.* 4-fida, *Stam.* 8.

1335. CHRYSITRIX. ☿ *Gluma* 2-valvis. *Cor.* paleae numeroſae. *Stam.* multa, mixta paleis. *Piſt.* I.
♂ *Glum.* 2 valvis. *Cor* paleae numeroſae. *Stam.* multa mixta paleis.

1336. STILBE. ☿ *Cal exter.* 3-phyllus, *inter.* 5-dentatus, cartilagineus *Cor* 5-fida. *Stam.* 4. *Styl.* I. *Sem.* I.
♂ *Cal. exter*, 3-phyllus. *inter.* nullus. *Cor.* 5-fida. *Stam.* 4.

1163. NYSSA. ☿ *Cal.* 5-partitus. *Cor.* nulla. *Stam* 5. *Piſt.* I. *Drupa* infera.
♀ *Cal.* 5-partitus. *Cor.* nulla. *Stam.* IO.

1160. FRAXINUS. ☿ *Cal* o ſ. 4-part. *Cor.* o-ſ. 4-pet. *Stam.* 2. *Piſt.* I. *Sem.* I.
♀ *Cal* o ſ. 4-part. *Cor.* o-ſ. 4-pet. *Piſt.* I. *Sem.* I.

1164. ANTHOSPERMUM. A. ♂ *Cal.* 4-fidus. *Cor* nulla. *Stam.* 4.
♀ *Cal.* 4-fid. *Cor.* nulla. *Styl.* 2. *Peric.* inferum.
B. ♂ *Cal.* 4-fid. *Cor.* nulla. *Stam.* 4.

1165.

1165. ARCTOPUS. A. ♂ *Umbella.* *Cor.* 5-petala. *Stam.* 5.
☿ *Umb.* ejusdem. *Cor.* 5-petala. *Styl.* 2. *Sem.* 1, biloculare.
B. ♂ *Invol.* maxim. *Cor.* 5-petala. *Stam.* 5.

1159. GLEDITSIA. A. ☿ *Cal.* 4 fidus. *Cor.* 4-petala. *Stam.* 6. *Pist.* 1. *Legum.*
♂ *Cal.* 3 phyll. *Cor.* 3-petala. *Stam.* 6.
B. ♀ *Cal.* 5 phyll. *Cor.* 5-petala. Pist. 1. *Legumen.*

1163. PISONIA. A. ☿ *Cal.* nullus. *Cor.* 5-fida. *Stam.* 6. *Pist.* 1. *Caps.* 5-valvis.
B. ♂. *Cal.* nullus. *Cor.* 5-fida. *Stam.* 6.
♀ *Cal.* nullus. *Cor.* 5 fida. *Pist.* 1. *Caps.* 5-valvis

* *Ilex Aquifolium.*
Rhamnus Alaternus. *Guilandina.*

TRIOECIA.

1167. CERATONIA. A. ☿ *Cal.* 5-partitus. *Cor.* 0. *Stam.* 5. *Styl.* 1. *Legum.* coriaceum, polysperm.
B. ♂ *Cal.* 5-partitus. *Cor.* 0. *Stam.* 5.
♀ *Cal.* sub 5-dent. *Cor.* 0. *Stylus* 1. *Legum.* coriaceum, polysperm.

1168. FICUS. *Recept.* commune turbinatum, conniventi-clausum, carnosum.
A. ♀ *Cal.* 5-partitus. *Cor.* 0. *Pist.* 1. *Sem.* 1.
B. ♂ *Cal.* 3-partitus. *Cor.* 0. *Stam.* 3.
C. ♂ et ♀ intra idem Receptaculum commune distinctis fructificationibus partialibus.

MONOECIA.

1141. MUSA. Hermaphroditus. *Cal.* spatha. *Cor.* 2-petala: altero erecto, 5-dentato; altero nectarifero, concavo, breviore. *Filamenta* 6, horum 5 perfecta. *Stylus* 1. *Germen* inferum, abortiens.
1477.

Hermaphrodita. *Calyx*, *Corolla*, *Filamenta*, *Pistillum* hermaphroditi, filamento unico perfecto. *Bacca* oblonga, 3-quetra, infera. — *Thunbergius transfert hoc genus ad Hexandriam Monogyniam ante Bromeliam. Act. Stockh. 1782. p. 285.* M.

paradisiaca. 1. M. spadice nutante, floribus masculis persistentibus.

sapientum. 2. M. spadice nutante, floribus masculis deciduis.

Troglodytarum. 3. M spadice erecto, spathis deciduis. ***Fructus polyspermus est.***

1144. VERATRUM. Hermaphrod. *Cal.* o. *Cor.* 6-petala. *Stam.* 6. *Pist.* 3. *Caps.* 3, polyspermae.
1479.

Masc. *Cal* o. *Cor.* 6-petala. *Stam.* 6. *Pist.* rudimentum.

album. 1. V. racemo supradecomposito, corollis erectis. — *Mill. illustr. ic. Jacq. Fl. austr. v. 4. t. 335.* M.

nigrum. 2. V. racemo composito, corollis patentissimis. — *Jacq. Fl austr. v. 4. t. 336.* M.

luteum. 3. V. racemo simplicissimo, fol. sessilibus.

1333. SPINIFEX. Hermaphrod. *Cal.* Gluma bivalvis, biflora: valvulis rachi parallelis. *Cor.* bivalvis, mutica. *Stam.* 3. *Styli* 2.

Masc. *Cal. communis* cum Hermaphrodito. *Cor.* et *Stamina* similia.

squarrosus. 1. Spinifex. *Suppl. p 432.* Spinifex squarrosus. *Syst. ed. 13. p. 757.* Stipa spinifex. *Syst. ed. 13. p. 104. Mant. 300.* Arundo arborescens ta-

tabaxifera. *Morif. hift. 3. p, 219. f. 8. t. 8. f. 11.* Ilu mullu. *Rheed. mal. 12. p. 75. Raj. fuppl. 614.* Gramen dactylon pumilum malabaricum, fpicis loliaceis in acutam fpinam terminatis. *Scheuch gram. 112. Frutefcens foliis fpinefcentibus. Calyx ut in Lolio, fed bivalvis. Simillimus Stipae fpinifici, a qua data fynonyma haec removenda. (Suppl. l. c. easdem fpecies declarat.* M.)

1145. ANDROPOGON. Hermaphrod. *Cal.* Gluma uniflora. *Cor.* Gluma bafi ariftata. *Stam.* 3, *Styli* 2. *Sem.* 1.
1480.

Masc. *Cal.* et *Cor.* prioris. *Stam* 3.

caricofum. 1. A. fpica folitaria imbricata, feminibus hirfutis: ariftis nudis contortis.

contortum. 2. A. fpica folitaria, flofculis hinc mafculis muticis inde foemineis longiffimis unito contortoque ariftatis. *Suppl. p.* 432. Andropogon contortum. *Syft. ed. 13. p. 758.*

crinitum. 3. A. fpica folitaria hirfuta, ariftis nudis geniculatis longiffimis. *Thunb. jap. mfpt.* M.

divaricatum. 4. A. fpica oblonga, flor. lanatis remotis divaricatis: arifta flexuofa nuda. *Lana femine longior.*

gryllus. 5. A. paniculae pedunculis fimpliciffimis trifloris: flofculo hermaphrodito feffili ariftato ciliato bafi barbato. *Lanugo breviffima bafeos hermaphroditi.*

nutans. 6. A. panicula nutante: ariftis tortuofis laevibus, glumis calycinis hirfutis. *Lanugo brevis in ipfis glumis.*

ciliatum. 7. A. panicula cernua, calyce exteriore multifloro ciliato, ariftis contortis pilofis. *Thunb. jap. mfpt.* M.

ferratum. 8. A. panicula laxa: flofculo altero feffili, altero pedicellato, pedicellis hirfutis. *Thunb. l c.* M.

cotuliferum. 9. A. panicula patula villofa, arifta tortili nuda, pedicellis incraffatis patheriformibus. *Thunb. l. c* M.

cymbarium. 10. A. panicula fparfa, bracteis cymbiformibus, flor. transverfis ariftatis ternis. *Mant. 302. Bra-*

ſteae cymbiformes, ſpadiceae, longitudine florum.

ſquarroſum. 11. A. panicula conferta, glumis ſubulatis ſcabris. *Suppl p. 433.*

proſtratum. 12. A. pedunc. umbellato-quinquefloris ecalyculatis, floſculo hermaphrodito ariſtato. *Mant. 304. Calyces ſtriati.*

alopecuroides. 13. A. panicula laxa, rachi lanata, floſculo utroque ariſta tortuoſa. *Lanugo floribus longior, etjam in ipſis glumis.*

diſtachyum. 14. A. ſpicis binis terminalibus, culmo indiviſo. *Ger. prov. 106. t. 3. f. 2. Ger. prov. 106. t. 3. f. 2. Calycis valvula exterior laevis ſubtruncata apice ſcarioſo pubeſcente.*

Schoenanthus. 15. A. paniculae ſpicis conjugatis ovato-oblongis, rachi pubeſcente, floſculis ſeſſilibus ariſtata tortuoſa. *Rumph. amb. 5. t. 72. Calyces laeves.*

virginicum. 16. A. paniculae ſpicis conjugatis, pedunculis ſimplicibus, rachi lanata, floſculis muticis: maſculo tabeſcente.

bicorne. 17. A. paniculae ſpicis conjugatis, pedunc. ramoſiſſimis, rachi lanata, floſculis ariſta caduca, maſculo tabeſcente.

hirtum. 18. A. paniculae ſpicis conjugatis, calycibus hirſutis. *Hirſuties glumarum flore non longior.*

inſulare. 19. A. panicula laxa glabra, floſculis geminis muticis, pedicello altero breviore, calyc. lanatis. *Sloan. jam. t. 14. f. 2.*

barbatum. 20. A. ſpicis digitatis, calyc. perſiſtentibus, corollis ciliatis. *Mant. 302. Spicae ſaepius 10, extrorſum ſecundae. Petalum interius interdum ariſtatum. Antherae albae. Piſtilla purpurea.*

Nardus. 21. A. paniculae ramis ſupradecompoſitis proliferis.

muticum. 22. A. ſpicis digitatis ſubternis: floſculis alternis ſeſſili-muticis.

Iſchaemum. 23. A. ſpicis digitatis plurimis, floſculis ſeſſilibus ariſtato muticoque, pedicellis lanatis. *Mant. 500. — Jacq. Fl. auſtr. v. 4. t. 384. Schreb. gram. P. 2. p. 66. t. 33.* M.

faſciculatum. 24. A. ſpicis digitatis plurimis erectiuſculis articulatis laevibus: floſculis utrinque ariſtatis.

polydactylon. 25. A. ſpicis faſciculatis, petalis exterioribus ariſtatis; floſculi inferioris ciliato-barbatis.

1146. HOLCUS. HERMAPHROD. *Cal.* Gluma 1-f. 2-flo-
1483. ra. *Cor.* Gluma ariſtata. *Stam.* 3, *Styli* 2. *Sem.* 1.
MASC. *Cal.* Gluma 2-valvis. *Cor.* 0. *Stam.* 3.

ſpicatus. 1. H. glumis bifloris muticis, floribus geminis penicillo involucratis, ſpica ovato-oblonga.

bicolor. 2. H. glumis glabris nigris, ſeminibus globoſis albis ariſtatis. *Mant.* 301. Holcus glumis glabris. *Hort. cliff.* 468. Milium arundinaceum ſubrotundo ſemine. *Bauh. pin.* 26. *Moriſ. hiſt.* 5. *p.* 196. *ſ.* 8. *t.* 5. *f.* 7. *Simillimum H. Sorghi, ſed glumae nigrae.*

Sorghum. 3. H. glumis villoſis, ſeminibus compreſſis ariſtatis. *Mant.* 300.

halepenſis. 4. H. glumis glabris, flor. hermaphroditis muticis; foemineo ariſtato. Holcus panicula laxa nutante, glumis oblongis, foliis acuminato-ſetaceis. *Schreb. gram.* 129. *t.* 18.

ſaccharatus. 5. H. glumis villoſis, ſeminibus omnibus ariſtatis. *Rumph. amb.* 5. *t.* 75.

mollis. 6. H. glumis bifloris nudiuſculis: floſculo hermaphrodito mutico; maſculo ariſta geniculata. *Schreb. gram.* 149. *t.* 20. *f.* 2. Gramen caninum paniculatum molle. *Raj. hiſt.* 1285. *Scheuchz. gram.* 235. *Simile H. lanato, ſed calyces acutiores. Calyces acuminati magis, quam in reliquis.*

lanatus. 7. H. glumis bifloris villoſis: floſculo hermaphrodito mutico; maſculo ariſta recurva. *Schreb. gram.* 145. *t.* 20. *f.* 1. *Loeſ. pruſſ. t.* 25.

laxus. 8. H. glumis bifloris glabris muticis acuminatis, panicula filiformi debili.

ſtriatus. 9. H. glumis bifloris ſtriatis muticis acuminatis, panicula conferta oblonga.

ſerratus. 10. H. glumis bifloris pubeſcentibus muticis, fol. ſerratis. *Suppl. p.* 433.

odoratus. 11. H. glumis trifloris muticis acuminatis: floſculo hermaphrodito diandro.

latifolius. 12. H. glumis trifloris: floſculo primo inermi; duobus margine aculeatis, fol. ſubovatis.

pertuſus. 13. H. ſpicis digitatis, glumis valvula pertuſa. *Mant. 301. Floſculi petalo exteriore in medio pertuſo foraminulo.*

1147. APLUDA. *Cal.* Gluma communis bivalvis: flo-
1486. ſculo *foemineo* ſeſſili, *maſculisque* pedunculatis.

FOEM. *Cal.* 0. *Cor.* bivalvis. *Styl.* 1. *Sem.* 1, tectum.

MASC. *Cal.* 0. *Cor.* bivalvis. *Stam.* 3.

mutica. 1. A. foliis lanceolatis, floſculis omnibus muticis.
ariſtata. 2. A. fol. lanceolatis, floſculis maſculis muticis; ſeſſili ariſta terminali.
Zeugites. 3. A. fol. ovatis, floſculis maſculis muticis; ſeſſili ariſta terminali.
digitata. 4. A. ſpicis digitatis ſecundis. *Suppl. p.* 434.

1148. ISCHÆMUM. HERMAPHROD. *Cal.* Gluma 2-flo-
1487. ra. *Cor.* 2-valvis. *Stam.* 3. *Styli* 2. *Sem.* 1.

MASC. *Cal.* et *Cor.* ut in priore. *Stam.* 3.

muticum. 1. I. feminibus muticis.
ariſtatum. 2. I. femin. ariſtatis.

1149. CENCHRUS. *Involucrum* laciniatum, echinatum,
1487. 2-florum. *Cal.* Gluma biflora; altero maſculo, altero hermaphrodito.

HERMAPHROD. *Coroll.* Gluma mutica. *Stam.* 3. *Sem.* 1.

MASC. *Cor* Gluma mutica. *Stam.* 3.

racemoſus. 1. C. panicula ſpicata, glumis muricatis ſetis ciliaribus. Agroſtis panicula ſpicata, glumis echinatis. *Mant.* 501. *Schreb. gram.* 45 *t.* 4. *Ger prov.* 83. *quod omnes flores ſunt hermaphroditi. Glumae abſoluta floreſcentia rubent. Gou.*
lappaceus. 2. C. paniculae ramis ſimpliciſſimis, corollis retrorſum hiſpidis, calycibus trivalvibus bifloris.

muri-

muricatus. 3. C. ſpica muricata: ſquamis variis mucronatis. *Mant.* 302. — *Schreb. gram. P.* 2. *p.* 69. *t.* 34. M.
capitatus. 4. C. ſpica ovata ſimplici. *Culmi geniculo unico. Gou.*
echinatus. 5. C. ſpica oblonga conglomerata. *Schreb. gram.* 9. *t.* 23. *f.* 1.
tribuloides. 6. C. ſpica glomerata, glumis foemineis globoſis muricato-ſpinoſis hirſutis.
ciliaris. 7. C. ſpica involucellis ſetaceis ciliatis quadrifloris. *Mant.* 302.
granularis. 8. C. racemis geminis, fructibus globoſis rugoſo-reticulatis. *Mant.* 575.
fruteſcens. 9. C. capitulis lateralibus ſeſſilibus, fol. mucronatis, caule fruticoſo.

1150. ÆGILOPS. Hermaphrod. *Cal.* Gluma ſubtriflora, cartilaginea. *Cor.* Gluma terminata triplici ariſta. *Stamina* 3. *Styli* 2. *Sem.* 1.
1489. Masc. *Cal.* et *Cor.* Gluma, ut in priore. *Stam.* 3.

ovata. 1. Æ. ſpica ariſtata, calyc. omnibus triariſtatis.
caudata. 2. Æ. ſpica ariſtata, calyc. omnibus biariſtatis.
triuncialis. 3. Æ. ſpica ariſtata, calyc. inferioribus biariſtatis. *Mant.* 501. *Schreb. gram.* 70. *t.* 10.
ſquarroſa. 4. Æ. ſpica ſubulata ariſtis longiore. — *Schreb. gram. P.* 2. *p.* 44. *tab.* 27. *fig.* 2.

1334. MANISURIS. Hermaphrod. *Cal.* Gluma bivalvis, uniflora: valvula exteriore lateribus apiceque emarginata. *Cor.* calyce minor. *Stam.* 3. *Stylus* bifidus.
Masc. ut in Hermaphroditis, ſed Floribus lateris inferioris ejusdem ſpicae magis exſtantibus.

myurus. 1. Manisuris. *Mant.* 300.

1151. VALANTIA. HERMAPHROD. *Cal* o *Cor.* 4-partita. *Stam.* 4. *Stylus* 2-fidus. *Sem.* 1.
1490.
MASC. *Cal.* o. *Cor.* 3-f. 4-partita. *Stam.* 4-f. 3. *Piſtillum* obſoletum.

muralis. 1. V. floribus maſculis trifidis germini hermaphroditici glabro inſidentibus. *Caulis et Folia glabra.*

hiſpida. 2. V. flor. maſculis trifidis germini hermaphroditici hiſpido inſidentibus. *Caules hiſpidi. Folia ſcabra.*

Cucullaria. 3. V. fructificationibus ſingulis bractea ovata deflexa obtectis.

Aparine. 4. V. flor. maſculis trifidis pedicellatis hermaphroditici pedunculo inſidentibus.

articulata. 5. V. flor. maſculis quadrifidis, pedunc. dichotomis aphyllis, fol. cordatis. *Folia glabra, ſubciliata margine ſcabro: Floralia ſeſſilia, ſubcordata, baſi involuta, abſoluto flore arcte reflexa fructumque occultantia, maturo fructu caulis florifer cum foliis ſecundum articulos diſcedit.*

Cruciata. 6. V. flor. maſculis quadrifidis, pedunc. diphyllis.

glabra. 7. V. flor. maſculis quadrifidis, pedunc. dichotomis aphyllis, fol. ovalibus ciliatis.

hypocarpia. 8. V. flor. omnibus quadrifidis inferis, pedunc. nudis unifloris.

1152. PARIETARIA. HERMAPHROD. *Cal.* 4-fidus. *Cor.* o. *Stamina* 4. *Styl.* 1. *Sem.* 1, ſuperum, elongatum.
1452.
FOEM. *Cal.* 4-fidus. *Coroll.* o. *Stam.* o. *Stylus* 1. *Sem.* 1. ſuperum, elongatum.

indica. 1. P. foliis lanceolatis, caule erecto. *Mant.* 128.

officinalis. 2. P. fol. lanceolato-ovatis, pedunculis dichotomis, calycibus diphyllis. *Fl. dan. t.* 521. *Flores foeminei tetragoni, pyramidati.*

judaica. 3. P. fol. ovatis, caul. erectis, cal. trifloris, cor. maſculis elongato-cylindricis. *Flores maſculi gemini,*

mini, tubulosi, cylindrici, oris dentibus conniventibus. Flos foemineus intermedius, ovatus. Bocc. sic. 47. t. 24. f. A.

lusitanica. 4. P. foliis ovatis obtusis, caul filiformibus striatis laevibus procumbentibus, *Bocc. sic. 47. t. 24. f. B.*

urticaefolia. 5. P. fol. ovatis oppositis petiolatis serratis venosis pubescentibus, floribus axillaribus. *Suppl. p. 434.*

cretica. 6. P. fol. subovatis, involucris fructiferis quinquefidis compressis: laciniis lateralibus majoribus.

zeylanica. 7. P. fol. oppositis oblongo-ovatis. *Mant. 501.*

microphylla. 8. P. fol. oppositis integerrimis obovatis, minoribus immixtis ovatis.

1153. ATRIPLEX. HERMAPHROD. *Cal.* 5-phyllus *Cor.* 1492. o. *Stam.* 5. *Stylus* 2-partitus. *Sem.* 1. depressum.
FOEM. *Cal.* 2-phyllus. *Cor.* o. *Stam.* o. *Stylus* 2-partitus. *Sem.* 1, compressum.

Halimus. 1. A. caule fruticoso, foliis deltoidibus integris.

portulacoides. 2. A. caule fruticoso, fol. obovatis.

glauca. 3. A. caule suffruticoso procumbente, fol. ovatis sessilibus integerrimis: inferioribus subdentatis.

rosea. 4. A. caule herbaceo, fol. incanis serratis, fructibus quadrangularibus dentatis.

sibirica. 5. A. caule herbaceo, fol. deltoidibus angulatis, calyc. fructus extus muricatis.

tatarica. 6. A. caule herbaceo, fol. deltoidibus sinuato-dentatis undulatis alternis. Atriplex maritima nostras procerior. *Pluk. alm. 60. Altitudo humana. Folia subtus cinerea.*

hortensis. 7. A. caule erecto herbaceo, fol. triangularibus.

laciniata. 8. A. caule herbaceo, fol. deltoideis dentatis subtus argenteis.

hastata. 9. A. caule herbaceo, cal. valvulis foemineis magnis deltoidibus sinuatis.

patula. 10. A. caule herbaceo patulo, fol. subdeltoideo-lanceolatis, calycibus seminum disco dentatis.

littoralis. 11. A. caule herbaceo erecto, fol. omnibus linearibus integerrimis.

pedun-

peduncu-lata. 12. A. caule herbaceo divaricato, fol. lanceolatis obtusis integris, calycibus foemineis pedunculatis. *Sp. pl. 1675. Fl. dan. t. 304.*

1283. TERMINALIA. Masc. *Cal.* 5-partitus. *Cor.* 0. *Stam.* 10.
Hermaphrod. *Flos* masculi. *Stylus* 1. *Drupa* infera, cymbiformis.

Catappa. 1. T. foliis obovatis subtus tomentosis. *Suppl. p. 434.* Terminalia Catappa. *Syst. ed 13. p. 764. Mant. 128. 519.* Amygdalus indica Nieuh. *Raj. hist. 1521.*

Benzoin. 2. T. fol. lanceolatis. *Suppl. p. 434.* Croton Benzoe *Syst. ed. 13. p. 721.* Terminalia angustifolia. *Jacq. hort. v. 3. p. 51. t. 100. — Nec cortex nec lignum hujus arboris odorem Benzoes spargit, ne igni quidem iniectum. Vnde adhuc valde dubium, an illa ex hac arbore petatur.* M.

160. BRABEIUM. *Mant. 137. 332. Gen. pl. 160.*
☿ Amenti squama. *Cor.* 4-partita, superne revoluta. *Stam.* 4. *Pist.* 1. stigmatibus 2. *Drupa* subrotunda. *Sem.* globosum.
♂ Amenti squam. 3-florae. *Cor.* 4-partita, *Stam.* 4, fauci inserta. *Stylus* 2-fidus abortiens.

stellulifolium. 1. Brabeium. *Arbor amentacea; Folia verticillata.*

1154. CLUSIA. Masc. *Cal.* 4-s. 6-phyllus: foliolis op-
1495. positis, imbricatis. *Cor.* 4-s. 6-petala. *Stam.* numerosa.
Foem. *Cal.* et *Cor.* ut in masculis. *Nectarium* ex antheris coalitis germen includens. *Caps.* 5-locularis, 5-valvis, pulpa farcta.

rosea. 1. C. foliis aveniis, corollis hexapetalis. — *Jacq. amer. pict. p. 131.* M.

alba. 2. C. fol. aveniis, corollis pentapetalis. — *Jacq. amer. pict. p. 131. t. 250.* M.

flava.

flava. 3. C. fol. aveniis, corollis tetrapetalis. — *Jacq. amer. pict. p. 132. t. 251.* M.

venosa. 4. C. fol venosis. *Jacq. amer. 273.* — *Ed. 2. pict. p. 132.* M.

1142. OPHIOXYLUM. Hermaphrod. *Cal.* 5-fidus. *Cor.* 1478. 5-fida, infundibul. *Stam.* 5. *Pist.* 1.

Masc. *Cal.* 2-fidus. *Cor* 5 fida, infundibul ore *Nectario* cylindrico. *Stam.* 2.

serpentinum. 1. Ophioxylum. Radix mustelae. *Rumph. amb. 7. p. 26. t. 16.* Tiovanna. *Rheed. mal. 6. p. 87. t. 7. hanc potius refert quam Ophiorrhizam, at* Rex amoris. *Rumph. amb. 2. p. 129. t. 41. diversa arbor est. Character generis etiam e perfecto specimine examinandus.*

1155. ACER. Hermaphrod. *Cal.* 5-fidus. *Cor.* 5-pe- 1495. tala. *Stam.* 8. *Pist.* 1. *Caps.* 2. f. 3, monospermae, ala terminatae.

Masc. *Cal.* 5-fidus. *Cor.* 5-petala. *Stamina* 8.

sempervirens. 1. A. foliis ovatis integerrimis sempervirentibus. *Mant. 128. (Exclusum a Millero in ultimis.)*

tataricum. 2. A. fol. cordatis indivisis serrratis: lobis obsoletis, flor. racemosis.

Pseudoplatanus. 3. A. fol. quinquelobis inaequaliter serratis, flor. racemosis. *Duham. arb. 1. t. 36. f. 1.*

rubrum. 4. A. fol. quinquelobis subdentatis subtus glaucis, pedunculis simplicissimis aggregatis. *Dioica. Maris folia ad basin usque fissa, ut facile pro distincta specie agnosceretur. L. B. Munchhaus.*

saccharinum. 5. A. fol. quinquepartito-palmatis acuminato-dentatis, subtus pubescentibus.

dissectum. 6. A. fol. multipartito-palmatis: laciniis subpinnatifidis serratis. *Thunb. jap. mspt.* M.

japonicum. 7. A. fol. multipartito-incisis villosis, flor. subumbellatis. *Thunb. l. c.* M.

palmatum. 8. A. fol. palmatis serratis glabris, flor. umbellatis. *Thunb. l. c.* M.

septem-

ſeptemlobum. 9. A. fol. ſeptemlobis glabris: lobis acuminatis aequaliter acute ſerratis. *Thunb. l. c.* M.
pictum. 10. A. fol. ſeptemlobis glabris: lobis acuminatis integris. *Thunb. jap. mſpt.* M.
platanoides. 11. A. fol. quinquelobis acuminatis acute dentatis glabris, flor. corymboſis.
penſylvanicum. 12. A. fol. trilobis acuminatis ſerrulatis, flor. racemoſis. *Arbor parva.*
campeſtris. 13. A. fol. lobatis obtuſis emarginatis. *Frutex.*
monſpeſſulanum. 14. A. fol. trilobis integerrimis glabris annuis.
creticum. 15. A. fol. trilobis integerrimis pubeſcentibus perennantibus.
trifidum. 16. A. fol. indiviſis trifidisque integris. *Thunb. l.c.* M.
Negundo. 17. A. fol. compoſitis, flor. racemoſis.

1143. CELTIS. 1478. HERMAPHROD. *Cal.* 5-partitus. *Cor.* 0. *Stam.* 5. *Styli* 2. *Drupa* 1-ſperma.
MASC. *Cal.* 6-partitus. *Cor.* 0. *Stam.* 6.

auſtralis. 1. C. foliis ovato-lanceolatis.
occidentalis. 2. C. fol. oblique ovatis acuminatis.
orientalis. 3. C. fol. oblique cordatis ſubtus villoſis. Papyrus ſpuria. *Kaempf. amoen.* 474. *t.* 472. *an?* Salvia arbor orientalis, foliis tenuiſſime crenatis. *Pluk. alm.* 327. *t.* 221. *f.* 4. *Burm. Foliorum nervi ſubtus laeves.*

1157. GOUANIA. 1163. HERMAPHROD. *Cal.* 5-fidus. *Coroll.* 0. *Antherae* 5, ſub calyptra tectae. *Stylus* 3-fidus. *Fructus* inferus, tripartibilis.
MASC. ſimilis, absque germine ſtigmateque.

domingenſis. 1. G. fol. glabris. *Jacq. amer.* 264. Gouania glabra *Jacq. amer. pict. p.* 128. *t.* 264. *f.* 96. *quoad ramulum folioſum et fructum.* M. *Hujus generis videtur. Pluk. phyt.* 263. *f.* 3.

1332.

1332. HERMAS. HERMAPHROD. *Umbella* terminalis. Involucro univerſali partialibusque. *Umbellulae* radiis truncatis: centrali florifero. *Petala* 5. *Stamina* 5, ſterilia. *Sem.* bina ſuborbiculata.

MASC. *Umbellae* laterales involucro univerſali partialibusque, *umbellulae* multiflorae. *Petala* 5. *Stamina* 5, fertilia.

depauperata. 1. H. *Mant.* 299. Bupleurum villoſum. *Sp. plant.* 343. Perfoliata. *Burm. cap. t.* 71. *f.* 2.

gigantea. 2. H. fol. lanceolato ovatis ſupra lanuginoſis ſubtus tomentoſis integris. *Suppl. p.* 435.

capitata. 3. H. caule tomentoſo, foliis ſubcordatis ſerratis, umbellis capitatis. *Suppl. p.* 435.

quinquedentata. 4. H. caule glabro, fol. ovatis quinquedentatis ſubtus tomentoſis, umbella ſolitaria. *Suppl. p.* 436.

ciliata. 5. H. caule glabro, fol. ovatis ciliatis ſubtus tomentoſis, umbellis pluribus. *Suppl. p.* 436.

1158. 1498. MIMOSA. HERMAPHROD. *Cal.* 5-dentatus. *Cor.* 5-fida. *Stam.* 5 ſ. plura. *Piſt.* 1. *Legumen.*

MASC. *Cal.* 5-dentatus. *Cor.* 5-fida. *Stam.* 5, 10, plura.

* *Foliis ſimplicibus.*

ſimplicifolia. 1. M. inermis arborea, foliis ovatis integerrimis nervoſis obtuſis, ſpicis globoſis pedunculatis. *Suppl. p.* 436. — Mimoſa *ſimplex*, foliis ſimplicibus, ſeptemnerviis, obovatis, *Sparrm. in act. upſ. vol.* 3. *p.* 195. M.

** *Foliis ſimpliciter pinnatis.*

Inga. 2. M. inermis, fol. pinnatis 5 jugis: petiolo marginato articulato.

fagifolia. 3. M. inermis, fol. pinnatis 2-jugis: petiolo marginato. *Jacq. amer.* 264. *t.* 164. — *Ed.* 2. *pict. p.* 128. *t.* 247. M. *Folia interdum trijuga.*

nodosa. 4. M. inermis, fol. pinnatis 2 jugis: pinnis interioribus minoribus; petiolo lineari.

natans. 5. M. inermis procumbens, fol. bijugis, capitulis subrotundis. floribus decandris: radicalibus sterilibus majoribus. *Suppl. p. 439.*

*** *Foliis bigeminis s. tergeminis.*

bigemina. 6. M. inermis, fol. bigeminis acuminatis.

Unguis cati. 7. M. spinosa, fol. bigeminis obtusis. *Plum. ic. t. 4.*

tergemina. 8. M. inermis, fol. tergeminis. *Jacq. amer. 265.– Ed. 2. pict. p. 129. t. 262. f. 69. quoad florem.* M. *Flor. monadelphi, polyandri.*

**** *Foliis conjugatis (simulque pinnatis.)*

latifolia. 9. M. inermis, fol. conjugatis: pinnis terminalibus oppositis; lateralibus alternis.

purpurea. 10. M. inermis, fol. conjugatis pinnatis: pinnis intimis minoribus. *Plum. ic. 10. f. 1.*

reticulata. 11. M. spinis stipularibus, fol. conjugatis: foliolis sexjugis, petiolis glandula aculeoque terminatis.

viva. 12. M. inermis, fol. conjugatis pinnatis: partialibus quadrijugis subrotundis, caule herbaceo inermi.

circinalis. 13. M. aculeata, fol. conjugatis pinnatis: pinnis aequalibus, stipulis spinosis.

cineraria. 14. M. aculeata, fol. conjugatis pinnatis: pinnis aequalibus, aculeis incurvis.

casta. 15. M. aculeata, fol. conjugatis pinnatis: partialibus trijugis subaequalibus.

sensitiva. 16. M. aculeata, fol. conjugatis pinnatis: partialibus bijugis; intimis minimis.

pudica. 17. M. aculeata, fol. subdigitatis pinnatis, caule hispido.

***** *Foliis duplicato-pinnatis.*

Entada. 18. M. inermis, fol. bipinnatis cirrho terminatis: partialibus quinquejugis. Mimosa inermis, fol. bipinnatis: partialibus propriisque sexjugis oblongis. *Jacq. amer. 265. t. 183.*

scan-

Sensitivae: *M. pudica, viva, casta, asperata, quadrivalvis;* uti *Oxalis sensitiva, Dionaea.*

scandens. 19. M. inermis, fol. conjugatis cirrho terminatis: foliolis bijugis. Phaseolus novi orbis s. Faba purgatrix latissima cordis figura. *Pluk. phyt. 211. f. 6. Flores 5-petali, 10-andri.*

plena. 20. M. inermis, fol. bipinnatis, spicis pentandris: inferioribus plenis.

virgata. 21. M. inermis erecta angulata, fol. bipinnatis, spicis decandris: inferioribus castratis masculis, caule erecto angulato. *Jacq. hort. t.* 80. Mimosa orientalis non spinosa, rarioribus ramis, floribus spicatis. *Pluk. alm. 252. t. 307. f. 4. Burm.* Nitu-todda. *Rheed. mal. 9. p. 35. t. 20. Burm. Spica subrotunda, nutans. Flores 10-andri, lutei, inferiores spicae anandri apetali. Mill.*

punctata. 22. M. inermis, fol. bipinnatis, spicis erectis, floribus decandris: inferioribus castratis.

pernambucana. 23. M. inermis, fol. bipinnatis; spicis cernuis pentandris: inferioribus castratis, caule decumbente. *Zanon hist. 151.*

arborea. 24. M. inermis, fol. bipinnatis: pinnis dimidiatis acutis, caule arboreo. *Flores fasciculati; monopetali, quinquefidi, monadelphi, polyandri. Stamina carnea, longissima. Variat glabra foliolis 12-14; pinnis 27.*

Lebbeck. 25. M. inermis, fol. bipinnatis quadrijugis: pinnis ovali-oblongis, floribus monadelphis fasciculatis, caule arboreo.

odoratissima. 26. M. inermis, fol. bipinnatis: quadrijugis: multijugis, foliolis oblongis obtusis, paniculis virgatis: spiculis globosis. *Suppl. p. 437.*

speciosa. 27. M. inermis, fol. bipinnatis subquadrijugis, pinnis subnovemjugis oblongis glabris, glandula supra costae basin. *Jacq. in Litt. Misc. vol.* 3. *Icon. rar.* M.

vaga. 28. M. inermis, fol. bipinnatis: pinnis exterioribus majoribus incurvatis pubescentibus.

latisiliqua. 29. M. inermis, fol. bipinnatis: partialibus 5-jugis, ramulis flexuosis, gemmis globosis.

polystachya. 30. M. inermis, fol bipinnatis: partialibus pinnisque 6-jugis oblongis. *Jacq. amer. pict. p. 129. t. 262. f. 67. quoad fructific.* M. *Plum. ic. 12.*

muricata. 31. M. inermis, fol. bipinnatis: partialibus quinquejugis: propriis multijugis, caule muricato. *Plum. ic. 11.*

peregrina. 32. M. inermis, fol. bipinnatis: partialibus 16-jugis, pinnis 40-jugis, glandula baſeos petiolari.

glauca. 33. M. inermis, fol. bipinnatis: partialibus 6-jugis: pinnis plurimis, glandula inter infima. *Decandra. apetala. Spicae globoſae magnae, pedunculatae. Flores albi.*

cinerea. 34. M. ſpinis ſolitariis, fol. bipinnatis, flor. ſpicatis. *Folia* 10-*juga: Foliola* 22-*juga.*

cornigera. 35. M. ſpinis ſtipularibus connatis divaricatis compreſſis apice ſubulatis, fol. bipinnatis: foliolis 12 – ad 20 – jugis; ſpicis axillaribus elongatis. *Suppl. p.* 438. Mimoſa *cornigera,* ſpinis ſtipularibus geminis connatis, fol. bipinnatis. *Syſt. ed.* 13. *p.* 770. *Jacq. amer.* 266. — *Ed.* 2. *pict. p.* 129. M. *Formicae in aculeis, tacta arbore velut pluvia depluunt, hominesque punctura fugant. Jacq.*

Catechu. 36. M. ſpinis ſtipularibus, fol. bipinnatis multijugis: glandulis partialium ſingulis, ſpicis axillaribus geminis ſ. ternis pedunculatis. *Suppl. p.* 439. Cfr. *Kerr in Med. obſ. and. Jnqu. v.* 5. *p.* 151. *t.* 4. *Ex hac ſpecie ſuccus Catechu offic. paratur, — ſaltim ſpecies ejusdem quaedam. Ved. Wertmüller Diſſ. de Catechu p.* 21. M

horrida. 37. M. ſpinis ſtipularibus, longitudine foliorum, fol. bipinnatis: partialibus 6-jugis, ramis laevibus.

eburnea. 38. M. ſpinis ſtipularibus connatis divaricatis teretibus ſubulatis, fol. bipinnatis: foliolis ſexjugis, ſpicis globoſis pedunculatis axillaribus pluribus. *Suppl. p* 437.

latronum. 39. M. ſpinis ſtipularibus connatis divaricatis teretibus ſubulatis, fol. bipinnatis: foliolis quadrijugis; ſpicis elongatis pedunculatis axillaribus ſubgeminatis. *Suppl. p.* 438.

tortuoſa. 40. M. ſpinis ſtipularibus, fol. bipinnatis quadrijugis: glandula inter infima, pinnis 16-jugis, ſpicis globoſis.

farneſiana. 41. M. ſpinis ſtipularibus diſtinctis, fol. bipinnatis; partialibus 8-jugis, ſpicis globoſis ſeſſilibus. *Sata in horto farneſiano primum* 1611; *nunc hortis communis ob flores ambroſiacos.*

nilo-

nilotica. 42. M. spinis stipularibus patentibus, fol. bipinnatis: partialibus extimis glandula interstinctis: spicis globosis pedunculatis. *Sp. pl. 31, 28. Glandula inter extimum par foliorum partialium. Gummi arabicum officin.*

pigra. 43. M. aculeata laevis, fol. bipinnatis opposite aculeatis: spina erecta inter singula partialia.

asperata. 44. M. aculeata hirta, fol. bipinnatis opposite aculeatis: spina erecta inter singula partialia. Aeschynomene spinosa quinta. *Comm. hort. 1. p. 59. t. 30.*

Senegal. 45. M. spinis ternis: intermedia reflexa, fol. bipinnatis, flor. spicatis.

caesia. 46. M. aculeata, fol. bipinnatis: pinnis ovali-oblongis oblique acuminatis.

pennata. 47. M. aculeata, fol. bipinnatis numerosissimis lineari-acerosis, panicula aculeata, capitulis globosis.

Intsia. 48. M. aculeata, fol. bipinnatis: pinnis incurvis, caule angulato, stipulis aculeo longioribus. *Mant. 503. Aculei recurvi, sparsi secundum angulos caulis; Aculei 2 majores sub stipulis. Glandula inter infima foliola partialia. Aculei recurvi sparsi sub petiolo communi. Aculeorum rudimenta inter foliola partialia.*

semispinosa. 49. M. aculeata, fol. bipinnatis, articulis caulinis superne aculeatis.

quadrivalvis. 50. M. aculeata, fol. bipinnatis, caule quadrangulo aculeis recurvis, leguminibus quadrivalvibus.

tenuifolia. 51. M. aculeata, fol. bipinnatis: partialibus 20-jugis: pinnis multijugis.

Ceratonia. 52. M. aculeata, fol. bipinnatis quinquejugis: partialibus trijugis: pinnis trinerviis.

tamarindifolia. 53. M. aculeata, fol. bipinnatis quinquejugis: partialibus 10-jugis, petiolis inermibus. *Mant. 503.*

DIOECIA.

1159. GLEDITSIA. HERMAPHROD. *Cal* 4-fidus. *Cor.*
1059. 4-petala. *Stam.* 6. *Pistill.* 1. *Legumen.*
MASC. *Cal* 3-phyllus. *Cor.* 3-petala. *Stam.* 6.
FOEM. *Cal* 5-phyllus. *Cor.* 5-petala. *Pist.* 1. *Legumen.*

triancanthos. 1. G. caule spinis triplicibus axillaribus.
inermis. 2. G. caule inermi.

1160. FRAXINUS. HERMAPHROD. *Cal.* 0, s. 4-partitus.
1509. *Cor.* 0, s. 4-petala. *Stam.* 2. *Pist.* 1. *Sem.* 1, lanceolatum.
FOEM. *Pist.* 1, lanceolatum.

excelsior. 1. F. foliolis serratis, floribus apetalis.
Ornus. 2. F. foliolis serratis, flor. corollatis. — *Mill. illustr. ic.* M.
americana. 3. F. foliolis integerrimis, petiolis teretibus.

1161. DIOSPYROS. HERMAPHROD. *Cal.* 4-fidus. *Cor.*
1510. urceolata, 4-fida. *Stam.* 8. *Stylus* 4-fidus. *Bacca* 8-sperma.
MASC. *Cal. Cor. Stam.* prioris.

Lotus. 1. D. foliorum paginis discoloribus.
virginiana. 2. D. foliorum paginis concoloribus. *Mill. fig. t.* 126. *Stamina Maris* 16, *quorum* 8 *inferiora.*
Kaki. 3. D. pedunculis tripartitis. *Thunb. jap. mspt.* M. Diospyros *Kaki*, ramis tomentosis, fol. ovatis utrinque acuminatis subtus pubescentibus, pedunculis solitariis bifloris cernuis. *Suppl. p.* 439. Ki s. Kaki *Kaempf. amoen. p.* 85. *t.* 86.
hirsuta. 4. D. ramis foliisque subtus villosis, fol. ellipticis obtusis, floribus axillaribus congestis sessilibus. *Suppl. p.* 440.
Ebenum. 5. D. glaberrima, fol. oblongis utrinque glaberrimis coriaceis venoso-reticulatis, flor. axillaribus solitariis sessilibus. *Suppl. p.* 440. — Diospyros Ebenum. *König in act. Lund. v.* 1. *p.* 3.

p. 3 pag. 176 M. Ex hac stirpe verum lignum Ebenum.

1163. NYSSA. HERMAPHROD. *Cal.* 5-partitus. *Cor.* o,
1511. *Stam.* 5. *Pist.* 1. *Drupa* infera.
MASC. *Cal.* 5-partitus. *Corollae* o. *Stamina* 10.

aquatica. 1. NYSSA. *Millero alia* fol. integerrimis, *quae nostra, alia foliis acute dentatis; an specie distincta?*

1164. ANTHOSPERMUM. HERM. *Cal.* 4-partitus *Cor.*
1511. o. *Stam.* 4 *Pist.* 2. *Germen* inferum.
MASC. et FOEM. in eadem vel distincta planta *Dioicum absque hermaphrodito esse hoc genus Thunberg. Suppl. p. 440.*

aethiopicum. 1. A. foliis laevibus. *Planta alia mas, alia hermaphrodita.*
ciliare. 2. A. fol. carina margineque ciliatis.
herbaceum. 3. A. fol senis laevibus, caule herbaceo. *Suppl. p. 440.*

1336. STILBE. HERMAPHROD. *Cal. Exterior* 3-phyllus; *Interior* 5 dentatus, cartilagineus. *Cor.* infundib. 5 fida. *Stam.* 4. *Sem.* 1. calyce interiore calyptratum.
MASC. similis. *Cal. Interior* nullus *Fructus* nullus. (*In distincta planta sexus*).

pinastra. 1. S. spicis hirsutis, foliis senis linearibus. *Berg. cap. 30. t. 4. f. 6.* Selago pinastra. *Sp. plant. 836. Corollae utrinque lanatae. Habitat ad rivulos.*
Ericoides. 2. S. spicis laevibus, fol. quaternis lanceolatis. *Mant. 305.* Selago ericoides. *Mant. 87. Corollae laeves.*
cernüa. 3. S. spicis cernuis, fol. quaternis. *Suppl. p. 441.*

1165. ARCTOPUS. Masc. *Umbella* compoſita. *Involu-*
1512. *cra* 5-phylla. *Cor.* 5-petala. *Stam.* 5. *Piſt.* 2, abortientia.
Androg. *Umbella* ſimplex. *Involucrum* 4-partitum, ſpinoſum, maximum, continens floſculos maſculos in diſco plurimos, foemineos 4, in radio.
Masc. *Petala* 5, *Stam.* 5.
Foem. *Petala* 5. *Styli* 2. *Sem.* 1, 2-loculare, inferum.

echinatus. 1. Arctopus.

1162. PISONIA. Hermaphrod. *Cal.* vix nullus. *Cor.*
1511. campanulata, 5-fida. *Stam.* 5-ſ. 6. *Piſt.* 1. *Capſ.* 1-locularis, 1-ſperma, 5-valvis.
Masc. et Foem. nunc in eadem, nunc in diverſa planta.

aculeata. 1. P. ſpinis axillaribus patentiſſimis. *Jacq. amer.* 274. — *Ed.* 2. *pict. p.* 133. M.
inermis. 2. P. caule inermi. *Jacq. amer.* 275. — *Ed.* 2. *pict. p.* 133.

1166. PANAX. Hermaphrod. Umbella. *Cal.* 5-denta-
1512. tus, ſuperus. *Cor.* 5-petala. *Stam.* 5. *Styli* 2. *Bacca* diſperma.
Masc. Umbella. *Cal.* integer. *Cor.* 5-petala. *Stam.* 5.

quinquefolium. 1. P. foliis ternis quinatis.
trifolium. 2. P. fol. ternis ternatis.
ſpinoſa. 3. P. fol. quinatis alternis, ſpinis infrarameis ſolitariis, umbellis lateralibus. *Suppl. p.* 441. *Fruticoſa.*
arborea. 4. P. fol. ſeptenatis, umbellis compoſitis. *Suppl. p.* 441.
fruticoſum. 5. P. fol. ſupradecompoſitis dentato-ciliatis, caule fruticoſo.

1335. CHRYSITRIX. HERMAPHROD. *Gluma* bivalvis. *Corolla* ex paleis numeroſis, ſetaceis. *Stamina* multa, intra ſingulas paleas ſingula. *Piſt.* 1.
MASC. ut in Hermaphrodito. *Piſt.* 0.

capenſis. 1. CHRYSITRIX. *Mant. 305. Statura Siſyrinchii.*

TRIOECIA.

1167. CERATONIA. HERMAPHR. *Cal.* 5-partitus. *Cor.* nulla. *Stamina* quinque. *Stylus* filiformis. *Legumen* coriaceum, polyſpermum.
1513.
DIOICA. *Mas* et *Foemina* diſtincta.

Siliqua. 1. CERATONIA.

1168. FICUS. *Receptaculum* commune turbinatum, carnoſum, connivens, occultans floſculos vel in eodem vel diſtincto.
1513.
MASC. *Cal.* 3-partitus. *Cor.* 0. *Stam.* 3.
FOEM. *Cal.* 5-partitus. *Cor.* 0. *Piſt.* 1. *Sem.* 1.

Carica. 1. F. foliis palmatis. — *Mill. illuſtr. ic.* M.

Sycomorus. 2. F. fol. cordatis ſubrotundis integerrimis ſubtus tomentoſis. *Haſſelqv. it. 495. Pluk. phyt. t. 173. f. 3.* Ficus cypria. *Rauw. it. t. 57.*

nymphaeifolia. 3. F. fol. cordatis ſubrotundis mucronatis integerrimis glabris ſubtus glaucis. *Mant. 305.* Ficus foliis ovato-cordatis integerrimis glabris. *Mill. dict. 9.*

religioſa. 4. F. fol. cordatis oblongis integerrimis acuminatiſſimis. *Mant. 504.*

benjamina. 5. F. fol. ovatis acuminatis transverſe ſtriatis margine laevi. Ficus arbor denſioribus foliis parvis integris. *Pluk. phyt. 243. t. 4.*

benghalenſis. 6. F. fol. ovatis integerrimis obtuſis, caule inferne radicato.

indica.	7.	F.	fol. lanceolatis integerrimis petiolatis, pedunculis aggregatis, ramis radicantibus.
racemosa.	8.	F.	fol. ovatis integerrimis acutis impresso-punctatis, caule arboreo. *Folia adsperja punctis albidis.*
pertusa.	9.	T.	fol. ovatis glabris, calycibus bifidis, baccis globosis foramine umbilicatis. *Suppl. p. 442.*
retusa.	10.	F.	fol. obovatis oblongis obtusissimis, ramis angulatis, fructibus sessilibus.
pumila.	11.	F.	fol. oblongo-ovatis acutis integerrimis subtus reticulatis, caule articulato repente. *Folia ovato-oblonga, acuminata, petiolata, subtus valde reticulata, supra herbacea. Ramuli ad folia cincti stria elevata. Pedunculi axillares, filiformes, solitarii. Calyx inferus, triphyllus.*
toxicaria.	12.	F.	fol. cordato-ovatis subdenticulatis subtus tomentosis. *Mant. 305.* Ficus Padana. *Burm. ind. 226.*
maculata.	13.	F.	fol. oblongis acuminatis serratis.
trigona.	14.	F.	fol. ellipticis, calycibus bifidis, baccis umbilico triangulari. *Suppl. p. 441.*
hispida.	15.	F.	fol. oblongis petiolatis acutis, fructibus strigoso-hispidis. *Suppl. p. 442.*
heterophylla.	16.	F.	fol. oblongis indivisis trilobis sinuatisque scabris, caule hispido, fructu pedunculato glabro. *Suppl. p. 442.*
microcarpa.	17.	F.	fol. oblongis breve petiolatis trinerviis venosis glaberrimis, fructu globoso parvo sessili. *Suppl. p. 442.*



CLAS-

CLASSIS XXIV.

C R Y P T O G A M I A.

F I L I C E S.

* *Fructificationes ſpicatae.*

1169. Equisetum. *Spica* ſparſa. Fructif. peltatae, baſi valvulatae.
1222. Cycas. ♂ *Ament* imbricatum. *Pollen* ſquamam tegens.
♀ *Spadix* enſiformis. *Drupa* nucleo lignoſo.
1227. Zamia. ♂ *Strobilus* ſquamis ſubtus polline tectis.
♀ *Strobilus* ſquamis in utroque margine *Drupa* ſolitaria.
1170. Onoclea. *Spica* diſticha. Fructif. 5-valves.
1171. Ophioglossum. *Spica* articulata. Fructif. circumſciſſae.
1172. Osmunda. *Spica* racemoſa. Fructif. 2-valves.

** *Fructificationes frondoſae, in pagina inferiore.*

1173. Acrostichum. *Macula* Diſcum totum occupans.
1179. Polypodium. *Puncta* Diſci diſtincta.
1176. Hemionitis. *Lineae* Diſci decuſſantes.
1178. Asplenium. *Lineae* Diſci ſubparallelae, variae.
1175. Blechnum. *Lineae* Diſci coſtae utrinque adjacentes.
1177. Lonchitis. *Lineae* Marginis ad ſinus.
1174. Pteris. *Lineae* Marginis ad peripheriam.
1180. Adianthum. *Maculae* apicum margine reflexo obtectae.
1181. Trichomanes. *Fr.* ſolitariae Margini ipſi inſertae.

*** *Fructificationes radicales.*

1182. Marsilea. *Fruct.* 4-capſularis.
1183. Pilularia. *Fruct.* 4-locularis.
1184. Isoetes. *Fruct.* 2-locularis.

MUSCI.

* *Acalyptrati.*

1185. LYCOPODIUM. *Anthera* 2-valvis, fessilis.
1186. PORELLA. *Anthera* pertufa poris.
1187. SPHAGNUM. *Anthera* ore laevi.

** *Calyptrati diclini.*

1191. SPLACHNUM. *Anth.* cum apophyfi maxima.
1192. POLYTRICHUM. *Anth.* cum Apophyfi minima, marginata.
1193. MNIUM. *Anth.* fine Apophyfi.

*** *Calyptrati monoclini.*

1189. PHASCUM. *Anth.* operculata: ore ciliato. *Ab acalyptratis removeo.* M.

1194. BRYUM. *Anth.* pedunculo terminali e tuberculo.
1195. HYPNUM. *Anth.* pedunculo laterali e Perichaetio.
1190. FONTINALIS. *Anth.* feffilis, perichaetio imbricato obvoluta.
1188. BUXBAUMIA. *Anth.* pedunculata, altero latere membranacea.

ALGAE.

* *Terreftres.*

1198. MARCHANTIA. *Fl.* calyce communi peltato, fubtus florido.
1196. JUNGERMANNIA. *Fl.* calyce fimplici, 4-valvi.
1197. TARGIONIA. *Fl.* calyce 2-valvi.
1201. ANTHOCEROS. *Fl.* calyce tubulofo. *Anther.* fubulata, bivalvis.
1199. BLASIA. *Fr.* cylindrica, tubulofa.
1200. RICCIA. *Fr.* Granulis frondi innatis.
1202. LICHEN. *Fr.* receptaculo laevi nitido.
1208. BYSSUS. Subftantia lanuginofa (*addo* M.), vel pulverulenta.

** *Aquaticae.*

1204. TREMELLA. *A.* gelatinofa.
1206. ULVA. *A.* membranacea.
1205. FUCUS. *A.* coriacea.
1207. CONFERVA. *A.* capillaris.

FUNGI.

* *Pileati.*

1209. AGARICUS. Pileus ſubtus lamelloſus.
1210. BOLETUS. Pileus ſubtus poroſus.
1211. HYDNUM. Pileus ſubtus echinatus.
1212. PHALLUS. Pileus ſubtus laevis.

* * *Pileo deſtituti.*

1213. CLATHRUS. *F.* cancellatus.
1214. HELUELLA. *F.* turbinatus.
1215. PEZIZA. *F.* campanulatus.
1216. CLAVARIA. *F.* oblongus.
1217. LYCOPERDON. *F.* globoſus.
1218. MUCOR. *F.* veſicularis ſtipitatus.

FILICES.

1169. EQUISETUM. *Spica* fructificationibus peltatis, 1516. baſi dehiſcentibus multivalvi.

ſylvaticum. 1. E. caule ſpicato, frondibus compoſitis.
arvenſe. 2. E. ſcapo fructificante nudo; ſterili frondoſo.
paluſtre. 3. E. caule angulato, frondibus ſimplicibus.
fluviatile. 4. E. caule ſtriato, frondibus ſubſimplicibus.
limoſum. 5. E. caule ſubnudo laevi.
hyemale. 6. E. caule nudo ſcabro baſi ſubracemoſo. *Mant.* 504.
giganteum. 7. E. caule ſtriato arboreſcente, frondibus ſimplicibus ſtrictis ſpiciferis.

1222. CYCAS. MASC. *Amentum* ſtrobiliforme ſquamis ſubtus undique tectis polline.
FOEM. *Spadix* enſiformis. *Germinibus* angulo immerſis, ſolitariis. *Styl.* 1. *Drupa* nucleo ligneo. *Mant.* 166. — *Trſfr. ad Dioeciam Polyandriam pone Cliffortiam, auctore Thunb. in act. ſtockh.* 1782. *p.* 286. M.

circinalis. 1. C. frondibus pinnatis: foliolis linearibus planis. *Sp. plant.* 1658.

revo-

revoluta. 2. C. frond. pinnatis: foliolis margine revoluto. *Thunb. jap. mſpt.* M.

1227. ZAMIA. MASC. *Amentum* ſtrobiliforme ſquamis ſubtus tectis polline.

FOEM. *Amentum* ſtrobiliforme in utroque margine *Drupa* ſolitaria. — *Trſfr. ad Dioeciam Polyandriam pone Cycadem auct. Thunb. in act. ſtockh. 1782. p. 286.*

pumila. 1. Z. frondibus pinnatis: foliolis linearibus obtuſis *Suppl. p. 443.* Zamia pumila. *Syſt. ed. 13. p. 778. Sp. plant. 1659.* Palma americana, craſſis rigidisque foliis. *Herm. par. 210. t. 210.*

Cycadis. 2. Z. frond. pinnatis: foliolis lanceolatis acuto-ſpinoſis. *Suppl. p. 443.* Cycas cafra. *Thunb. in act. upſ. v. 2 p. 284 t. 5.*

1170. ONOCLEA. *Spica* diſticha: Fructificat. quinque-
1517. valvibus.

ſenſibilis. 1. O. frondibus pinnatis apice ſubracemoſis. *Mant. 504.*

polypodioides. 2. O. frond. bipinnatis, fructificationibus trivalvibus. *Mant. 306.*

1171. OPHIOGLOSSUM. *Spica* articulata, diſticha:
1518. articulis transverſim dehiſcentibus.

vulgatum. 1. O. fronde ovata. *Fl. dan. t. 147.*

nudicaule. 2. O. frondibus ovatis, ſcapo aphyllo. *Suppl. p. 443.*

luſitanicum. 3. O. fronde lanceolata.

reticulatum. 4. O. fronde cordata.

palmatum. 5. O. fronde palmata baſi ſpicifora.

pendulum. 6. O. frondibus linearibus longiſſimis indiviſis.

ſcandens. 7. O. caule flexuoſo tereti, frond. conjugatis pinnatis: foliolis utrinque ſpiciferis.

flexuoſum. 8. O. ſcapo flexuoſo tereti, frondibus oppoſitis petiolatis palmatis: pinnis lanceolatis integerrimis glabris. *Suppl. p. 443.* Ophiogloſſum flexuoſum. *Syſt. ed. 13. p. 779.*

japonicum. 9. O. caule flexuoſo angulato, frondibus ſupradecompoſitis: pinnulis alternis inciſis. *Thunb. jap. mſpt.* M.

1172. OSMUNDA. *Spica* ramosa: Fructific. globosis. 1519.

* *Scapis insidentibus cauli ad basin frondis.*

zeylanica. 1. O. scapo caulino solitario, frondibus verticillatis lanceolatis indivisis.

Lunaria. 2. O. scapo caulino solitario, fronde pinnata solitaria. *Fl. dan. t. 18.*

virginica. 3. O. scapo caulino solitario, fronde supradecomposita.

ternata. 4. O. scapo caulino solitario, fronde tripartita supradecomposita. *Thunb. l. c.* M.

phyllitidis. 5. O. scapis caulinis geminis, fronde pinnata, caule laevi.

hirta. 6. O. scap. caulinis geminis, fronde pinnata, caule hirto.

hirsuta. 7. O. scap. caulinis geminis, fronde bipinnata hirsuta.

adianthifolia. 8. O. scap. caulinis geminis, frond. supradecomposita.

* * *Scapis nudis, e radice enatis.*

verticillata. 9. O. scap. radicatis: racemis verticillatis, fronde supradecomposita.

cervina. 10. O. scapo radicato, fronde pinnata: pinnis integerrimis.

bipinnata. 11. O. scapo radicato, fronde pinnata: pinn. pinnatifidis.

filiculifolia. 12. O. scap. radicato paniculato, fronde supradecomposita.

* * * *Fronde ipsa fructificationes ferente.*

regalis. 13. O. frondibus bipinnatis: apice racemiferis. *Fl. dan. t. 217.*

claytoniana. 14. O. frond. pinnatis: pinn. pinnatifidis apice coarctato-fructificantibus.

* * * * *Frondibus aliis foliaceis, aliis fructificantibus.*

capensis. 15. O. frond. pinnatis: pinnis cordato-lanceolatis crenulatis. *Mant. 306.*

cinnamomea. 16. O. frond. pinnata: pinn. pinnatifidis, scap. hirsutis, racem. oppositis compositis.

Struthiopteris. 17. O. frond. pinnatis: pinn. pinnatifidis, scapo fructificante disticho. *Fl. dan. t. 169.*

Spicant.

Spicant. 18. O. frond. lanceolatis pinnatifidis: laciniis confluentibus integerrimis parallelis. *Fl. dan. t. 99.*

criſpa. 19. O. frond. ſupradecompoſitis: pinn. alternis ſubrotundis inciſis. *Fl. dan. t. 496. Mant. 505.* Pteris heterophylla. *Sp. plant. 1534. n. 19.* Adiantum foliis minutim in oblongum ſciſſis. *Moriſ. hiſt. 3. p. 585. ſ. 14. t. 5. f. 25. Haec adultior.*

****** —— †

japonica. 20. O. fronde bipinnata: pinnis cordato-lanceolatis ſerratis. *Thunb. l. c.* M.

lancea. 21. O. fronde bipinnata: pinnis lanceolatis ſerratis. *Thunb. l. c.* M.

1173. ACROSTICHUM. *Fructific.* diſcum totum frondis tegentes. 1525.

* *Fronde ſimplici indiviſa.*

lanceolata. 1. A. frondibus lineari-lanceolatis acutis, ſurculo ſcandente.

citrifolium. 2. A. frond. lanceolato-ovatis integerrimis, ſurculo ſcandente.

heterophyllum. 3. A. frond. integerrimis glabris petiolatis: ſterilibus ſubrotundis; fertilibus linearibus.

crinitum. 4. A. frond. ovatis obtuſis hirſutis ſupra crinitis.

punctatum. 5. A. frond. cordato-lingulatis acuminatis integerrimis ſupra punctatis.

ſpicatum. 6. A. fronde ſimplici petiolato-lanceolata utrinque attenuata integerrima, ſpica terminali lineari. *Suppl. p. 444.*

lingua. 7. A. frondibus oblongis obtuſis integris petiolatis, ſurculo repente. *Thunb. jap. mſpt.* M.

haſtatum. 8. A. fronde ſimplici haſtata. *Thunb. l. c.* M.

** *Fronde ſimplici diviſa.*

ſeptentrionale. 9. A. frond. nudis linearibus laciniatis. *Fl. dan. t. 60.*

auſtrale. 10. A. ſtipitibus nudis glaberrimis apice dichotomoramoſis quinque-ſ. ſex-radiatis ſubulatis lateriſloris. *Suppl. p. 444.*

pectinatum. 11. A. nudum ſimpliciſſimum, ſpica lunata ſecunda adſcendente compreſſa. *Berg. cap. 356.*

dicho-

† *Ex ſimplici differentia ſpecifica non potuit hiſce locus aſſignari.* M.

dichotomum. 12. A. nudum dichotomum, ſpic. ſecundis adſcendentibus reflexis compreſſis.

digitatum. 13. A. ſtipit: nudis triquetris, fronde digitata lineari integerrima aequali.

ferrugineum. 14. A. frond. pinnatifidis: pinnis linearibus acutis patentibus integerrimis connatis, ſtipite laevi.

polypodiodes. 15. A. frond. pinnatifidis: pinn. linearibus obtuſis integerrimis patentibus coronatis, ſtipite ſquamoſo.

*** *Fronde pinnata.*

aureum. 16. A. frond. pinnata: pinn. alternis linguiformibus integerrimis glabris.

rufum. 17. A. fronde pinnatis: pinn. oblongo-ovatis integerrimis pubeſcentibus.

punctatum. 18. A. fronde pinnata: foliolis alternis lanceolatis integerrimis: infimis auriculatis ſupremis decurrentibus, ſupra punctatis glabris. *Suppl. p. 444.*

ſorbifolium. 19. A. frond. pinnatis: pinn. oblongo-ovatis integris ſerratis acutis, ſtipit. ſquamoſis.

areolatum. 20. A. frond. pinnatis: pinn. alternis linearibus apice ſerratis.

marginatum. 21. A. frond. pinnatis: pinn. oblongis integerrimis undulatis acuminatis, ſtipite nudo.

ſanctum. 22. A. frond. pinnatis lanceolatis: pinn. lineari-lanceolatis inciſo-ſerratis: ſerraturis infimis majoribus.

platyneuros. 23. A. frond. pinnatis: pinnis alternis ovatis crenatis ſeſſilibus ſurſum arcuatis.

trifoliatum. 24. A. frond. pinnatis: foliol. ternatis lanceolatis.

**** *Fronde ſubpinnata.*

ſiliquoſum. 25. A. frond. pinnatis: pinn. alternis ſurſum pinnulatis linearibus: inferioribus bipartitis.

thalictroides. 26. A. frond. pinnatis: pinnis alternis utrinque pinnatifidis: ſterilibus latioribus.

marantae. 27. A. frond. ſubbipinnatis: pinn. oppoſito-coadunatis ſubtus hirſutiſſimis: baſi ſubdentatis.

ilvenſe. 28. A. frond. ſubbipinnatis: pinn. oppoſito-coadunatis obtuſis ſubtus hirſutis baſi integerrimis. *Fl. dan. t. 391.*

ebeneum. 29. A. frond. pinnatis: pinn. ſeſſilibus oblongis ſinuatis: ſummis breviſſimis integerrimis.
furcatum. 30. A. dichotomum, foliolis pinnatis: pinnis parallelis lanceolatis approximatis integerrimis.

***** *Fronde bipinnata.*

aculeatum. 31. A. frond. ſupradecompoſitis: pinn. bifidis, ſtipit. aculeatis.
cruciatum. 32. A. frond. bipinnatis: foliol. oppoſitis lanceolatis: infimis cruciatim appendiculatis.
barbarum. 33. A. frond. bipinnatis: foliol. oppoſitis: pinn lanceolatis obtuſis ſerratis ſeſſilibus alternis.
calomelanos. 34. A. frond. bipinnatis: pinn. alternis lanceolatis acuminatis pinnatifidis.
viviparum. 35. A. frond. bipinnatis viviparis: pinnis binatis unilateralibus: pinnulis pinnatifidis furcatis ſubulatis margine interiori fructificantibus. *Suppl. p. 444.*

1174. PTERIS. *Fructificationes* in lineis marginalibus. 1530.

* *Frondibus ſimpliciſſimis.*

piloſelloides. 1. P. frondibus ſterilibus obovatis: fertilibus lanceolatis longioribus, ſurculis repentibus.
lanceolata. 2. P. frond. ſimplicibus lanceolatis ſubangulatis glabris: apice fructificante.
lineata. 3. P. frond. ſimplicibus linearibus integerrimis longitudinaliter fructificantibus.
tricuſpidata. 4. P. frond. ſimplicibus linearibus apice trifido.
furcata. 5. P. frond. ſimplicibus dichotomis ſubtus hiſpidis: apicibus fructificantibus.
quadrifoliata. 6. P. fronde quaternata ſubrotunda integerrima, ſurcul. repentibus.

** *Frondibus ſimpliciter pinnatis ſ. compoſitis.*

arborea. 7. P. frondibus pinnatis: foliolis pinnatifidis, caudice arboreo aculeato.
grandiſolia. 8. P. frond. pinnatis: pinnis oppoſitis ovato-linearibus acuminatis integerrimis.
nervoſa. 9. P. frondibus pinnatis: pinnis lanceolatis parallelo nervoſis integris, infimis binatis. *Thunb. japon. mſpt.* M.

longi-

longifolia. 10. P. frond. pinnatis: pinn. linearibus repandis: basi cordatis.
vittata. 11. P. frond. pinnatis: pinn. linearibus rectis basi rotundatis.
stipularis. 12. P. frond. pinnatis: pinn. linearibus sessilibus, stipulis lanceolatis.
trichomanoides. 13. P. frond. pinnatis: pinn. subovatis obtusis repandis subtus hirsutis.
cretica. 14. P. frond. pinnatis: pinn. oppositis lanceolatis serrulatis basi angustatis: infimis subtripartitis. *Mant. 130.*

*** *Frondibus subbipinnatis s. ramosis.*

pedata. 15. P. frond. quinquangulis trifoliatis: pinn. pinnatifidis: lateralibus bipartitis. Pteris argentea. *Act. petrop. 12. p. 519. t. 12. f. 2.*
sinuata. 16. P. frond. bipinnatifidis: pinnulis sinubusque rotundatis. *Thunb. jap. l. c.* M.
aquilina. 17. P. frond. supradecompositis: foliol. pinnatis: pinn. lanceolatis: infimis pinnatifidis; superioribus minoribus.
caudata. 18. P. frond. supradecompositis, pinn. linearibus: infimis basi pinnato-dentatis; terminalibus longissimis.
mutilata. 19. P. frond. decompositis: foliolis pinnatis: infimis semipinnatifidis; terminalibus baseosque longissimis.
atropurpurea. 20. P. frond. decompositis pinnatis: pinn. lanceolatis: terminalibus longioribus.
biaurita. 21. P. frond. pinnatis: pinn. pinnatifidis: infima bipartita.
semipinnata. 22. P. frond. subbipinnatis: foliolis lateralibus loboque infimo semipinnatifidis.
serrulata. 23. P. frondibus semibipinnatis linearibus serrulatis. *Suppl. p. 445*

1175. BLECHNUM. *Fructific.* in lineis duabus, costae
1534. frondis approximatis, parallelis.

occidentale. 1. B. frondibus pinnatis: pinn. lanceolatis oppositis basi emarginatis.
orientale. 2. B. frond. pinnatis: pinn. linearibus alternis.

australe. 3. B. frond. pinnatis: pinn. subsessilibus cordato-lanceolatis integerrimis: infimis oppositis. *Mant. 130.*

virginicum. 4. B. frond. pinnatis: pinnis multifidis. *Mant 307.*

japonicum. 5. B. fronde bipinnatifida: pinnulis ovatis obtusis serratis. *Thunb. jap. mspt.* M. Blechnum *japonicum*, frondibus pinnatis: pinnis lanceolatis semipinnatifidis: lobis obtusiusculis serratis. *Suppl p. 445.*

radicans. 6. B. frond. bipinnatis: pinnis lanceolatis crenulatis: lineolis fructificantibus interruptis. *Mant. 307.*

1176. HEMIONITIS. *Fructific.* in lineis decussatis. 1535.

lanceolata. 1. H. frondibus lanceolatis integerrimis.

parasitica. 2. H. frond. ovatis acuminatis, surculis paleaceis repentibus.

palmata. 3. H. frond. palmatis hirsutis.

japonica. 4. H. frond. bipinnatis: pinnis lanceolatis integris. *Thunb. jap. mspt.* M.

1177. LONCHITIS. *Fructific.* in lineolis, sub frondis sinubus. 1536.

hirsuta. 1. L. frondibus pinnatifidis obtusis integerrimis, surculis ramosis hirsutis.

aurita. 2. L. frond. pinnatis: pinn. infimis bipartitis, surcul. indivisis aculeatis.

repens. 3. L. frond. pinnatis: pinn. alternis sinuatis, surcul. ramosis aculeatis.

pedata. 4. L. frond. pedatis: pinn. pinnatifidis serrulatis.

1178. ASPLENIUM. *Fructific.* in lineolis disci frondis sparsis. 1536.

* *Fronde simplici.*

rhizophylla. 1. A. frondibus cordato-ensiformibus indivisis: apice filiformi radicante. *Gron. virg. 2. p. 166.*

Hemionitis. 2. A. frond. simplicibus cordato-hastatis quinquelobis integerrimis, stipitibus laevibus.

Scolopendrium. 3. A. frond. simplicibus cordato-lingulatis integerrimis, stipit. hirsutis.

nidus. 4. A. frond. ſimplicibus lanceolatis integerrimis glabris.

ſerratum. 5. A. frond. ſimplicibus lanceolatis ſerratis ſubſeſſilibus.

plantagineum. 6. A. frond. ſimplicibus ovato-lanceolatis ſubcrenatis, ſtipite tetragono.

lanceum. 7. A. fronde ſimplici elliptica integra glabra, ſtipite tereti ſquamoſo. *Thunb. japon. mſpt.* M.

bifolium. 8. A. frond. pinnatis: foliol. lanceolatis ſubſinuatis connatis.

** *Fronde pinnatifida.*

Ceterach. 9. A. frond. pinnatifidis: lobis alternis confluentibus obtuſis. *Folia ſubtus adeo ſquamoſa, ut fructificationes non conſpiciantur.*

obtuſifolia. 10. A. frond. ſubpinnatis: pinnis obtuſis ſinuatis decurrentibus alternis.

*** *Fronde pinnata.*

nodoſum. 11. A. frond. pinnatis; pinn. oppoſitis lanceolatis integerrimis.

ſalicifolium. 12. A. frond. pinnatis: pinn. falcato-lanceolatis crenatis: baſi furſum angulatis.

Trichomanoides. 13. A. frond. pinnatis; pinn. ſubrotundis crenatis. *Fl. dan. t. 119.*

dentatum. 14. A. frond. pinnatis: pinn. cuneiformibus obtuſis crenato-emarginatis.

marinum. 15. A. fronde pinnata: pinn. obovatis ſerratis ſuperne gibbis obtuſis: baſi cuneatis.

cultrifolium. 16. A. frond. pinnatis: pinn. falcato-lanceolatis inciſo-ſerratis; baſi deorſum angulatis.

pygmeum. 17. A. frond. pinnatis: pinn. ſubrotundis quinis terniſve.

rhizophorum. 18. A. frond. pinnatis apice radicantibus: pinn. ovatis repando ſubauritis ovatis: minimis remotis integerrimis.

monanthemum. 19. A. frond. pinnatis: pinn. trapeziis obtuſis ſuperne crenatis, linea fructificationis unica. *Mant. 130.*

Ruta muraria. 20. A. frond. alternatim decompoſitis: foliol. cuneiformibus crenulatis. *Fl dan. t. 190.*

alternifolium. 21. A. frond. ſimpliciter pinnatis, foliolis alternis, cuneiformibus ſuperne inciſis. *Jacq. in Litt. Miſc. v. 2. p. 51. t. 5. fig. 2.* Aſplenium

 caule

caule pinnato pinnis imis trifoliatis superioribus simplicibus, dentatis. *Hall. hist. n. 1690.*

Adiantum nigrum. 22. A. frond. subtripinnatis: fol. alternis: pinn. lanceolatis inciso-serratis. *Fl. dan. t. 250.*

Trichomanes ramosum. 23. A. frond. duplicato-pinnatis: pinn. obovatis crenatis: foliol. inferioribus minoribus.

marginatum. 24. A. frond. pinnatis: pinn. oppositis cordato-lanceolatis submarginatis integerrimis.

squamosum. 25. A. frond. pinnatis: pinn. acuminatis incisis, stipite squamoso.

striatum. 26. A. frond. pinnatis: pinn. pinnatifidis obtusis crenatis: terminali acuminata.

erosum. 27. A. frond. pinnatis: pinn. trapezio-oblongis striatis erosis basi auctis.

japonicum. 28. A. frond. pinnatis: pinnis acutis inciso-pinnatifidis serrulatis, stipite squamoso. *Thunb. jap. mspt.* M.

1179. POLYPODIUM. *Fructific.* in punctis subrotundis, 1542. sparsis per discum frondis.

* *Fronde indivisa.*

lanceolatum. 1. P. frondibus lanceolatis integerrimis glabris, fructificationibus solitariis, surculis nudis.

lycopodiodes. 2. P. frond. lanceolatis integerrimis glabris, fructificat. solitariis, surc. squamoso repente.

piloselloides. 3. P. frond. lanceolatis integerrimis hirtis: sterilibus ovatis; fertilibus lanceolatis, fructificat. solitariis.

heterophyllum. 4. P. frond. crenatis glabris: sterilibus subrotundis sessilibus; fertilibus lanceolatis, fructificat. solitariis.

crassifolium. 5. P. frond. lanceolatis glabris integerrimis, fructificat. serialibus.

phyllitidis. 6. P. frond. lanceolatis glabris integerrimis, fructificat. sparsis.

comosum. 7. P. frond. lanceolatis glabris integerrimis: apice multifido, fructificat. sparsis.

trifurcatum. 8. P. frondib. lanceolatis glabris repando-sinuatis: apice trilobis.

lineare. 9. P. frondibus lineari-lanceolatis integris glabris, fructificationibus solitariis. *Thunb. jap. mspt.* M.

Pica.

Pica. 10. P. fronde ſimplici cordata triloba: lobis lanceolatis ſubulatis baſi auriculatis: intermedio elongato. *Suppl. p. 446.*

** *Fronde pinnatifida lobis coadunatis.*

phymatodes. 11. P. frond. ſimplicibus trifidis quinquelobisve lanceolatis, ſupra fructificationes verrucoſis. *Mant 306.* Polypodium vario modo diviſum acutum et obtuſum. *Burm. zeyl. 196 t. 86.* Filix Hemionitis phymatodes. *Pluk. phyt. 404. f. 5.*

haſtatum. 12. P. fronde trifido haſtata. *Thunb. japon. mſpt.* M.

